



A. ROBERTO

TRIPOLINA
UNIVERSALIS



3

BV4611
R6
V.3
1875


00 79 54



EX LIBRIS
HEMETHERII VALVERDE TELLEZ
Episcopi Leonensis



1080015334



AURIFODINA


UNIVERSALIS

UANL

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

2.
250
R.



AURIFODINA

UNIVERSALIS

SCIENTIARUM DIVINARUM

ATQUE HUMANARUM

EX FONTIBUS AUREIS SANCTORUM PATRUM

CONCILIORUM, DOCTORUM, NEC NON PAGANORUM FERE DUCENTORUM

TAM IN THEOLOGIA, QUAM IN PHILOSOPHIA

PER SENTENTIAS PLUSQUAM OCTOGENTA MILLIA, SUB TITULIS SEPTINGENTIS ET ULTRA
ORDINE ALPHABETICO DIBESTREM, RELIGIOSIS ET SACULANIS, MAXIMEQUE CONCIONATORIBUS
ORATORIBUS, JURISPERTIS, ALISQUE OMNIBUS STUDIOIS UTILISSIMA

A V. P. ROBERTO

CAMBRACENSIS CAPECINO, PROVINCE GALLO-BELGICÆ

EDITIO TERTIA



EX LIBRIS
* C. M. *
BIBLIOTHECAE UNIVERSITATIS
CANTABRIGIÆ

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

PARISIIS

APUD LUDOVICUM VIVÈS, BIBLIOPOLAM EDITOREM

13, VIA VULGO DICTA DELAMBRE, 43

MDCCLXIV



Biblioteca Universitaria
UNIVERSIDAD DE NUEVO LEÓN
Edificios Viveros y Torres

44644

BV 4611

R6

V.3

1875



FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ

SECRETARÍA DE ECONOMÍA
CALLE DE LA JUVENTUD 1000
P.O. BOX 646
SAN ANTONIO, TEXAS 78210

11844

AURIFODINA UNIVERSALIS SCIENTIARUM DIVINARUM

ATQUE HUMANARUM

MAGISTER.

MAGISTER.

MAGISTER.

S. JYTON.
DE PAD.

Etymologia. Magister dicitur, quasi major statione: nam *atoron* graece, statio latina dicitur. *Serm. Dom. 23 post Trinit.*

COLLECTOR.

Definitio. Magister est doctor seu preceptor, apud quem est summa rerum potestas.

S. AMBROS.

Comparatio. Sicut aurum, et argentum, et lapides quos ignis non corrumpit: ita bonus magister incorruptibilis permanet. *Super I Cor. iii, in illud: Ignis probabit.*

REXEL.

Eadem est preceptorum conditio, que seminum: multum efficiunt, etsi angusta sunt, modo idonea mens capiat illa, et in se trahat. *Epist. 38.*

SENTENTIA PATRUM.

S. AMBROS.

1. Perfectio discipulorum, gaudium et corona magistri est. *Prose.*

2. Fructus magistri, discipulus est obediens: cuius dum bona conversatio proffit magistro, fructus sui edit laborem.

3. Labor enim discipuli in opere bono, coronam dat magistro. *Super I Thessal. cap. ii.*

S. ANTONIN.

4. Magistrorum secundum mundum et non Christum, totum studium est legere et disputare, et commenta curiosa facere, de penitentia non curare, carnaliter vivere, et honores appetere. *Part. 3, tit. 5, de Doctoribus, cap. 2, § 10.*

S. ATHANAS.
MAGNUS.

5. Probi preceptoris est, omnia in erudiendo ad mores discipulorum dispensare, donec eos ad perfectum absolute eruditionis evehat. *Epist. ad verus Arianae.*

S. AUGUST.

6. Me potius magistrum audire, quam velut

Tom. III.

magistrum delectat audiri. *Epist. 28, ad Hieronym.*
7. Magister verus est, qui neminem palpat, neminem fallit, sed verax est doctor. *De Verbis Apost., serm. 13.*

S. BASIL.
MAG.

8. Docentis auctoritas, fidem orationi conciliat, attentioneque discipulos reddit. Apud div. Joannem Damascenum, lib. 1 *Parall., cap. 90.*

S. BENEDE.

9. Loqui et docere, magistrum concedet: tacere et audire, discipulo convenit. *In Regula, cap. 6.*

S. BERNARD.

10. Discipulo aurem parat magistro. *Serm. 7 super Cantica.*

11. Multi sub preceptore quieti vivunt quos si jugo absolvas, vides non posse quiescere, nec se ullo modo equalibus servare innocios. *Ibid., serm. 23.*

12. Innumeros cernes simpliciter ac sine querela inter fratres conversari, super fratres non solum inultiter, sed et insipienter et nequiter, minime quidem egentes magistro, nec tamen idonei magisterio. *Ibid.*

13. Multi sunt qui sine duce et preceptore vias vite ingredi non formidant, et ex hoc a recto tramite periculosissime abstrasse competunt. *Ibid., serm. 77.*

14. Erubescunt superbi esse discipuli, si eos in humilitate precesserint magistri. In suis *Sent., verbo Quantum.*

®

15. Magister ignorans ignorabitur, imo et multos ignorare faciet, et ignorari. *In Declamati.*

16. Miserum est cum esse magistrum, qui nunquam novit se esse discipulum. *De Discipul. scholar. Hab. apud Bedam, in Arismet. philoa., verbo Miserum.*

®

007001

S. BONAV.

S. CYPRILAN.

S. FRANCIS. ASSISIENS.

GREGOR. ORG.

GREGOR. INT.

GRATIANUS

S. GREGOR. MAGN.

17. Non est dignus scientia, qui scientiam insurgit preceptoris. *Ibid.*, verbo *Non est*.

18. Ipse magister est, qui cathedram habet in caelis, coram hominibus in terris. *Super Sop.*, cap. v.

19. Cathedram habet in caelo, qui in his docet corda. *Super Luc.*, cap. xxx.

20. Boni magistri, bonos discipulos facere conemerunt. *De vita sancti Seraphini*, cap. 4.

21. Tam de divinis, quam de philosophorum doctrinis, nec futurum est, nec honestum invidiosum et ignarus sibi usurpare magisterium. *De Cardinalibus oper. Christi*, in prefat. cap. 2.

22. Quid in temerario preceptore auctoritas imperandi est, nisi gladius in manu furiosi? In suis *Opus*, oraculo 19.

23. Qui prius magister esse desiderat quam discat, studitis nocent non desinat. *Super Psal.* cap. xxvii.

24. Magister eruditus, margarita fulgenti recte comparatur: quis dum emendationem morum, dum supernorum scientiam pio quaerentibus aperit, quasi auro emalium majorem in super gratioreque fulgorem gemmae ardentes annexit. *Ibid.*, cap. xxv.

25. Sicut peccat, qui se et non vult proximum docere: sic qui nescit, et vult magister esse. *Super Ecclesiasten*, cap. v.

26. In arrogantiam (que utrumque diaboli incidunt, qui in puncto hanc nec dum discipuli sunt magistri. In *Decret.* part. 1, distinct. 48, can. *Prohibentur*).

27. Omne magisterium in examine charitatis approbat. *Lib. 21 Moral.* cap. 8.

28. Incassum tenet magistri locum, qui non exercet officium. *Ibid.*, lib. 23, cap. 12.

29. Sunt plerique qui dum se fieri se assciunt, que non didicerunt docere concupiscunt; qui pudent magistri tanto levius estimant, quanto magnitudinem illius ignorant. In *Pastoralis cura*, sub finem Prologi.

30. Ipsa in magisterio lingua confunditur, quando aliud dicitur, et aliud docetur. *Part. 1 Pastor.* cap. 4.

31. Sunt nonnulli qui ita per magisterium spiritus intrinsecus docentur, ut etiam externi humani magistri disciplina desit, magistri intimi censura non desit. *Lib. 1 Dialogi*, cap. 1, verbo *Negativum*.

32. Qualis magister erit, si discipulus non fuerit? *Lib. 7 in Registro*, epist. 5, distinct. 3, ad *Bruchchild.*, regin. *Francor.*

33. Nullus post magister discipulorum fit, nisi prius haberit magistrum. *Lib. 1 Dialogi*, cap. 1.

34. Quid putamus quod isti ad quos presertim sunt, qui antequam discipulatus limen attingant,

tenere locum magisterii non formidant? *Proseculio*.

35. Videat quod imitetur, discat quod docet, informetur quod tenet: ut postea non debeat errare, qui eligitur viam erranti demonstrare.

36. Quid hoc celerius, quidve precipitanus, quam ut exoritur a summitate principum, et ante esse incipiat quis magister, quam minister? *Lib. 7, in Registro*, ind. 2, cap. 110, epist. 150, ad *Syngnum episc.*

37. Magnum quid est docere, verum docere periculo caret. *Prosee.*

38. Cur seipsum facis pastorem, cum sis ovis? cur seipsum propheta magister, cum sis discipulus? cur exercitum ducere queris, cum inter milites adhuc censearis? *Orat. 20, de Modestia*.

39. Delicatus magister est, qui pleno ventre de verbis disputat. *Epist. 2 ad Neonian.*

40. Ne miles ante quam tyro, ne prius magister sis, quam discipulus. *Ibid.*, epist. 4, ad *Restit.*

41. Nulla ars absque magistro dicitur. *Ibid.*

42. Magistrorum non vitia imitanda sunt, sed virtutes. *Ad Rufin.*

43. Incidunt in arrogantiam diaboli, qui in puncto hanc, nec dum discipuli, jam magistri sunt. *epist. 41, ad Ocean.*

44. Felix est, qui Deo magistro utitur. *Super Psal.* xcm, vers. 11.

45. Nilul est foedius preceptore furioso, qui cum debeat esse mansuetus, et humilis ad omnes: e diverso torvo rultu, trementibus labiis, rugata fronte, efronatis convitiis, facie inter pallorem ruboremque variata, clamore perstrepat: et errantes non tam ad bonum retrahat, quam ad malum sua savitia precipitat. *Super Epist.* ad *Tit.* cap. 1, in illud: *Non irascendum*.

46. Severus magister, non crudelis, summus est medicus. *Lib. 2 de Clauro animo*, cap. 21.

47. Magister debet esse eruditus, mitis, diligens, sollicitus. *Lib. 4 de Propriet. rer.* cap. 2.

48. Qui non novit esse discipulus, necit esse magister. *Super Ecclesiasten*, cap. xviii.

49. Miserum est cum fieri magistrum, qui minusquam fuit discipulus. Et hab. in *Decret. Gratiani*, dist. 61, can. *Miserum*.

50. Hoc magistri optimi est officium, suo exemplo docere quod precipit. *Homil. 20 super 1 Cor.*

51. Hoc potissimum est preceptoris, non statim imitari: sed corrigere, esseque, ac moram neclere in peccis. *Hom. 21, super 11 Cor.*: *Oro ne audeas im.*

52. Preceptorum virtus est, nihil honoris, nihil gloriae a discipulis: sed salutem ipsorum

S. GREG. NAZ.

S. HIERON.

JOAN. TRITE.

S. IERON. HESP.

S. LEO I.

S. NILUS.

PIETUS BERGERS.

S. WERNICUS.

ETHIOPOR.

LEONICA.

COLLETTI.

quarere. Ha ut qui non istud, sed gloriam suam querit, non jam preceptor, sed tyrannus sit. *Serm. 8 super Epist.* ad *Ephes.*

53. Affect non modicum ad virtutis studia incrementum, assidua magistrorum cura. *Lib. 6 de Sacord.*

54. Noli querere magister fieri si virtutem magistris a te alienam esse consideras: verum et si traharis, inde resillire contenda. *Hom. 2 super Epist.* ad *Titan.*

55. Discipulus securus est; magisterium autem periculis plenum: nihil enim in magisteria est sine dolore et sollicitudine. *Lib. 2 de Tent. relig.*

56. Esto non solum magister, sed et imitator virtutis: non enim satis est laudare quod dicis, nisi dictis facta conjunxeris. *Prosee.*

57. Cum enim doces, cum erudis, cum instruis, noli verbum obscurne uti: ita dic, ut intelligaris: ne simplicibus displiceas, nec prudentes offendas.

58. Si alios instruis, ut te custodias: sic docet, ut humilitatis gratiam non amittas: et cave, ne dum alios docendo erigis, ipse laudis appetitu demergaris. *Lib. 2 de Synonym.*, cap. 14.

59. Per disciplinam nomen accipe magistri. *Ibid.*, cap. 15.

60. Ubi Deus magister est, quam cito discitur quod docetur: non est adhibenda interpretatio ad audiendum, non consuetudo ad usum, non tempus ad studium. *Serm. 1 Postec.*

61. Preceptoris oculus, tacita doctrina est. *Hab. apud D. Joan. Damasc.* lib. 2 *Parall.*, cap. 25.

62. Nullus magister fidelior aut efficacior est, quam qui probavit per experientiam, quod imperitur alius per doctrinam. *Epist. 75, ad Rogationem Decan.*

63. Honor magistrorum, numerositas est auditorum. *Super Epist.* ad *Rom.*, cap. 11, can. 13.

64. Magister ille est laude dignus, qui sequitur regulam divinarum eloquiorum. *Super 11 ad Timothe.*, cap. 11.

SENTENTIA PAGANORUM.

65. Imbecillitibus ingenio necessarium est aliquem prece, ut dicit: Hoc vitabis. *Epist. 94.*

Vide etiam tit. *Discipulus*, *Err.* per totum; *Electio*, sent. 43; *Err.*, sent. 59; *Reverentia*, sent. 13, 14; *Seductio*, sent. 43.

Quis est magistratus nisi pones quem omnis potestas est, et qui pleni et perfecti temporis aulibim sibi vendit dignitatem. *Lib. 7 super Luc.* cap. xii, in illud: *Dum vadis ad magistratus.*

SENTENTIA PATRUM.

1. Magistratus estimare se debent gerere personam civitatis. *Part. 4, tit. 4, de Temperantia*, cap. 10, § 1.

2. Voluptatis vitium in magistratu totam politiam submittit ruinam, quia dum rector voluptatibus intendit, a cura reipublice exors remittitur, et exemplo ejus subditi licentiam ad vitia inclinuntur. *Part. 4, tit. 1, de Justitia*, cap. 8, § 2.

3. Necessaria est pecta conscientia, et vitiorum odium magistratibus. *Part. 4, tit. 11, cap. 4, § 2.*

4. Si populus sit bene moderatus et gravis, communisque utilitatis diligentissimus custos, recte lex fertur, quo hinc ipsi populo liceat creare sibi magistratus, per quos sua res, id est, publica, administratur. *Lib. 1 de Libero arbitrio*, cap. 6.

5. Senatorius fonsus diffinita est. *De Quest. Vet. et Novi Testamenti*, quest. 102.

6. Locus superior, ante quo regi populus non potest, etsi ita tonsatur atque administratur ut deat, tamen indeoenter appetitur. *Lib. 19 de Civit. Dei*, cap. 19.

7. Magistratus rempublicam gerens terrenam, cor sursum habet, si Christianus est, si fidelis est, si pius est, si contentus in quibus est, et sperat in quibus nonum est. *Super Psal.* xi, sub fin. *Præfationis*.

8. Fideles et boni magistratus in civitatibus suis iudices sunt, et duces sunt, et comites sunt, et reges sunt. *Super Psal.* lxxi.

9. Absurdum est enim, qui inter a meretricio domino detinetur, publicam civitatis esse prefecitum. *Prosee.*

10. Domesticas res bene administrare oportet, atque ea que intus sunt bono ordine disponere, et ita in alios assumere ac gerere magistratum. *Hom. 10 in Hezem.*

11. Quis rector est civitatis, tales inhabitantes in suis *Prosee.*, verbo *Quis*.

12. Vis ea est magistratibus, ut vitium mentibus virtutes inserant, vitia depellant. *Lib. 3 de Consul. philor.* pros. 4.

13. Magistratura magna olim potestas, nunc inane nomen est, et senatoris census gravis sarcina. *Ibid.*

14. Ubi in magistratu est constitutus, non secus ac Moyses, presit ad salutem eorum, in quos obtinet imperium: honore quidem eorum, qui sunt optimi ac prestantissimi: supplicio autem improborum, quod non convenienter autiam

S. AMEROS.

S. ANTONIUS

S. AGOSTUS.

V. BEDA.

BOZELIUS.

S. BASILIUS MAGNUS.

LEONIS ALEX.

- adscriptum est ad discipulum. Lib. 7 *Sironat.*
- S. CYPRIAN.** 15. Quos honores potas esse, quos fasces in magistratu, quam purpura speciem, in principatu licentia potestatem? *Epist. 2, ad Donat., cap. 8.*
- FRANCISCUS TITELMAN.** 16. O in populo Christi consuetudo corruptissima, que magistratus solam generis nobilitatem considerans, neque morum integritatem, neque sapientia claritatem requirit! *Prose.*
17. Una carnis quam vocant et fingunt nobilitas, etiam invidiosus et improbus homines ad omnem administrationem et civilem et ecclesiasticam, hodie, pro pudor! facit idoneos. In *Armat., super cap. xv Job.*
- GLOSS. ORD.** 18. Nisi magistratus ac subditi philosophantur, certum est non fore fortunatas civitates. *Super Esther, cap. vi.*
- S. GREGOR. MAGNUS.** 19. Magistratus plerique inordinatum sibi meritum a subditis exigunt, et non tam propter honorem, quam pro Domino venerari volunt. Lib. 24 *Moral., cap. 44.*
20. Qui est in magistratu, honore supresso, qualem se subditis bene viventibus prebet, et erga perversos jura rectitudinis exercere non formidet. *Part. 2 Pastor., cap. 6.*
- S. GREG. VIG.** 21. Magistratus imperium atque potestas, plerumque superbia materiam et occasionem prebet. *Orat. 1 de Beatiis.*
22. Gravis est magistratus quidem tibi, qui ejus reguntur imperio: sceleratis autem et iniquis, etiam habetur odio. *Adverbia eos, qui voluit reprehendi.*
- REGO CARD.** 23. Magistratus superbi et potentes, vilina in judicio Dei tractantur, quam ceteri a demonibus, et quasi lutum cœculabuntur. *Super Isa., cap. 114.*
- S. JOANNES CHRYSOST.** 24. Qui affectant dignitatem magistratus, minime ut glorificentur et honorentur apud homines, perduntur apud Deum. *Hom. 3 super Acta Apost.*
25. Magistratus velut miles armatus, delinquentibus terribilis prebetur. *Serm. 23 super Epist. ad Rom.*
26. In maximis populo beneficii magistratus, dum et pacem et administrationem politicam procurat. *Ibid.*
27. Innumera bona civitatibus per magistratus proveniunt, que si sustuleris, omnia simul pessum thant. *Ibid.*
28. Multa beneficia per magistratum urbibus exhibentur: ut pote ordinata disciplina, pacifico convivio reliquisque ministeriis, ut sunt militum, eorumque qui communia, que ad rempublicam pertinent, administrantur. *Ibid.*
29. Magistratus honor debetur et timor. *Ibid.*

30. Doles magistratum videns, cum tu sis privatus: cogita ante cum quot metus, quot pericula, quot adulationes, quot vigilias, quot generis omnis miseria. *Homil. 38 super 1 Cor.*
31. Nihil ita clarum facit gerentem magistratum, sicut dilectionis studium erga subditos. *Hom. 15 super 11 Cor.*
32. E magistratu non est, qui plus pecunia dederit, sed qui maximas virtutes declaraverit. *Ibid.*
33. E magistratu non est, qui quasi ad humani gloriæ, et ad suam quietem: sed quasi ad labores et sudores, et ad multorum utilitatem ad magistratum accendit ordinatus. *Ibid.*
34. Magnum est, ubi nullus est magistratus, et multarum cladum hæc res existit occasio, et confusionis turbationeque principium, subversioque denique hæc argumentum est. *Hom. 34 super Epist. ad Hebr.*
35. Magistratus non jam sunt animi virtutis demonstrationes, pecunia enim sunt venales, et antea vendicantur assentionibus. *Hom. 14 ad Popul. Antioch.*
36. In magistratu positus nihil magis laboriosum, quam alienas curare necessitates affirmat. *Ibid., hom. 47.*
37. Mundani magistratus nequam possum christianorum demonstrare virtutes, quia potius frequenter habent accusationem malitie. In *orat. de S. Philogonio.*
38. Multi sunt, qui ad gerendos magistratus omnesque vite sue operam curamque convertunt, ut potestate domini dici possint. *Lib. 6 de Div. Inst., cap. 4.*
39. Inopudentissimum esse arbitror, quempiam seculares magistratus precibus mendicare. *De Perf. gradibus, cap. 8.*
40. Quis rector est civitatis, tales et inhabitantes in ea. *Lib. 8, epist. 2, ad Cinthium prefect.*
41. Seniores ad magistratus legitimos gerendos vocari mos est. *De Agricultura.*
42. Quid civitas, si destituit magistratus? Numque carens magistratus civitas illa malis opprimetur maximis? *Lib. De eo quod dicitur.*
43. Olim pauperes magistratus quidem rempublicam habebant: nunc autem dives potestas pauperem facit esse rempublicam. *Prose.*
44. Tales magistratus veteres Romani sic tunc contemnebant divites, nescientes Deum, sicut nunc spernunt segetes Dominum. *Lib. 4 de Galen. Det.*
45. Virtutis non divitiarum, ut nunc assolent, imita ratione, magistratum delectis habebat. *De Regno ad Areadum imperat.*
46. Magistratus præ divite multo magis is est-

- gendus est, qui regendorum hominum peritia valet. *Prose.*
47. Quid enim si quis ex hoc ipso quod improbus esset, divitias congestit, num ab eo argum est magistratum geri, nec ab eo qui sit quidem pauper, sed legum tamen justitiæque cultor, qui ob ipsum quod justus est, paupertate laborans, pudore non afficitur?
48. Atqui ille sane quomodocumque dives magistratum pecunia mercatus, cujusmodi sit æqui distributor idoneus nesciat. *Ibid.*
- S. THEODOR.** 49. Qui in magistratu sunt constituti, non suis commodis, sed utilitati subditorum inservire debent. *Quest. 17 super Jerem. Novæ.*
50. Everso regno, necesse est etiam magistratus, qui sub eo degunt, commutari. *Sect. 12 super Esæch.*
51. Multa mala conciliat, nullum habere magistratum. *Super Judic.*
52. Magistratum gubernationem tanquam pharmacum quoddam depulsorium peccati, ulceribus rerum Creator imponit. *Serm. 7, de Provident.*
- THEOPHILA.** 53. Plurimum prosunt rempublice magistratus: per ipsos enim hominum vita consistit: qui nisi essent, jam olim omnia perissent, potentioribus imbecilliores devorantibus. *Super Epist. ad Rom., cap. xiii, in illud: Necesse est subditi esse.*
- SENTENTIA PAGANORUM.**
- ARISTOTEL.** 54. Magistratus custos est justus: quod si justus, et æqui, quia alii non sibi ipsi laborat. *Lib. 5 Ethic. ad Nicomach., cap. 6.*
55. Oportet et volentem et non volentem ad magistratum assumere, si dignus sit eo magistratu. *Lib. 2 Politic., cap. 7.*
56. Nemo magistratum petet, nisi honoris sit assessor: atque pleraque eorum, que homines injuste faciunt, per ambitionem et avaritiam committuntur. *Ibid.*
57. Castigatissimos non solum optimos, verum etiam dignissimos censuit in magistratibus esse ponendos, quasi impossibile sit, qui egenus existat, eum bene magistratum gerere. *Ibid., cap. 9.*
58. Si inspicere oportet ad opes gratia quietis, pravum est maximos magistratus esse venales. *Ibid.*
59. Oportet eos, qui possunt optime gerere magistratum, assumere ad magistratum. *Ibid.*
60. Pravum videri potest, plures magistratus ab uno homine geri: unicum enim ab uno optime periculis opus. *Ibid.*
61. Dignissimum studium in magistratu hominum esse atque prudentem. *Ibid., lib. 3, cap. 3.*
62. Istis, qui neque opes habent, neque virtus ullam existimationem, permittere magnos magistratus, nequam est tutum. *Lib. 5 Ethic., cap. 7.*
63. Civitas absque magistratibus esse non potest: necessarius igitur est esse quosdam qui magistratus gerere valeant, et hoc immo sufficere, vel perpetuo, vel ad tempus. *Ibid., lib. 4.*
64. Magistratus constituendus est quidam, qui sit quasi in specula ad mores civium intueendus, ne quis illa vivat, ut rempublice nocere possit. *Ibid., lib. 5, cap. 8.*
65. Maximum illud est in omni republica, et omni diligentia constituendum, ne ex magistratibus lucra proveniant. *Ibid.*
66. Tria debent habere illi, qui magistratus sunt suscepturi: primum, ut ament presentem civitatis statum; secundum, ut habeant potentiam maximam ad ea exoptanda, que magistratus requirit; tertium, ut habeant virtutem et justitiam. *Ibid., cap. 6.*
67. Senatus officium est, consilio civitatem juvare: magistratus officium est, opera et diligentia consequi voluntatem senatus. *Lib. 4 de Arte rhetor. ad Herenn.*
68. Magistratus legum sunt ministri, legum interpretes, legum iudices, legum denique servi, ut possint esse liberi. *Orat. pro Cluentio.*
69. Sodalium est his, qui magistratum gerunt, pro communibus commodis. *Orat. 32, pro Sextio.*
70. Sicut magistratibus leges, ita populo præsentem magistratus: verique dici potest magistratum legem esse loquentem, legem autem mutum magistratum. *Lib. 3 de Legibus.*
71. Magistratus opus est, sine quorum prudentia ac diligentia esse civitas non potest. *Ibid.*
72. Magistratus nec obediendum et noxium civem multa, vinculis, verberibusque coercent. *Ibid.*
73. Proprium munus magistratus est, intelligere ac gerere personam civitatis, deherque ejus dignitatem et decus sustinere, leges servare, jura distribuere, eaque fidelis suis commissa meminisse. *Lib. 1 Offic.*
74. Vero verum germanumque magistratum non ita esse comparatum potes, ut propriam utilitatem perspicat, sed ut subditi sui emolumentum querat. *Prose.*
75. Quocirca quicumque id prudenter cognoscit, potius malit alium quempiam in magistratum constitutum sibi prodere, quam ut dum ipsa alienam utilitatem studet promovere, negotium sibi faciat. *Lib. 4 de Repub.*
76. Omni ratione providendum est, ut summorum magistratum socii, quibus id tributum est-

CICERO.

MCT. 1739.

LAURENT. 1630332.

PETR. 843.

PAULO 117.

SALVATOR.

S. 1730332.

1730332.

PLATO.

®

muneris, ut magistratus adjuvent, idem agant adversus cives, quos nimirum virtus et auctoritas superant, ne cum benigni scilicet esse debeant, immanibus et feris dominis assimilentur. *Ibid.*, lib. 3.

PLATO. 77. Magistratus ut pastores sunt civitatis. *Ibid.*, lib. 4.

78. Magistratus legum sunt ministri. Lib. 4 de *Legibus*.

SENECA. 79. Quidquid peccavit in magistratum aliquis, majestatem laedit. Lib. 4 *Controvers.* contr. 25.

80. Lex a sexagesimo anno senatorem non citat. *De Brevit. vitae*, cap. 2.

Vide etiam tit. *Cicilis*, sent. 85; *Pecunia*, sent. 438; *Reddere rationem*, sent. 48; *Respublica*, sent. 30; *Vinum*, sent. 116.

MAGNANIMITAS.

COLETTOR. *Etymologia*. Magnanimitas dicitur, quasi magna amicitias: et magnanimus, quasi magnus animus.

S. THOMAS AQUINAS. Magnanimus non est *superbivus*, id est, pro parvis periculis: sed *superbivus*, id est, pro magnis periculis periclitans. 2. 2. quest. 129, art. 5.

S. ANTON. *Definitio*. Magnanimitas est appetitus ordinatus magni honoris. Part. 2, tit. 3, cap. 5, § 4.

S. BONAV. Magnanimitas est difficultum spontanea, et rationalis aggressio. Part. 3 *Centiloqui*, sect. 43. Magnanimus est, qui ad universa sustinenda patiens est, et qui nullis passionibus perturbatur. Lib. 2 de *Profectu religiosorum*, cap. 23.

HUGO A S. VICTORI. Magnanimitas est generosa quedam excellentia animi, res difficiles et arduas pulchre et fortiter administrantis. *De Fructu carnis et spiritus*, cap. 1.

JOAN. GERS. Magnanimitas est fortitudo, qua inclinatur habere eam laudem in eodem aliquid sub ratione arduitatis et excellentis apprehensionis. Part. 4, in *Descript. terminorum*, cap. *Fortitudo*.

S. THOMAS AQUINAS. Magnanimitas est circa honores, ut scilicet studeat facere ea, quae sunt honore digna. 2. 2. quest. 129, art. 1.

Magnanimitas est quedam extensio animi ad magna. *Ibid.*

PLATO. Magnanimitas est usus prudens eorum, qui contingunt magnificentia animo cum ratione. *De Definit.*

SENTENTIA PATRUM.

S. ANTON. 1. Magnanimus magis curat veritatem, quam opinionem. Part. 2, tit. 4, cap. 1, § 3.

2. Magnanimus non est contentiosus, quia nihil aestimat magnam: multos enim contendit, nisi pro re, quam estimat magnam. *Ibid.*

3. Injuria magnanimus debet parvipendere, et

a memoria repellere, tunc in mente sua quietus erit. Part. 4, tit. 3, cap. 7, § 15.

4. Virilis animi est et proclare mentis, delectare a curvibus inimicum pondus. *Serm.* 1, *Vigili. Pentecostes*.

5. Dilectio magnanimi facit. *Serm.* 1 *Dom. Rogat.*

6. Magni et excelsi animi virtutis species sunt, tolerantia, ingens spiritus, magnitudo animi, et liberalitas. Lib. 7 *Stromat.*

7. Quisquis magnanimus est, a livore alienus est. *De Zelo et timore*, cap. 4.

8. Respicere inopem, exaudire precem, largiri stipem, praebere defensionem, atque pro ejusdem defensione pauperis, adversantis cuilibet inimicis non timere, magna mentis latitudo est. *Romil.* 12 super *Esach.*, super illud: *Et mensus est portum*.

9. Magnus est, qui victric magna: ingentis virtutis est, ingentia superare. *Epist.* 8, ad *Africanum*.

10. Magnanimitas virtus est, quae omnia prope dispensare facit, affectioni non servit, et nihil putat esse pecunias: qui qui insumit ubi opus est pecuniam, magnanimus est. *Romil.* 48 super *Acha Apot.*

11. Ille magnanimus est, qui vere est humilis, non adulator, non contemptor. *Rom.* 1 super *I Cor.*

12. Is excelsi animi est, qui pecunia et gloria et nulla ejusmodi re indiget: sed qui ea omnia contemnit, et in seipso suam servat magnanimitatem. *Ibid.*

13. Quomodo tuba clare insonante, locus undique vicinus completur, ita clara magnanimitatis fama cujusque viri. *Rom.* 2 super *I ad Thesal.*

14. Magnanimus illum esse denuntio, qui remittit saeculo, carnis Jemocimia calcet, perfectionis arcem conscendere nititur. *Serm.* de *S. Hagona*.

15. Sicut magnanimus, imperturbatus corde, desiderio accensus, latus animo, fida fundans, spei consolatione repletus, virtutisque protectione. *Ibid.*

16. Magnanimitas in pauperes, paucorum est. *Serm.* 3, de *Serjone septimi mensis*.

17. Haec est laudanda magnanimitas, quae prosperis non extollitur, nec fragitur adversa: sed in omni eventu permansens eadem, sufficit ipsa sibi. *Epist.* 177, ad *Reginum quendam*.

18. In desperatis rebus gloriosus est fortiter agere. *Opusc.* 48, cap. 4.

19. Qui magnanimus est, nisi philosophia beneficio intra virtutis limites coercetur (si paulu-

lum proderit) pro magnanimo arrogans fiet, et mente depravatus. *De Regno ad Arcanum imperat.*

20. Magnanimitas non potest esse, nisi aliis virtutibus praesistentibus, unde est quasi ornatus eorum. 1. 2. quest. 66, art. 4.

21. Pro his qui vere sunt magna, magnanimus prompissime se periculis exponit: quia operatur magnum in actu fortitudinis. 2. 2. quest. 129, art. 5.

SENTENTIA PARANORUM.

AMISTOTEL. 22. Qui generosus est atque magnanimus, multas ac magnas adversitates facile perfert. Lib. 4 *Ethic. ad Nicomach.*, cap. 10.

23. Magnanimus is est, qui magnis est dignus: magnanimitas enim in magnitudine consistit. *Ibid.*, lib. 4, cap. 3.

24. Eum, qui vere magni est animi, bonum esse oportet: magnanimus si non sit bonus, ridiculus omnino videbitur, nec etiam dignus erit honore. *Ibid.*

25. Magnanimi videbitur id esse, quod est in unaquaque virtute magnum: nulloque modo convenit magnanimo pericula fugere ob timorem, aut injuriam facere. *Ibid.*

26. Videtur ipsa magnitudo animo tanquam ornamentum quoddam esse virtutum: nam majores efficit ipsas, sine illis ipsa non fit: quambrem difficile est vere magnanimum esse: non enim esse potest, si non omnis prohibas adit. *Ibid.*

27. Est magnanimi non audire ea, quae afficiunt honore, et ubi alii primis occupant partes, et otiosum esse ac tardum, nisi ubi magnus est honor, vel opus, et paucas quidem agendas res aggredi, magnas autem et proclaras. *Ibid.*

28. Nihil apud magnanimum est magnum, nec est sibi mali memor illi: non est enim magnanimum mentis, sed potius despiciere mala. *Ibid.*

29. Inter ceteras virtutes, magnanimitas eminent: quare peculiari vocabulo hoc praeditus, magnanimum appellatur. Lib. 3 *Ethic. ad Eudomium*.

30. Magnanimus vir nec timens, nec timens, nec cupiens, nec gestiens est. Lib. 4 *Tuscul. quest.*

31. Viros fortes et magnanimos, eosdem bonos et simplices, veritatis amicos, minimeque fallaces esse volumus. Lib. 1 de *Officiis*.

32. Ad magnanimum pertinet, nulli neque humiliter, neque perturbationi animi, neque fortunae succumbere. *Ibid.*

33. Fortis animi et constantis est, non perturbari in rebus speris, nec tumultuantem de gradu deieci, sed praesentis animo uti et consilio. Lib. 1 de *Offic.*

34. Magnitudo animi remota iustitia, humanae quae comitate, feritas quaedam fit et immanitas. *Ibid.*

35. Debet magnanimitas quemlibet mortalem. *Seneca. Lib. 1 de Clement.*, ad *Neronem*, cap. 5.

36. Magni animi est proprium, placidum esse tranquillumque, et injurias atque offensiones semper despiciere. *Ibid.*

37. Nihil aequo hominem, quam magnus animus decet. Lib. 2, de *Clement.*, ad *Neronem*, cap. 5.

38. Generosus animus labor nutrit. *Epist.* 31.

39. Magni animi est, magna contemneret, ac mediocria male, quam nimia: illa enim utilia sunt, at haec (eo quod superflua) nocent. *Epist.* 39.

40. Perit magnanimitas, quae non potest amittere: nisi omnia velut minuta contempserit, quae pro maximo vulgus optat. *Epist.* 74.

41. Magnanimus nos natura produxit, et ut quibusdam animalibus ferum dedit, quibusdam subdolum, quibusdam pavidum: ita nobis gloriosum et exultum spiritum, quae sententia ubi honestissime, non ubi tutissime vivat, simillimum mundo. *Epist.* 124.

42. Nihil non magnanimo magnum est, quae satis. *Epist.* 74.

43. Quis generosus? ad virtutem bene a natura compositus. *Epist.* 44.

44. Magnanimitas si insit animo tuo, cum magna fiducia, vires liber, intrepidus, alacer. *De Quatuor. virt.*

45. Magnanimi hominis bonum est, non vacillare, constare sibi, et finem vite intrepidus expectare. *Ibid.*

46. Eris magnanimus, si pericula nec appetas ut temerarius, nec formides ut timidus. *Ibid.*

47. Magnanimus esse stude. *Sent.* 112.

MAGNUS, MAGNIFICENTIA.

Definitio. Magnificus est, qui in omni opere virtutis eligit quod perfectius est. *Super Lament.* *Hierem.*, cap. 1.

Magnificencia est decus, et ornamentum divinarum humanarumque omnium virtutum. *Ibid.*

Magnificencia est difficultum et proclaram consummatio. Part. 3 *Centiloqui*, sect. 43.

Magnificencia est virtus factiva magnorum. 2. 2. quest. 134, art. 2.

SENTENTIA PATRUM.

1. Quanto quis major est in bonis exterioribus, tanto est instabilior, nisi sustentetur. Part. 2, tit. 3, de *Invidia*, cap. 5, § 3.

2. Non participatione magnitudinis Deus magnus est, sed seipso magno magnus est, quia ipse sua est magnitudo. Lib. 5 de *Trom.*, cap. 10.

S. THOMAS AQUINAS.

S. AUGUST.

S. AUGUST.

CLEMENS ALEX.

S. CYPRIAN.

S. GREGORI.

MAGNUS.

S. HIERON.

S. JOHANNES CHRYSOST.

S. AUGUST.

S. AUGUST.

S. AUGUST.

S. AUGUST.

S. AUGUST.

S. AUGUST.

S. AUGUST.

S. AUGUST.

S. AUGUST.

S. AUGUST.

S. AUGUST.

S. AUGUST.

S. AUGUST.

S. AUGUST.

S. AUGUST.

SENECA.

SENECA.

SIXTUS PHILOSOPH.

S. BONAV.

S. THOMAS AQUINAS.

S. ANTON.

S. AUGUST.

S. AUGUST.

3. Non erit magnus se sanguinem putans. *de Virginitate et una sent.*, serm. 20.

4. Hæc virum magnam faciunt, domi industria, foris iustum imperium, animus in consulendo liber, neque libidini, neque delicto obnoxius. Lib. 5 *de Civitate Dei*, cap. 12.

5. Time semper in Deo magni esse poterimus, si semper parvuli simus. Super *Psalm.*, lxxii.

6. Nemo se dicat magnum, quia Deus solus est magnus. Super *Psalm.*, lxxxv.

7. Magnus esse vis? a minimo incipe. *Protrep.*

8. Cogitans magnam fabricam construere calitudinis? de fundamento prius cogita humilitatis; et quantum quisque vult et disponit superimponere molem ædificet: quantum erit majus ædificium, tanto altius fudit fundamentum. *Serm.* 10 *de Verbis Dom.*

9. Sæpe qui major est reate, major est iniquitate. *Ibid.*, serm. 36.

10. Esote parvus in oculis tuis, ut sis magnus in oculis Dei. *Serm.* 70 *ad Fratres in creta.*

11. Maximæ res cum a parvis queruntur, magnos eos solent efflicere. Lib. 1 *contra Academicos*, cap. 2.

12. Magnorum est libertas. Lib. 4 *de Musica*, cap. 6.

13. Non mole, sed virtute magnus est Deus. *Epist.* 3.

14. Deus in minimis suis operibus magnus est. Lib. 9 *de Genesi ad litteram*, cap. 10.

15. Deus ita magnus est in operibus magnis, ut minor non sit in minimis. Lib. 21 *contra Faust.*, cap. 5.

16. Loquitur parvulus parvus, sed ipse ita parvus, ut et magna: nos autem parvi, sed in illo magni. *Tract.* 24 *super Joan.*

V. BIDA.

17. Nil magnum in rebus humanis, nisi animus magna despiciens. In suis *Proterp.*, verbo *Nil*.

S. BERNARD.

18. Magna et rara virtus profecto est, ut magna licet operantem, magnum te nescias, et manifestam omnibus tuam te solum latere sanctitatem. *Serm.* 43 *super Cant.*

19. Magni magna audent, quoniam magni sunt: et que audent, obtinent. *Ibid.*, serm. 32.

20. Quidni erubescas minimus inveniri in magnis, qui te recordaris magnum in minimis existisse? Lib. 2 *de Consid.* ad *Eugen. papam*.

21. Quid si summus Pontifex sis? Numquid quia summus Pontifex, ideo summus? Infimum noris esse, si summum putas... Niti te ad summum velim, non putare summum, aut velle putari antequam sis. *Ibid.*

22. Arbitratur se non esse minoribus occupandum, qui se ad majora sentit idoneum. *De Duodecim gradibus humilit.* grad. 7.

23. Qui sibi vilis est, ante Deum magnus est. *Serm.* 39 *ad Soroarem*.

24. Minorem major precedit sicut honore, ita et crimine. Lib. 3 *Phœtica*, cap. 24.

25. Nihil magnum præter animum magnum, nec tibi magno aliquid est magnum. *De septem donis Spiritus sancti in specie. De dono fortitudinis*, cap. 3.

26. Magnus non dicitur, nisi qui summæ potestatis arcem tenere monstratur. Super *Psalm.*, xlv.

27. Nihil est magnum res, quod parvum est tempore. In *Epist. Parænetica ad Valerian.*

28. Magnus plane est ille, qui nunquam titubavit in fide, et passionibus animi nullis turbatur. *Serm.* 43, *super Cant.* habet. apud D. Bernarsum.

29. Magnus est, qui magna: parvus, non minimus, qui saltem potest consequi mediocritia. *Super Levitic.*, cap. 3.

30. Qui se magnum jactat, similis est diabolo. *Super Ecclesiasticos*, cap. ix.

31. Multi minimi dum congregantur unanimes, fiunt magni. *Super Epist. ad Rom.*, cap. xv.

32. Quisquis apud se magnum æstimat, aditum sibi Dei accessus angustat. Lib. 47 *Moral.*, cap. 47.

33. Magnus mihi fuisti, quia despectus tibi: sed nunc quia magnus tibi es, factus es despectus mihi. *Ibid.*, lib. 18, cap. 20.

34. Magnus est, qui cetera concupiscit: parvulus, qui terrena diligit. *Ibid.*, lib. 5, cap. 32.

35. Dum arrogantes magna, et spiritualia agunt, in oculis suis magni sunt. *Protrep.*

36. Magni sunt merito humiles æstimatio, quia semper magna agunt; sed in oculis magnis, se magnos nunquam aspiciunt. Lib. 4 in 1 *Reg.*, cap. 4.

37. Tanto major efficietis, quanto te aspernaris et nulli vocabuli usurpatione restringis. Lib. 4, in *Regist.*, ind. 13, cap. 82, *epist.* 38, *ad Joan. episc. Constantinop.*

38. Qui bonis studiis comptus est, iudicio magnus est, non favore. *Ibid.*, lib. 8, ind. 3, cap. 37, *epist.* 37, *ad Innocent. episcop.*

39. Ante Deum ille magnus per meritum nascitur, qui et perfecte subicitur in preceptis. Lib. 2 in 1 *Reg.*, cap. 4.

40. Sciunt inter magna, que ostendunt magni per jactantiam non apparere. *Ibid.*, lib. 4, cap. 4, *super illud Exod.* xxxii: *Ostende mihi faciem tuam*.

41. Qui magni sunt meritis, parvi sint per humilitatem. *Ibid.* *super illud: Cumque aspexisset Samuel Saul*.

42. Hoc progitium magnorum virorum est, ut a minimis difficile cognoscantur. *Ibid.*, *super illud: Ubi est domus videtis?*

S. HIERON.

43. Magnus est, qui vicerit magna: ingentis virtutis est, ingentia superare. *Epist.* 5, *ad Amicum*.

A. BONAÏ.

HUGO A S. VICTORE.

44. Ecce sacerdos magnus. Magnus officio, magnus merito, magnus premio, magnus suffragio; magnus officio, quia episcopus; magnus merito, quia dignus color; magnus premio, quia beatus; magnus suffragio, quia noster patronus. *Serm.* 19 *de Divers.*

CASSIOPH.

BENOÏCARD.

45. Magnus unusquisque esse student, sed tamen aliquo modo se esse nesciat, ne dum sibi magnitudinem arroganter tribuit, amittat. *Super Genes.*, cap. 14.

S. EUGEN.

46. Magnum fecit Deus hominem in natura, majorem in gratia, maximum in gloria. *Proseutio*.

GUILLELMO ANGLÆ.

47. Sed qui non fuerit minimus reputationis sui, non fiet maximus coram Dei majestate. *Super Job*, cap. vii.

S. JOHANNES CRISTOF.

48. Quanto major es, tanto magis submitte teipsum. *Rom.* 4, *de Verbis Isaia*.

49. Si volerimus magni ac mirabiles videri; non modo non tales erimus, verum etiam ceteris omnibus albediores futuri sumus. *Rom.* 66 *super Math. Oper. perfect.*

50. Si magnus vis fore, hæc ipsa contemne, et eris profecto magnus: illud enim quod tu maximum putas, minimum omnium est. *Ibid.*

51. Consideremus magnum eum esse hominem, qui eum omnium minimus sit, minimum quoque se putat. *Ibid.*

52. Qui apud nos magnus est, etiamsi nemo ipsum hujusmodi esse dicat, vere tamen magnus est. *Ibid.*

53. Non qui major fuerit, ille est justior: sed qui justior fuerit, ille est major. *Rom.* 35 *super Math. Oper. imperj.*

54. Sancti sibi invicem sunt ita subjecti, ut minor majori non invidet, quasi majori; sed libenter ei obsequatur, quasi sibi servienti in eo ipso quod major est, et major non contemnat minorem, qui major est. *Ibid.*

55. Nihil in hac vita magnum, nisi prius omni animi perturbatione amota, adipisci possumus. *Prolog.* *super Joan.*

56. Omnia que vulgo videntur esse magnifica, mihi facta sunt mortua. *Super Epist. ad Galat.*, cap. vi.

57. Magnus in Deo dicitur, non relative ad aliquid, sed absolute omnino dicitur, magnus post quem magnus rite nemo dicitur. *Rom.* *super Epist. ad Tit.*

58. Vere magnus parvulo se inferiorem existimat esse, et ita major efficitur. *Rom.* 58 *ad Popul. Antioch.*

59. Qui vere magnus est, nihil de se magni sentit, aut loquitur, sed omnium se ultimum judicat: hoc vere magnam et mirabile est. Lib. 2 *de Conspuati. cordis*.

60. Magnus ille quidem est, qui nihil quod factu possibile fuerit, facere omisit: major autem, qui per humilitatem etiam qua ultra vires sunt agere conatur. *Grad.* 26.

61. Quis magna sunt, magis egent studio, cura, sollicitudine, vigiliis et labore. *Serm.* coram *Papa Benedit.*

62. Etiam aliquid es, nisi tanto te humilior, quanto magnus es, perdes omnino quod es. *De Conflict. vitior. et virt.*

63. Ille vere erit magnus, qui fuerit totius ambulationis alienus. *Epist.* 55, *ad Pulcheriam August.*

64. Etiam magna sint, et magna esse scias ea, queæ colibus, percipis, nunquam tamen magnus tibi videaris. Lib. 1 *Enchirid. parvulor.* document. 12.

65. Magnos se reputant, qui aut parvi, aut omnino nulli sunt: quare te apud te majorem reputas, quam hominum reputet communis opinio? pondera teipsum secretis, nec te majorem vendas, quam te libra veritatis appendit. *Epist.* 3, *ad Quendam solitum*.

66. Cave ne magnificentia cordis tui, tibi occasio sit ruine. *Ibid.*, *epist.* 24, *ad Quendam canonic.*

67. Hypocritæ magni student videri, non fieri. Lib. 2 *de Vita contemplat.*, cap. 4.

68. Vere magnus est, qui magnam habet charitatem: vere magnus est, qui in se parvus est, et pro nihilo omnes culmen honoris dicit. Lib. 1 *de Imit. Chr.*, cap. 3, *sect.* 6.

69. Si vis magnus esse in celo, esto parvus in mundo. In *Hortulo savor.*, cap. 9, *sect.* 2.

70. Non magnum est, quod aliquis coram mundo magnus sit: sed qui coram Domino magnus dici poterit, hic magnus est. *Conc.* 4, *de S. Joan. Bapt.*

71. Nihil est magnum, nisi quod ipse Dominus magnum voluerit reputare. *Ibid.*

72. Magnus est quisquis aliqua virtute magnus est: sed maximus est, quisquis optima virtute magnus est. *Conc.* de *S. Maria Magdal.*

73. Nemo vir magnus, sine aliquo afflatu divino unquam fuit. Lib. 2 *de Natura Deor.*

74. Quid videtur et magnum in rebus humanis, cui eternitas omnis, totiusque mundi nota sit magnitudo? Lib. 4 *Tusc. quest.*

75. Si quis in rebus magnis præclare ac feliciter elaborare instituit, consentaneum est, ut prius

S. JOH. CR.

JOAN. CHR.

S. ISIDORUS HISPAL.

S. LEO I.

LEUDOV. RL.

PUBL. DEES.

S. GREGOR.

THOMAS A KEMPIS.

S. THOMAS A VILLAN.

S. BERN.

PLATO.

in parvis eas meditando se exerceant, quam in illis magnis. In *Dialogo sophista*.

76. Nihil magnum aut mirum facere potest, qui maximis quibusdam sceleribus se contaminat. Lib. 2 de *Republ.*

77. Hoc tantum ceteris es major, quo melior. In *Panegy. de Trajano August.*

78. Magnus es vir; sed unde scio, si tibi fortuna non dat facultatem exhibendis virtutis. De *division. Procl.*, cap. 4.

79. Multis rebus, non ex natura sua, sed ex humilitate nostra magnitudo est. Lib. 3 *Quest. Praefat.*

80. Sapiens magnus est, quia magnum animum habet. *Epist.* 87.

81. Latum spatium, res magna desiderat. *Epist.* 88.

82. Verus philosophus contentus est magnitudine sua: multi enim majores quam sint, videri volunt. *Epist.* 8.

83. Nihil non magnanimo magnum est, quia satis. *Epist.* 74.

84. Nihil aliud magnum in rebus humanis, nisi animus magna despiciens. De *Quatuor. virtut.*

85. Nihil magnum, nisi magno animo despicias. De *Mortuis*.

86. Non qui magnus, statim bonus est: sed quisquis bonus, idem et magnus est. In suis *Sentent.*, sentent. 1.

Vide etiam in *Conscientia*, sent. 44: *Dicitur*, sent. 155: *Gloria vana*, sent. 165: *Humilitas*, sent. 165, 166: *Jactantia*, sententia 40: *Joannes*, sent. 24, 60: *Ruricus*, sent. 11.

MALEDICTIO.

B. THOMAS AQUINUS. *Etymologia.* Maledicere est malum dicere: quod tripliciter contingit, scilicet, annuntiando, imperando et optando. Super *Epist. ad Rom.*, cap. 12, lect. 3.

S. BONA. *Definitio.* Maledicere est alicui plagas, vel poenas verbo optativo imprecari. In *Declarat. terminor. theologiae*.

S. THOMAS AQUINUS. Maledicere nihil est aliud, nisi de re aliqua ex malitia malum dicere. Super *Epist. ad Galat.*, cap. 3, lect. 4.

Maledicere nihil aliud est, quam malicia alterius referre. 2. 2. *quest.* 76, art. 1.

P. TH. UILES. *Dicitur.* Duo sunt modi maledictionis: primus, consideratione justitiae; secundus, livore vindictae. Primus modus licitus est; secundus, probabiliter. Super *Job*, cap. m.

CRIBO. *Differentia.* Aliud est maledicere, aliud accusare: accusatio crimen desiderat, maledictio autem nihil habet propositi praeter contumeliam. Orat. 34, *pro Caio*.

SENTENTIAE PATRUM.

1. Fovea alta est os malevoli, grande innocentium precipitium, sed majus malevolentis: quia maledictus suis artibus precipitatur, unde nunquam evadat. Lib. 7, *epist. 44*, ad *Constantium*.

2. Quid pulchrius quam fideri, cum maledictum nobis? Lib. 2 de *Interpellat.*, cap. 3.

3. Tanta est humana fragilitas, ut ad sibilum minus verbi deficiat. Part. 4, tit. 5, cap. 12, § 2.

4. Cum falsum quid maledico fingitur, aut omnino non creditur, aut certe integra salute sola fama vexatur. *Epist.* 15, ad *Hieronymum*.

5. Quicumque maledico aliquem laesit, meminerit satisfactione quanto citius curare quod fecit. In *Reg. 3 ad Clericos*.

6. Non ad maledicendum quatenam consuecimus linguam nostram, quam ad benedicendum et laudandum Deum creata est. De *Salutaris. docum.*, cap. 42.

7. Maledicere, hoc est malum dicere: sed maledictum aliter peccatur cum contumelia coram illo qui maledicitur, et aliter cum absentis fama leditur. *Serm. Dom. in monte*, lib. 4.

8. Idipeum viperum est, non habere in ore firmamentum veritatis, sed venenum maledictionis. Lib. 2 *contra Litteras Petilian.*, cap. 14.

9. Non qui maledictus fuerit justus est: sed qui justus est, et injuste maledicitur; et si injuste maledicitur, premium illi redditur. Super *Psal.* cii, vers. 6.

10. Surgit ira, non dare irae linguam ad maledicendum. Tract. 44 super *Evang. Joan.* cap. 6.

11. Cum quisque maledicit tibi, benedice ei, et magnum habebis gratiam, quod tu non laedis a quo laesus es. De *Rectitud. catholicae conversat.*

12. Quisquis est qui maledicendi licentia felicem se pulat, nullo erit felicitior, si hoc illi omnino non liceat. Lib. 5 de *Civitate Dei*, cap. 27.

13. Si contra maledicta irascaris, jam ea corroborasti: si vero quietus et immobilis persistas, potentem maledicentem inquam intulisti. *Homil.* 10, de *Pa.*

14. In maledictis sermo est vel supervacuanus, rufinus et utilitate carens: vel detractorius, fraterna bona invida corrosione et odii instinctu dirimens: vel adulterius, caput alienius falsae olei delimitatione demulcens. In suis *Sent.*, verbo *Auctoritate*.

15. Qui negligit oris maledici researe contumeliam, eisi non maledicent, immunditiam tamen laborum, et oris inquinamentum incurrit. In *Centiloq.*, part. 1, sect. 13.

16. Estimanda sunt verba maledicorum, sicut

S. AMBROS.

S. EPHEMUS.

S. ANTON.

S. AUGUST.

S. GREGORIUS MAGNUS.

S. EPIRON.

S. BASILIUS MAGNUS.

S. HENRICH.

S. BONAV.

latras canum, et clamores asnerum. Lib. 1 de *Profectu relig.*, cap. 34.

17. Beatus ea felicissimus, qui maledictis, proscindendo proximum, linguam suam non maculat: nos lingua maledica cor sibi contaminat. De *Maledictis*.

18. Qui maledictis alterum non incescit, se ipsum inculpatum serrat. *Ibid.*

19. Qui maledictionis spiritum vitat, ab improborum se consuetudine servat, exercitusque demonum fugat ac superat. *Ibid.*

20. Qui alios lubens maledictis incescit, se iis que in alios confert obnoxium declarat. De *Maledictis*.

21. Vere miser ac deplorandus est ille, qui maledictis in proximis confendis se assuecit: quid hoc scelere gravius? *Ibid.*

22. Aliter maledictum profertur protextu justitiae, aliter livore vindictae. Lib. 4 *Moral.* cap. 6.

23. Cum sancti viri maledictionis sententiam profertur, non ad hanc ex voto ultionis, sed ex justitia examinis erumpunt. *Ibid.*

24. Qui maledictionibus inimicum impetunt, quid aliud in illo Deum facere volunt, nisi quod ipsi facere aut nequeunt, aut erubescunt? *Ibid.*, lib. 22, cap. 6.

25. Valde grave esse credimus, si fortasse culibet exagitante iracundia maledicamus. Lib. 3 *Dialog.*, cap. 15.

26. Omnibus maledicere, male conscientium signum est. *Epist.* 1, *interna Helvidium*.

27. Contra quemlibet pessim in livis strepere, et congerere maledicta, scurrarum et parasitorum est. *Epist.* 3, ad *Domitianem*.

28. Nihil prodest maledictionibus remaledicere, et adversarios talione mordere, cum precipitur malum pro malo non reddere. *Epist.* 19, ad *Pammachium et Oceanum*.

29. Non velis in maledictis referre vicem, ne ipse maledicus esse videaris. *Epist.* 21, ad *Pammachium et Marcellinum*.

30. Illi aequali maledicto subsistent, qui bona mala dicunt, et illi qui mala bona judicant. *Epist.* 22, ad *Paulin.*

31. Qui sanitate abutuntur in libidinem, et divitias vertunt in luxuriam, bonaque famam sordida conversatione deturpant, hi benedictiones Dei mutant in maledictionem. Super *Malach.*, cap. 2, super illud: *Maledictum benedictionibus vestris*.

32. Qui justis maledicit, diabolus est. Super *Psal.* xxii, vers. 2.

33. Illud maledictum contemnendum est, quod beatitudinem creat, quod falso maledicentis ore profertur. *Prosee.*

34. Ubi ergo Christus in causa est, ibi et op-

tanda maledictio est. Lib. 1 super *Matth.*, cap. 5, can. 40, num. 35, super illud: *Beati estis, cum maledixerit vobis homines*.

25. Qui jaculum maledictionis jacit in aliquem, pro eo punietur. Super *Proc.*, cap. xxvi.

26. Quanto magis noster est, qui maledicit, tanto intolerabilior est, et profundius atque periculosius vulnerat maledictio ejus. Super *Extensio.*, cap. vii.

27. Justa poena est, ut tu maledicaris, qui alios maledixisti: quia per quam peccat quis, per haec torquetur. *Ibid.*

28. Si quis te maledictis prosequitur, recordare Domini tui, quem ad derisum adorabant Judaei; et verbis et re distrahebant et iridebant: ipsa vero non modo non ultus est, sed beneficiis et summa humanitate et clementia eos affecit. *Prosee.*

29. Christus opprobriis et maledictis afficitur, ad derisum alapis creditur; tu ab omnibus laudem captas, et non feres opprobria Christi. *Hom.* 82 super *Joan.*

30. Si maledictis patri vel matri, morte moriantur; quall iudicio dignus eris, qui maledicere audes ei, qui parentibus illis magis necessarius est et melior? *Prosee.*

31. Si is qui publicano maledixit, poenam non effugit: qui vero parentibus maledicere solet, qua apologia tuebatur? *Serm.* super illud: *Salutate Prisonem*.

32. Quos vere amamus, nunquam morsu petimus. *Homil.* 24 super *1 Cor.*

33. Lingua maledica chris est, caninis carnibus impuriorem deponitur mensum. *Ibid.*, hom. 44.

34. Sanguinaria lingua coram confundit, et os clousam latinamque vidit, imo quallet latrina abominabiliorum. *Ibid.*

35. Nihil delectabilius animo aliam devotente, neque quidquam impurius lingua imprecationes exhalante. *Prosee.*

36. Homo es, ne virus aspidum evomas: homo es, ne vertaris in feram. Tibi datum est os, non ut mordens: datus tibi est lingua; non ut maledicas, sed ut benedicas.

37. Nonne putas diabolum ridere, cum talia audis maledictionis vota? nunquid putas Deum irritari et averi, cum talia impreationibus postulas? qua re nihil fieri potest sceleratius. *Hom.* 5 super *11 Cor.*

38. Nihil putas te mali facere, quando fratri maledicis: quomodo ergo illum fratrem vocas? Si vero non est frater tuus, quomodo dicis: Pater noster? *Serm.* 44 super *Epist. ad Ephes.*

16. Disce, virgo, verborum vitare lasciviam; Mariam etiam salutationem angeli verebatur. Lib. 2, super *Luce*, cap. 1, in illud: *Et ingressus ad eam Angelus.*

17. *Exurgens Maria*, etc. Non quasi incredula de oraculo, nec quasi incerta de multis, nec quasi

dubitans de exemplo: sed quasi læta pro voto, religiosa pro officio, festiva pro gaudio, in montana perrexit. *Prose.*

18. Quo enim jam Deo plena, nisi ad superiora cum festatione contenderet? Nescit tardis molimina Sancti Spiritus gratia. *Ibid.*, in illud: *Exurgens Maria.*

19. Disce, virginis, non circumcursare per alienas aedes, non demorari in plateis, non aliquos in publico miscere serenas: Maria in domo sera, festiva in publico. *Ibid.*

20. Dedicatis, virginis, pudorem Mariæ? disce humilitatem. Venit propinqua ad proximam, junior ad senioem: nec solum venit, sed etiam peior salutavit. Sit magistra humilitatis, in qua est professio castitatis. *Ibid.*

21. Per portam orientalem beata Virgo Maria figuratur, quæ egressa ante ingressum Christi semper exitit: et post egressum ejus clausa in eorum permansit. Super *Apocal.*, cap. xxxi, in illud: *Habentem portas duodecim.*

22. Quiddam crudelitas indictum est corporibus martyrum, leve fuit, aut potius nihil, compensatione passionis Mariæ; quæ minorum sua immensitate transiit cuncta penetralia ejus, suæque benignissimi cordis intima. De *Excellent. Virg. Mariæ*, cap. 5.

23. *Invocato nomine Mariæ*: et si merita invocantis non merentur ut exaudiantur, merita tamen Matris intercedunt, ut exaudiantur. *Ibid.*, cap. 6.

24. O benedicta super mulieres, quæ angelos vincit puritate, sanctos superas pietate. In *Innocent. Matris*, V. M.

25. Fugiat reus justi Dei ad piam Matrem misericordis Dei, refugiatque reus offensæ Matris ad piam Filium benigne matris, ingerat se reus utriusque inter utrumque. *Ibid.*

26. Scio beatam virginem magis propter peccatores, quam propter justos esse factam Dei Matrem. De *Excellent. beatæ Virginitatis*, cap. 1.

27. Totam Mariam, exaudierat divinus amor, ardor continuus, et caritas perfluis amoris, ut nihil esset in ea quod mundum violenter afflicta. Part. 3, tit. 31, cap. 3, § 2.

28. Maria ipsa sola mater est et virgo, et primiceria, et speculum virginum, quæ utique possidet, arcubolam virginifatis: quæ et si non habuit a carne pugnam propter cuius victoriam plena datur arcubola) habuit tamen ab hoste, cuius caput contrivit sola. Part. 3, tit. 2, ser. 1, in principio.

29. Virgo Maria, quia humilissima semper fuit, ideo plena gratia, et consolatione celestis. Part. 3, tit. 16, cap. 10, § 5.

30. Eva femina mater fuit cunctorum in terra

S. ANSELM.

S. ANTON.

S. AUGUST.

viventium: beata autem virgo mater est omnium in celum accendentium. Part. 3, tit. 31, cap. 1, § 1.

31. Matrimonium replet terram, virginitas Maria replet celum. *Ibid.*

32. Sicut coctus in libano, est altior omni arbore: ita Virgo sublimior est omni angelo. *Ibid.*, cap. 3, § 5.

33. Quid dicam, beata Virgo? cum de te quidquid dixerò, minor est laus tua, quam dignitas tu meretur. *Prose.*

34. Si celum te vocem, altior es: si matrem gentium dicam, preceas: si formam Dei apellem, digna existis: si Dominam Angelorum vocem, per omnia esse probaris. *Ibid.*, cap. 1, § 1.

35. Beata Virgo Maria, cum gratia repletur, cum Spiritu sancto perhaudatur, cum virtute altissimi obumbratur, fit pretiosior meritis, celsis sublimior fastigiis, pulchrior sanctitate, gloriosior suorum meritorum procergetivis: ita ut nullis sit verbus jam nuncianda, nisi divinis. *Ibid.*

36. O dilectissimi! quis laudes beatissimæ Virginis dignis obambare valeat? *Prose.*

37. Facta est enim Maria, jama colorum, sublimatio apostolorum, laus martyrum, jubilatio confessorum, gloria viduarum, gaudium angelorum, requies animarum. *Ibid.*, cap. 4, § 1.

38. Facta est Maria, salus morum, mors erimorum, vita virtutum, virtus pugnantium, palma victorum.

39. Facta est Maria exalta super sidera, sanctior super omnes feminas, cuius via inelucta cunctas illustrat Ecclesias.

40. O quot sententias terribilium flagellorum quæ moritur mundus propter peccata sua, hæc sanctissimæ Virgo misericorditer revocavit. *Ibid.*, cap. 1, § 1.

41. Beata Virgo Maria est nutrix victorum, mediatrix hominum, ablutrix erimorum, peccatorum venia, reparatrix Angelorum, juvatix miserorum, sublevatrix omnium, illuminatrix superiorum. Part. 4, tit. vii, de *Spe*, cap. 1, § 5.

42. Quinque sunt litteræ nominis Mariæ, quæ hæc signant:

M. Mater universorum;

A. Area thesaurorum;

R. Regina Colorum, vel Regula victorum;

I. Jaculum inimicorum;

A. Advocata peccatorum. Part. 1, tit. 15,

cap. 14, § 8.

43. Integra fide credendum est beatam Mariam Dei Christi Matrem, et virginem concepisse, et virginem genuisse, et post partum virginem permansisse. In *Eucherio*, cap. 69.

44. Beatior Maria percipiendo fidem Christi,

quam concipiendo carnem Christi: sic et materiam propinquibus nihil Mariæ proficere, nisi felicitatem Christi corde, quam carne gestasset. De *S. Virginitate*, cap. 3.

45. *Quemodo*, inquit Maria, *fit istud, quoniam virum non cognovit?* Quod profecto non dixerat, nisi Deo virginem se ante visisset. Sed quia hæc sacracliarum meres adhuc recusabant, desperantia est viro justo, non violenter ablutio, sed potius contra violentiam custodituro quod illa jam voverat. *Ibid.*, cap. 4.

46. Sola Maria et spiritu et corpore, et mater et virgo, et Mater Christi, et Virgo Christi est. *Ibid.*, cap. 6.

47. Eva inobediens meruit poenam, Maria obedientia concessa est gratiam: illa gustavit prohibitum maledicta, hæc credens angelo est benedicta: illa noxas mortem contulit, hæc vitam nobis peperit. De *Quinque hereticis*, cap. 5.

48. Maria ministra Christi spiritualium operum qualitates, sicut devotissima existit, ita absque dubio religionis fide, id est, veræ credulitatis claritate secutrix fuit. De *Assumpt. Mariæ*, cap. 7.

49. Quantum Christi potestas possit, mundi ostendit universitas: quantum gratia, Mariæ monstrat integritas. *Ibid.*, cap. 4.

50. Non immerito excipitur Maria in quibusdam generalibus vera estimatione, quam tanta servat gratia, et atollit dignitatis prerogativa. *Ibid.*

51. Si merito Mariæ viventi per omnibus donata est gratia, non erit mortuus minuenda: quia si omnium Sanctorum mors est protensa, Mariæ sanæ est protensissima, quoniam tanta comitata est gratia, ut Mater Dei dicam et sit. *Ibid.*, cap. 7.

52. Porta clausa, signaculum est pudoris, et immaculate carnis, Virginis Mariæ integritas: ita enim est violata parit, quæ magis est sanctificata concepta. Serm. 2, de *Nativ.*

53. O mira et laudabilis inter feminas! in qua ab angelo salutatur virginitas, sola impregnata, nec vilata: exonerata, nec vacuata: quia sic est ab angelo saluta: Ave *Maria gratia plena, Dominus tecum*. Serm. 14, de *Nativ.*

54. Magnam meritum virginifatis! Virginifatis Mariæ angeli salutationis est impregnata: et primum Mariæ virginifatis, de utero in utero est salutata: et generosa virginifatis Mariæ, ab angelis est collaudata: et lætans virginifatis Mariæ per stellam de celo est indicata, et Magorum numerus est honorata. *Ibid.*

55. Ave *Maria gratia plena, Dominus tecum*. Fecit hominum in corde, tecum in ventre, tecum in utero, tecum in auribus. Serm. 2, *Annunt. D. Mariæ*.

56. Auctrix peccatæ Eva, auctrix meriti Mariæ:

Eva occidendo oblitit, Maria visitando profuit? *Ibid.*

57. Tu es spes, Maria, unica peccatorum, per te speramus veniam delictorum, et in te beatissima nostrorum est expectatio premiorum. *Ibid.*

58. O beata Maria! quis tibi digne valeat jura gratiarum, ac longum precunia rependere, que singulari tuo assensu mundo succurrisi perditio? *Ibid.*

59. O vere beata Mariae humilitas! que Deum hominibus peperit, vitam mortalibus edidit, coelos innovavit, mundum purificavit, paradisum aperuit, et hominum animas ab inferis liberavit. *Prose.*

60. O vere gloriosa Mariae humilitas, que porta paradisi efficitur, scala coeli constituitur, per quam Deus descendit ad terras. *Serm. 1, de Assumpt. B. M.*

61. Non dubium est Mariam, que meruit pro liberandis proferre prelium, posse plus omnibus liberatis impendere suffragium. *Ibid.*

62. O Virgo sanctissima, de qua qui cum laude graviterque dixerit: non ille quidem a veritate aberravit, sed pro merito haud lesur sitis. *Orat. 29.*

63. Jure beata Maria angelico aspectu simul et affatu meruit perfui, que angelicum studebat vitam imitari. *Hom. in Festo Annunt. B. M. in illud: Et ingressus angelus.*

64. O vere gratiosa et venerabilis, o vere gloriosa et admirabilis salubatio! quanto humanam concunctandi mandata, tanto beatae Mariae dignitati est congrua. *Ibid.*

65. O Virgo virga sublimis, o vere celestis planta, preciosior cunctis, sanctior universis. *Serm. 2 Advent.*

66. Per te, Maria, accessum habemus ad filium, o benedicta inventrix gratiae, genitrix vite, mater salutis, ut per te nos suscipiat, qui per te datus est nobis. *Ibid.*

67. Felix Maria, cui nec humilitas defuit, nec virginitas, et quidem singularis virginitas, quam non temeravit, sed honoravit cunctis: et nihilominus specialis humilitas, quam non absulit, sed extulit fecunda virginitas, et incomparabilis prorsus fecunditas, quam virginitas simul comitatur et humilitas. *Hom. 1, super Miseric.*

68. O admirandam, et omni honore dignissimam virginem! virginem carne, virginem mente, virginem professionem. *Prose.*

69. O feminam singulariter venerandam, super omnes feminas admirabilem, parvulam reparitricem, posterum virginitatem. *Ibid., hom. 2.*

70. Quisquis te intelligis hujus sacrali profusio regis inter procelas et tempestates fluctare,

quam per terram ambulare, ne avertas oculos a fulgore hujus sideris, si non vis obroi procellis. *Prose.*

71. Si insurgant venti tentationum, si incurras scopulos tribulationum: respice stellam, voca Mariam.

72. Si jectaris superbie undis, si emulionis, si detractionis, si amulationis; respice stellam, voca Mariam.

73. Si incundia, aut avaritia, aut carnis illecebra navigium concusserit mentis, respice ad Mariam.

74. Si criminum irrompente turbatus, conscientie feditate confusus, iudicii horrore perterritus, bonitro inopia absorberis tristitie, desperationis abyso: cogita Mariam.

75. In periculis, in angustiis, in rebus dubiis, Mariam cogita, Mariam invoca: non recedat ab ore, non recedat a corde, et ut impetres ejus orationis suffragium, non deseras conversationis exemplum.

76. Mariam sequens non devias, ipsam rogas non desperas, ipsam cogitas non erras; ipsa tenentis non corrumpis, ipsa prolegete non metuis, ipsa duca non fatigaris, ipsa propicia pervenis. *Ibid.*

77. O pia Virgo, non immerito ex ore tuo pendet consolatio miserorum, redemptio captivorum, liberatio damnatorum, salus denique universorum. *Ibid., homil. 4.*

78. Sicut origo fontium et fluminum mare est, ita virtutum anctrix, et scientiarum scientia sanctorum, Maria. *Serm. 1, super Salute Reginae.*

79. Sicut sol universa oculi luminis praecellit prerogativa claritatis eximiae, sic Maria totam rationalem creaturam, post Filium, praecellit splendore virtutis. *Ibid.*

80. Juste Maria Regina mundi et Regina coeli dicitur, per quam utriusque Creator et Rector generatur. *Ibid.*

81. Maria Regina est misericordiae, Domine mundi, Regina colorum, Virgo virginum, sancta sanctorum; lumen sanctorum, justorum gloria, peccatorum venia, desperatorum reparatio, deficientium fortitudo, sanis orbis, speculum totius integritatis. *Ibid.*

82. Tu es ager plenus, o Maria, plena virtutum, plena gratiarum. *Ibid., serm. 4.*

83. Nihil est virtutis quod ex te, Maria, non splendeat: et quibus singuli habere sanctorum, tu sola possidisti. *Ibid.*

84. Laudamus virginitatem Mariae, humilitatem miramur: sed misericordia miseris sapit dulcis, misericordiam amplectimur: charitas, recordamur saepius, crebrius invocamus. *Serm. 4 Assumpt.*

S. AGNARD.

85. Per te, Maria, coelum repletum est inferos evacuatus est, instauratae ruinae celestis Hierusalem, expectantibus miseris vita perditata. *Serm. 4 Assumpt.*

86. Sit pietatis tua, o Maria, ipsum quam apud Deum gratiam invenisti, notam facere mundo: reis veniam, medelam aegris, pusillis corde robur affictis consolationem, periclitantibus adjuviorum et liberationem, sanctis tuis precibus obtinendo. *Ibid.*

87. Quid ad Mariam accedere trepidet humana fragilitas? nihil austerum in ea, nihil terribile: tota suavia est, tota plena pietatis et gratiae, plena mansuetudinis et misericordiae. *Prose.*

88. Revolve diligentius evangelice historiae seriem universam, et si quid forte increpatorium, si quid durum, si quod denique signum vel tennis indignationis in Maria occurrit, de cetero suspectam habes, et accedere vercaris. *Serm. D. M. de Verbo Apost.*

89. Maria omnibus misericordiae sinum aperit, ut de plenitudine ejus accipiant universi: captivus redemptionem, aeger curationem, tristes consolationem, peccator veniam, justus gratiam, Angelus letitiam, denique tota Trinitas gloriam, Filii persona carnis humanae substantiam, ut non sit qui se abscondat a calore ejus. *Ibid.*

90. Maria omnibus sese exorabilem, omnibus clementissimam praebet, omnium denique necessitates amplissimo quodam misera affectu. *Ibid.*

91. Speciali quodam splendore in Maria concaunt, mansuetudo pudoris, devotio humilitatis, magnanimitas credulitatis, martyrium cordis. *Ibid.*

92. Maria in omnibus et per omnia providens miseri, trepidationem nostram solatur, fidem excitat, spem roborat, diffidentiam obigit, erigit pusillanimitatem. *Serm. de Nativ. B. M.*

93. Deus totius boni plenitudinem posuit in Maria, ut proinde si quid spei in nobis est, si quid gratiae, si quid salutis, ab ea noviterum redundare. *Ibid.*

94. Tolle corpus hoc solare, quod illuminat mundum, ubi dies? tolle Mariam hanc maris stellam, maris utique magni et spatiosi: quid nisi caligo involvens, et umbra mortis, ac densissima tenebrae relinquuntur? *Ibid.*

95. Advocatum habere vis ad Christum? ad Mariam recurre: exaudiet utique matrem Filium. *Ibid.*

96. Fuit beata Virgo Maria fortis in proposito, temperans in silentio, prudens in interrogazione, justa in confessione. *Serm. 9, de Partu sermone.*

97. Mariae praesentia totus illustratur orbis, adeo ut ipsa jam celestis patria clarius rutillet vir-

gine lampadis irradiata fulgore. *Serm. 1, Assumpt. B. M.*

98. Tria nobis contulit Mariae fecunditas: avertit jugum captivatis antiquae; remisit iram indignationis divinae; delevit notam iniquitatis humanae. In suis *Sentent.*, cap. *Tria.*

99. Auctor mirabilium Deus, tria quaedam mirabilia operatus est in Maria: integritatem munditiae mirabiliter auscitavit; ut circa testamenti auro purissimo tegetetur, puritatem virginisam potentialiter fecundavit; ut rubis ardens non comburetur ima supernis ineffabiliter copulavit: ut scala Jacob mediante, terrena celestibus uniretur. In suis *Sentent.*, cap. *Auth.*

100. Mariam advocatam premisit peregrinatio nostra, que tanquam judicis mater, et mater misericordiae, suppliciter et efficaciter salutis nostrae negotia pertractavit. *Serm. 1, Assumpt. B. M.*

101. Quantum in terra Maria adopta est praeceteris, tantum est in coelis obinet gloria singularis. *Ibid.*

102. Felix plane Maria, et multipliciter felix, sive cum exipit Salvatore, sive cum a Salvatore suscipitur; utrobique mira dignitas Virginis matris, utrobique amplectenda dignitas majestatis. *Ibid.*

103. Unum in quo nec primam similem vita est; nec habere sequentem, gaudia matris habens cum virginitatis honore, Maria privilegium est; non dabitur alteri: singulare est, sed etiam indicibile invenitur. *Ibid., serm. 4.*

104. Non in sola Mariae taciturnitate commendatur ejus humilitas, sed evidenter resonat in sermone, quia nihil aliud quam ancillam Dei se esse fatetur. *Serm. Beatae Mariae de Verbis Apocal.*

105. Exaudiet Matrem Filium, et exaudiet Filium Pater: Filioli, haec peccatorum scala, haec mea maxima fiducia est, haec tota ratio spei meae. Quid enim? potestne filius aut repellere, aut sustinere repulsum? non audire, aut non audiri filius potest? neutrum plane. *Inventi.* ait angelus, gratiam apud Deum, et sola est gratia, que egenam. *Serm. Nativ. B. M. de Aqueductu.*

106. Modicum istud quod offerre desideras, gratissimus illis, et omni acceptioe dignissimus Mariae manibus offerendum tradere cura, si non vis sustinere repulsum. *Ibid.*

107. A Domina nostro reihabent veniam, justis gratiam, angeli letitiam. In suis *Sent.* verbo *A Domina.*

108. Fuit procul dubio Mater Domini ante sancta quam nata: nec fallitur omnino sancta Ecclesia, sanctorum repulsum ipsam Nativitatis ejus diem. *Epist. 174, ad Canonicos Lugdunenses.*

169. Fuit Maria mundissima carne, humillima corde, devotissima merito. *Serm. de B. Virg. Maria.*

110. O pia, ó magna, ó multum amabilis Maria! tu nec nominari quidem potes, quin accendas, nec cogitari quin recrea affectus diligentium te. In *Depravat. ad V. Mariam.*

111. Peccatorem quantumlibet foetidum, non horres, non despicias, si ad te suspiraverit, tumque interventum penitenti corde flagitaverit. *Prosecutio.*

112. Tu peccatorem a desperationis horrore pio manu retrahas, spei medicamine fovas: non despicias quosque horrendo iudicii miserum reconcibus. In *Depravat. ad B. Mariam.*

113. Quidquid illud quod offere paras, Maria commendare memento, si non vis suscinere respulsam. Lib. 11. *Florem*, cap. 6.

114. Silens misericordiam tuam, Virgo bestia, si quis est, qui innotatam te in necessitatibus suis sibi meminerit deluisse. *Serm. 2, in Assumpt. B. M.*

115. Maria est omnibus amabilis, omnibus affabilis, omnibus delectabilis, toties sapienter, suaviter clementis, radus delectatis, solatium miserorum, refugium expulsores, liberatio captivorum, regina bellatorum, domina universorum. *Medii. super Salve Regina.*

116. Maria clemens est indignantibus, pia exorantibus, dulcis diligentibus. *Presec.*

117. Clemens penitentibus, pia proficientibus, dulcis contemplantibus.

118. Clemens liberando, pia largiendo, dulcis donando.

119. Clemens consolando, pia blandiendo, dulcis osculando.

120. Clemens subjectis, pia iam correctis, dulcis praedictis.

121. Beata Virgo Maria doctrix Apostolorum est, et Evangelistarum. *Serm. 9, in Hieron.*

122. Fuit Virgo Maria, beata propter meritum castitatis; beator propter consilium virginitalis; beatissima propter privilegium fecunditatis. *Super Luc. cap. 1, in illud; Beatum me dicent.*

123. Virgo Maria exaltata est super choros angelorum, nullam puram creaturam habens superiorem, nec etiam aequalem. *Ibid. cap. 7, in illud: Nullus maior.*

124. Maria non tantum beata fuit, quia Christum gestavit in carne, verum etiam beator, quia ipsum perfectissime gestavit in mente. *Ibid. cap. 11, in illud; Beatus vester.*

125. Beata Maria in animo martyri Filio commartyr astabat, vulnerato convalescens, crucifixo conerucifixa, gladiato congladiata. *Serm. 4 Dom. infra octav. Epiph.*

126. Sicut in comparatione Dei, bonus nemo: sic comparatione Matris Domini, nulla inventur perfecta, quantumcumque virtutibus eximia comprobatur. *Super Lucam*, cap. 10.

127. Quando miserum non poterit Mater omnipotentis? quando miserum noverit Regina misericordiae? Tota est dulcis, tota suavis, tota misericors, omnibus offensa iac et lanam. *Serm. 2, de B. V. M.*

128. Beata Virgo Maria auxiliatrix et amatrix est omnium fidelium suorum laudatorum. *Super Lib. 3 Saecl. dist. 3, part. 1, art. 1, quest. 1.*

129. Ex hoc quod Virgo Maria electa est Dei Mater, est electa Mater omnium creaturarum. *Ibid. dist. 9, part. 1, art. 1, quest. 3, argum. 2.*

130. Beatissima Virgo Maria Mater fuit completissimo modo, ipsum Dei Filium concipiendo absque viro, fecundante Spiritu sancto. In *Devotiq.*, part. 4, cap. 3.

131. Mariam salutans Angelus, non solum plenam gratiam, sed adhuc superventuram in eam assensit Spiritum sanctum: ad quid, nisi ut adveniente iam Spiritu, plena sibi, eodem superveniente, nobis quoque superplena, et super effluens fieret? Lib. 1 *Phaenice*, cap. 5.

132. O Foemina mirabiliter singularis, et singulariter mirabilis, per quam elementa renovantur, inferna reconcedantur, homines salvantur, angeli reinteguntur! *Presec.*

133. O foemina plena et superplena gratia, de cuius plenitudinis exundantia respersa sic reversit omnis creatura! *Ibid.*

134. O virgo benedicta, per cuius benedictionem benedicitur omnis creatura: non solum creatura a Creatore, sed etiam Creator a creatura. *Ibid.*

135. Innocentissima et sanctissima Maria corda fuit absque via, ore absque via, opere absque via, et ideo dictum est ei, Ave. In *Speculo B. M. V.*, lect. 2.

136. Hoc nomen Maria sanctissimum, vobis dulcissimum, nomen dignissimum, tam sanctissimum, tam dulcissimum, tam dignissimum Virgini convenientissime impositum est. *Ibid.*, lect. 3.

137. Interpretatur Maria, amarum mare; Maria, stella maris; Maria, illuminata vel illuminatrix; Maria, domina; Maria amarum est mare demonibus; stella maris, hominibus; illuminata, vel illuminatrix, angelicis spiritibus; domina, creaturis omnibus. *Ibid.*

138. Omnia flumina intrant in mare, dum omnia charismata sanctorum intrant in Mariam. *Prosecutio.*

139. Flumen gratiae angelorum intrat in Mariam, et flumen gratiae patriarcharum et prophetarum intrat in Mariam.

140. Flumen gratiae apostolorum intrat in Mariam, et flumen gratiae martyrum intrat in Mariam. 141. Flumen gratiae confessorum intrat in Mariam, et flumen gratiae virginum intrat in Mariam. 142. Quid mirum, si omnis gratia in Mariam confluxit, per quam tanta gratia ad omnes defluxit? *Ibid.*

143. Maria est stella purissima, stella radiosissima, stella utilissima: stella purissima, purissime vivendo; stella radiosissima, radium aeternum pariendo; stella utilissima, ad litus patriae dirigendo. *Ibid.*

144. Maria Domini est filia nobilissima, mater dignissima, sponsa venustissima, ancilla devotissima. *Ibid.*, lect. 10.

145. Maria in domo Dei plantata, et impinguita Spiritu Sancto, ut oliva fructifera, omnis virtutis habitaculum facta est. Lib. *Phaenice*, cap. 5.

146. Sicut, o beatissima, omnis a te aversus, et a te despectus, necesse est ut intoret: ita ad te omnis converfus, et a te respectus, impossibile est ut pereat. *Ibid.*

147. Maria est solatium miserorum, refugium expulsores, liberatio captivorum, medicina infirmorum, mater parvulorum, sponsa adultorum, regina bellatorum, domina universorum. In *Stimulo amor.* part. 3, cap. 19.

S. CYPRIAN.

148. Maria proprium privilegium, quod nulla mulierum, nec ante, nec deinceps meruit obtinere: quia simul Mater et Virgo singularis titulus est insignita. *De Nativit. Christi*, cap. 2.

DIONYSIUS

CARTHUS.

149. Quanto beatissima Virgo Maria coelestis sanctis universi perfectior, sanctior, maior et dignior est: tanto illis amabilior, honorabilior, suaviorque consistit. *Super hymn. B. V. M. ad vesperas.*

150. Maria est regina colorum, mater regis angelorum, mundi domina, imperatrix totius orbis gloriosissima, peccatorum advocata, eorum reconciatrix, miserorum consolatrix. *De Perfect. Charit.*, art. 31.

IACOB. ORD.

151. Mulier a diabolo seducta, mortem intulit: contra, mulier ab angelo edocta, vitam edidit. *Sup. Luc. cap. 1.*

S. GREGOR.

MAGNUS.

152. Maria dignitate electionis suae transcendit electarum creaturarum altitudinem. Lib. 1, in 1 *Regum*, cap. 1. *Allegorice exponit.* super illud: *Fuit vir unus de Ramathaim Sophiam.*

153. Nulli dubium est, quin lobum ad gloriam laudis Christi pertinet, quidquid digne generitricis suo impensum fuerit. *Epist. 10, ad Paulum et Eustochium, de Assumpt. B. M.*

154. Beatum et gloriosum virginem Mariam di-

gne laudare nequeo, quantum quidquid humanis dici potest verbis, minus est a laude ejus: qua divina est et angelicis excellentibus praedicata, et laudata preconiis. *Prose.*

155. A propheta praemunita, a patriarchis figuris et originibus praesignata, ab Evangelistis exhibita et monstrata, ab angelo venerabiliter atque officiosissime salutata.

156. Talibus decebat Virginem oppignorari numeribus, ut esset gratia plena: non dedit coelis gloriam teris Dominum, pacemque refulsit: sibi genibus, sinem vitia, vile ordinem, moribus disciplinam.

157. Et bene angelus ad Virginem Mariam mittitur, quia semper est angelus cognata virginitas.

158. In carne angelicum vitam acquirere, magis est meritum quam habere.

159. Ceteris per partes praestatur, Maria vero simul se tota infudit plenitudo gratiae. *Ibid.*

160. Quod natura non habuit, usus necessit, ignoravit stupo, mens non capit humana; parcat calum, rapit terra, creatura omnis etiam celestis miratur. Hoc totum est, quod per Gabrielum Mariae divinitus nuntiatur, et per Christum adimpletur. *Ibid.*

161. Sicut beata Maria incomparabilis est Virginitas ceteris, ita incomparabilis est omnium sanctorum festivitas, et admiranda etiam angelicis virtutibus. *Ibid.*

162. Maria quia mente passa est, plusquam martyr fuit: nimirum quod ejus dilectio amplius fortis, quam mors fuit, quia mortem Christi suam fecit. *Ibid.*

163. Si diligentius aspicias, nihil virtutis est, nihil speciositatis, nihil candoris gloriaeque, quod in Maria non respiciat. *Ibid.*

164. Maria cunctis tanto venerabilior, quanto gratiosior, et quanto virtute Altissimi excolitur ad sublimia, tanto clarior resultat in gloriis. *Ibid.*

165. Plena gratia, plena Deo, plena virtutibus, non potest non possidere plene gloriam claritatis aeternae, quam plenissime accepit, ut Mater fieret Salvatoris. *Ibid.*

166. Maria omnibus exemplum est castitatis, in qua velut in speculo refulget forma virtutis. *Ibid.*

167. Quid mobilis Mater Domini? quid splendens quid castus, quae corpus Christi sine contagione corporis generavit? *Ibid.*

168. Nunquam beata Virgo Maria sine pudoris sui custode processit. *Ibid.*

169. Maria vita omnium est disciplina, cuius mores instituta sunt Ecclesiarum: quae procellit cunctos, supereminet universos, et in ea magisteria sunt prohibita expressa. *Ibid.*

170. Sicut in comparatione Dei nemo bonus, ita et in comparatione Matris Domini nulla feminarum invenitur perfecta, quamvis virtutibus eximilis comprobetur. *Ibid.*

171. Maria, virgo extitit ante conjugium, virgo in conjugio, virgo pregnantis, virgo parientis, virgo lactans : et dicta est merito Mater, non de marito, Epist. 11, de *Assumpt. B. M.*

172. Beata Maria tante extitit puritatis, ut mater Domini esse mereretur. Habet. in *Glossa ord. sup. Epiat. ad Rom.*, cap. v, in illud : *In omnes homines mors pertransiit.*

173. Beata Virgo pauper fuit, humilis, obediens, quieta, modesta, simplex, et sapiens. Lib. 4, de *Propriet. rerum*, cap. 2.

174. Beata Virgo Maria, vere aurora clarissima est, quo suo magno jubere precedentium Patrum claritatem minoravit : sane quomocumque inscripturis, vel in creaturis sunt laudabilia. ejus sunt laudi convenientia. Serm. 34, de *Diversis.*

175. Habet beatissima Virgo non solum intus sanctitatem ad conscientiam, sed et foris sanctitatis opinionem ad famam. Serm. 46, in *Diversis de Assumpt. B. M.*

176. Sicut ergo est aurora vere lucis preventione, sic est flos pulchritudine, fons dulcedine, viola humilitate, rosa charitate vel compassione, lilium suavitate, vitis fructificatione, quodlibet aroma bona opinione, castrum securitate, murus vel turris fortitudine, clypeus aut propugnaculum defensione, columba rostitudine, sponsa fide, amica dilectione, mater fecunditate, virgo integritate, domina dignitate, regina maiestate, ovis innocencia, agna munditia, columba simplicitate, turtur castitate, manda et moneta conversatione, nubes protectione, stella cuiuslibet virtutis aut boni operis inclinatione, laus ejusdem augmentatione, sol consummatione, coelestis denique paradisi coelestis boni plenitudine. Serm. 24, de *Diversis.*

177. Maria Virgo virginum, singularis integritate, unica castitate, excellens dignitate. De *B. Mariae virginit. perpetua*, cap. 1.

178. Tria contulit Mariae fecunditas : avertit jugum captivitatis antiquae : remisit iram indignationis divinae : delavit notam iniquitatis humanae. Lib. 4, *Miscellan.*, codic. 2, tit. 135.

179. Quid tibi negabitur, o Maria, qua Theophilum de ipsis faucibus diaboli eruisit? *Prosec.*

180. Quomodo illa potestas tua potentia poterit consistere, que de carne tua carnis suscepit originem?

181. Accedit ad illud reconciliationis altare, non solum rogans, sed et impetrans : in manibus tuis sunt thesauri misericordiae Dei, absit ut cesset manus tua.

182. Nequa enim tua gloria minuitur, sed augetur : cum ponentes ad veniam justificati assumuntur ad gloriam. Lib. 3, *Miscellan.*, codic. 2, tit. 44.

183. O Virgo gratiosa, totum nobis quodammodo est a te : et per illum nobis est, qui natus est ex te. Collat. 3, de *Verbo incarnato.*

184. Virgo Maria exemplar et humilitatis, decus castitatis, fons charitatis. Super *Ecclesiasticum*, cap. 24.

185. Beata Virgo fuit, et pia, et benigna, et modesta, et casta : pia in opere, benigna in corde, modesta in sermone, casta in corpore, et in mento. *Ibid.*, cap. 26.

186. Beata virgo de virginitate accepit integritatem, et austeritatem reliquit : de facta fecunditatem, et fecunditatem reliquit. Et facta est mater integra, et virgo fecunda : mater sine fecunditate, Virgo sine sterilitate. Super *Ibid.*, cap. xviii.

187. Maria Virgo assimilatur stellis : primo, quia cum magna esset ad modum stella, modica quia cum magna esset ad modum stella, modica apparebat per humilitatem : secundo, sicut stella de nocte luces, sic B. Virgo his luces, qui sunt in tenebris : tertio, in hoc quod naufragantes hujus mundi ad portam salutis dirigit : quarto, quia ad modum stella radios ex se profert honorum exemplorum. Sup. *Luc.*, cap. 1.

188. Maria amarum est mare : quia aqua ejus salsa est, et ideo sitim provocat. *Ibid.*

189. Tria species, Virgo Maria, fuit in corporis castitate, in conscientiae puritate, in exteriori conversatione, in divinarum contemplatione. In *Contemplat. V. M.*, cap. 3.

190. Per te, o super benedicta Virgo Maria, in necessitate reparatur, vita angelica reductor Deus homini pacificatur et unitur, diabolus vincitur et contritur. *Ibid.*

191. Tante virtutis et excellentie est tuum sanctissimum nomen, beatissima Virgo, quod ad invocationem ipsius caelum ridet, terra letatur, angeli conturbantur, demones contremiscunt, et infernus conturbatur. *Ibid.*, cap. 5.

192. Tanto pretiosior pro cunctis et sublimior B. Virgo, quanto et gratia gloriose refulsit. Serm. 3, de *Assumpt. B. M.*

193. Virginitas et vita B. Mariae, speculum et species fuit totius castitatis : et integritas virtutum, decus pudicitiae, et magisterium valde eximium probalibus. *Ibid.*

194. De propagine carnis, nulla nobilior Dei matre refulsit, nulla splendidior ea processit. *Ibid.*

195. Sancta Maria semper virgo fuit, virgo permansit, virgo ante partum, virgo in partu, et virgo post partum. *Prosec.*

196. Concepit, et virgo est : generat, et virgo est : lactat, et virgo est.

197. Mater quippe esse potuit B. Maria, mulier esse potuit : magnum mysterium, magnum donum, magna gratia. *Ibid.*, serm. 1, de *Nat. B. M.*

198. Ipsa Maria virgo extitit ante conjugium : virgo in conjugio, virgo pregnantis, virgo parientis, virgo lactans : et data marito, et mater non de marito. *Ibid.*, serm. 2.

199. Virgo Dei Genitrix virgo est recta, erecta, protera, fragilis, gracilis, flexibilis, frondosa, florifera, fructifera : recta per justitiam, erecta per devotionem, protera per longanimitatem, fragilis per objectionem sui, gracilis per humilitatem, flexibilis per mansuetudinem, frondosa per sanctissimam conversationem, florifera per virginitatem, fructifera per partum vitae aeternae : recta per fidem, erecta per spem, protera per charitatem, fragilis per pudorem, gracilis per desperationem mundi, flexibilis per compassionem proximi, frondosa per honorum operum exultationem, florifera per gloriam virginitatis, fructifera per prerogativam fecunditatis. In *Enchirid. B. M.*

200. Quomocumque sentit impugnationem ab hostibus, vel a mundo, vel a carne, vel a demone, respiciat castrorum aciem ordinatam, deprecetur Mariam. Serm. 2, de *Assumpt. B. M.*

201. Evam serpens seduxit, Maria Gabrieli consensit : sed seductio Eve attulit mortem, consensus Mariae peperit vitam. Serm. de *Genesi.*

202. Per Mariam effectus est homo ex reo iudex, ex abjecto filius, ex hoste amicus, ex alieno proximus, ex mortuo suscitatus. *Ibid.*

203. Maria comessatrix, aut vinolenta nunquam fuit : quoniam omnis mulier, que vinolenta est et comessatrix, meretrix est. Homil. 4, super *Matthaeum. Oper. imperf.*

204. Maria non levis fuit, non jocosus, non cantatrix, non turpium verborum amatric, sicut solent plerumque puella quae libenter talia aut loquuntur, aut audiunt : non super virum oculos suos exultit, nec infixit aspectum. *Ibid.*

205. Inestimabilis laus Mariae! magis Joseph credebat castitatis quam ejus utero, plus gratiae quam naturae : conceptionem manifeste videbat, et formationem suspicari non poterat : possibilis esse credebat mulierem sine viro posse concipere, quam Mariam posse peccare. *Ibid.*

206. Sancta Maria, beata Maria, mater et virgo : virgo fuit ante partum, virgo post partum. Ego hoc miror quomodo de virgine virgo natus sit, et post natiivitatem virginis, mater virgo ait. Homil. de *Joan. Baptista.*

207. Tu, o Maria, eximium humani generis de-

cus, tu sacerdotum gloria, tu christianorum spes, tu virginitatis fornicissima planta. Orat. 4, de *Nat. B. M.*

208. Maria virgo ipsa est, et virginum amans : pura est, et purorum amans. Orat. 2, de *Assumpt. B. M.*

209. Eve inobedientiae nodus solutionem accipit per obedientiam Mariae : quod enim allegavit virgo Eva per incredulitatem, hoc virgo Maria solvit per fidem. Lib. 3, *advers. Haeres.*, cap. 33.

210. Maria quae interpretatur Domina, sive illuminatrix est clara ex stirpe David, virgo Jesso, hortus conclusus, fons signatus, mater Domini, templum Dei, sacrum Spiritus Sancti, virgo sancta, virgo facta, virgo ante partum, virgo in partu, virgo post partum. De *Vita et morte Sanctorum Novi Testamenti*, cap. 68.

211. Maria effecta est porta caeli, paradisi janna, stella maris, solatium mundi, peccanti refugium, naufraganti portus, auxilium periclitanti, eranti via, desperanti salus, mundi interventrix, interemptrix peccati, diaboli terror. De *Culto conubio*, cap. 9.

212. Maria est tabernaculum testamenti, arca foderis, templi propitiarium, thronus Dei, virgo florida, nubecula levis, hortus conclusus, signatus fons, porta clausa, columba immaculata, rosa redolens, lilium candens, flos nitens, virgula fumans, oliva virens, vitis fructificans, cupressus se attolens, palma frondens, terebinthus se extendens, campus germinans, terra pullulans, aurora surgens, lucifer rutilans, sole splendidior, auro purior, gemmis pretiosior, balsamo suavior, margaritis charior, nocte dulcior, harmonia omni delectabilior. *Ibid.*

213. Beatam Mariam virginem frequenter lauda, omnium enim praecoxis dignissima est : et quantumcumque praedicat, omnem commendationem semper superat. In *Contra vitae spirit.*, cap. 13.

214. Plane nihil sub Deo cogitari potest divini Dei Matre quid enim haec dignitate celsius? quid sublimius? quid honorificentius? quid admirabilius? *Ibid.*

215. Nullum Maria virgo aspernatur, nulli se negat, omnes consolatur, omnibus sinum pietatis aperit : et vel tenuiter invocata, praesto adest. *Ibid.*

216. Fieri non potest ut unquam pereat, qui Mariae sedulus, et humilis cultor fuerit. *Ibid.*

217. Maria Virgo peccatores ad se pie et humiliter confluentes blandis suscipit, foret, protegit, et Filio suo materna fiducia reconciliat. *Prosec.*

218. Citius caelum cum terra peribit, quam ipsa aliquem serio se implorantem sua ope destituit. In *Speculat. spir.*, cap. 12.

S. IRENEUS.

S. ISIDORUS
DISPAL.S. LAURENT.
JUSTIN.LUDOVICUS
BLOMUS.

R

HUGO A. N.
VICTORI.

HUGOCARD.

S. INNOC. III.

IDOTA.

S. JOANNES
CHRISTOPH.

S. ILDEPH.

S. JOANNES
DAMASCEN.

S. METROD. 219. Maria Virgo omnibus generationibus excellentior est, omnibusque visibilibus, atque invisibilibus operibus longe prestantior declaratur. *De Purificat. B. M.*

S. PETERUS DAMIANUS. 220. Dignum est, ut quae laudum praemia meretur ab Angelis, obsequiis etiam frequenter humanis; eique post Deum lotus orbia exhibeat laudem, per quam suscepit propriae salutis auctorem. Lib. 6, epist. 29, ad *Stephanum monach.*
221. Optima spes est apud Marianam habere confugium; quae inter omnes celestis curiae senatores, impetrandi apud Deum primum obtinet locum. *Ibid.*

222. Ascendit Saluator in caelum potestativa virtutis imperio, non angelorum auxilio fultus; assumpta est Maria in caelum, sed gratiae sublevaris iudicio, et auxiliantibus angelis. *Serm. 49. de Assumpt. B. M. V.*

223. Quid sanctitatis, quid iustitiae, quid religionis, quid perfectionis singularis Mariae virginis deesse potuit, quam factus divinum gratiae charismate plena fuit? *Serm. 46, de Nativ. B. M. V.*

224. Nec mirum si cunctarum merita transcendat mortalium, quae et ipsa superexcelsit celestidiana angelorum. *Ibid.*

225. Per beatissimam virginem Mariam non solum amissa olim vita hominibus redditur, sed etiam beatitudo angelorum sublimitatis augetur. *Ibid.*

226. O mirabiliter fecunda virginitas, quae novo et inaudito miraculo, et mater dici possit Virgo. *Ibid.*

227. Per mulierem infusus est maledictio terrae, per mulierem redditur benedictio terrae; largissimum benedictioni novae fluentium, totum dicitur maledictionis antiquae contagium. *Ibid.*

228. Beata virgo Maria, licet de generosa sit Patrum stirpe progenita, ab illo tamen trahit excellentissimae nobilitatis genus, qui de illa est novo nascenti genero procreatus, et per clarissimam sobolem, clarum humani stemmatis excedit nobilitatem; clara proavorum titulis, sed incomparabiliter clarior generositate proli; filia siquidem regum, sed mater Regis regum. *Ibid.*

229. Non ad aeterni Iudicis poterit perire conceptum, qui generitricis ejus sibi provexit auxilium. *Opusc. 33, esp. 2.*

S. PETERUS HAUERT. AB. CLUNIAC. 230. Beata Maria, in carne etiam posita, omnem creaturam vel humanam, vel angelicam summa transcendit. Lib. 3, epist. 7 ad *Gregor.*

S. PETERUS HAUERT. AB. CLUNIAC. 231. Prophetissa erat Maria, prophetissa, in quam, nulli prophetarum comparanda, ejus in secretarum pectoris Spiritus sanctus prophelas omnes cotexterat. Lib. 1, de *Spiritu sancto.*

232. pulchritudo tua, pudicitia est, et pudiciorum omnium virginum, virtutum atque continentium pudicitia, religiositas aut verecundia, tuae genis, tuis oculis comparata, non est verecundia, non est religiositas, non est aut vis meretur dici pudicitia. Lib. 1 in *Cont. cap. 1.*

233. Quid in te, o dilectissima dilectarum, Virgo virginum, laudatur a dilecto laudabili, quem laudat chorus angelorum? *Prose.*

234. Laudatur simplicitas, munditia, innocencia, doctrina, verecundia, humilitas, mentis et carnis integritas, sive incorrupta virginitas.

235. In oculis simplicitas, in capillis cogitationum tuarum munditia, in dentibus innocentia, in labiis doctrina, in genis verecundia, in ceteris humilitas, in uberibus tuis admiranda et spectabilis eam fecunditate virginitas.

236. Simplicitas tua, prudentia tua est; munditia tua, supernorum desiderium est; innocentia tua, religiositas est; humilitas tua, vera contra diabolum fortitudo est; virginitas tua, matrem deum est. Lib. 8, super *Cont. cap. iv, super illud: Quam pulchra es, amica mea!*

237. Oculi tui columbarum. Haec namque avicula sine felle est, et tu maxime, o misericordiam mater! sine felle es, nihil enim unquam habuisti invidiae, nihil odii, quod familiare est rapacibus cervis. *Ibid., cap. 3.*

238. San. Christo maxima fuit B. Mariae virginis puritas. Part. 3, quae. 27, art. 2.

239. Beata virgo non solum erat pura in se sed etiam puritatem procuravit aliis. *Opusc. 8 super Ave Maria.*

240. Si malignus hostis vos tentat, Mariam invocate, Mariam salutate, Mariam cogitate, Mariam nominare, Mariam honorate, Mariam glorificate, Mariam vos commendate. *Serm. 21 ad Novit. div. 4.*

241. Maria est omnium virginum, virgo prudentissima; omnium foeminarum, foemina pudicissima; omnium matronarum, matrona honestissima; omnium puellarum, puella speciosissima; omnium domicellarum, domicella vestimentissima; omnium reginarum, regina nobilissima. *Ibid., serm. 25.*

242. O summe venerabilis virgo Maria, virginitate candidissima, humilitate profundissima, charitate ferrentissima, patientia mitissima, misericordia plenissima, oratione devotissima, meditatione altissima, contemplatione altissima, compassione suavissima, consilio prudentissimum, auxilio potentissimum. *Ibid., div. 4.*

243. O summe veneranda virgo Maria, aula Dei, porta caeli, paradisi deliciarum, puteus gratiarum, angelorum gloria, hominum lesitia, forma morum, virtutum splendor, lucerna vitae,

epes egenorum, salus infirmorum, mater orphanorum. *Ibid.*

244. Invocanda est Maria ab omnibus Christi fidelibus: nam dulce nomen Mariae fiduciam donat invocanti et nominanti. *De Disciplina claustr., cap. 15.*

S. THOMAS A VILLANO. 245. Quidquid in quolibet sancto fuit illustre, in virgine Maria fuit, in illa patientia Job, mansuetudo Moysi, fides Abraham, castitas Joseph, humilitas David, sapientia Salomonis, zelus Elias, paritas virginum, fortitudo martyrum, devotio confessorum, sapientia doctorum, contemptus mundi anachoretarum. *Conc. 3 de Nativ. B. M.*

246. O homo! in quocumque tribulatione ad Mariam fuge, sive peccatis afflictus, sive persecutionibus attritus, sive tentationibus turbatus, hanc turrim petito, ad Mariam coniugio. *Conc. 4 de Assumpt. B. M.*

247. O magnum sacramentum! Maria Virgo incorrupta concepit, post conceptum Virgo peperit, post partum Virgo permausit. *Serm. 2 de Nat. Christi.*

Vide etiam tit. *Conceptio immaculata*, per totum; *Intercessio*, sent. 60; *Martyrium*, sent. 265; *Privilegium*, sent. 14, *Seductio*, sent. 23.

MARIE CONCEPTIO IMMAGULATA.

Vide conceptio immaculata.

MARTYRIUM.

S. ANTONIN. *Etymologia.* Martyr est graecum, latino interpretatur Testis: per excellentiam autem dicitur martyres, testes, qui propter Deum sustinent mortem: quia non potest esse effectus testimonium ejus, quod dicit quis, vel fatetur, quam confirmando quod verum sit, vel justum, sustinere mortem patient. Part. 3, lit. xxx, esp. 9, § 1.

Definitio. Martyrium est expurgatio peccatorum cum gloria. Lib. 4 *Sironat.*

Martyrium est actus virtutis, qua aliquis contra persequentium impetus firmiter in justitia et veritate permanet. 2, 2 quae. 123, art. 1.

Divisio. Tres genera sunt martyrii: castitas, in juvene, largitas in paupere, abstinencia in abundantia. *Expos. 4, super Psalm. xxvii, in illud: Non recedent vultu iniqui salutationes.*

S. ANTONIN. Duo sunt martyrii genera: unum in aperta passione, alterum in occultis animi virtute. *Prose.* Nam multi hostis insidias tolerantes, et cunctis carnalibus desideris resistentes, per hoc quod in corde suo Deo omnipotenti ineluctaverunt, etiam postea tempore martyres facti sunt, qui etiam persecutionis non tempus existaret, martyres esse potuerunt. Lib. 7, *Etymol. cap. 11.*

SENTENTIAE PATRUM.

1. Non ideo laudabilis virginitas, quia in martyribus reperitur, sed quia ipsa martyres facit. Lib. 1, de *Virginitate.*

2. Ipsa mors martyrum, premium vitae est. In *Orat. de fide Nativ.*

3. Cum iudicatur martyr, et condemnatur, tunc vincit, atque prosternit persecutorem. *Serm. 76 de Natali sanctorum Martyrum.*

4. Martyr cum patitur, non sibi tantum patitur, sed et civibus: sibi enim patitur ad premium, civibus ad exemplum: sibi patitur ad regnum, civibus ad salutem. *Serm. 77.*

5. Cuncti martyres devotissima percolandi sunt, sed specialiter venerandi sunt a nobis, quorum reliquias possidemus. *Prose.*

6. Et ideo, Fratres, veneremur eos in saeculo, quos defensores habere possumus in futuro. *Ibid.*

7. Martyrii mater, est fides catholica, *Serm. 93.*

8. Martyres principes sunt fidei, interesseos mundi, praecoens regni, coheredes, *Ibid.*

9. Tolle martyrum certamina, tulisti coronas: tolle cruciatus, tulisti beatitudines. Lib. 4 super *Lucam*, cap. 4, in illud: *Diabolus recessit ab illo.*

10. Nullatenus scissem potest homo magis dare Deo, quam cum se morti tradit ad honorem filius. Lib. 2, *Cur Deus*, cap. 11.

11. Anima martyris frama est splendida charitate, acuta veritate, vibrata Dei virtute. Part. 4, tit. iii, cap. 3, § 2.

12. Martyrium triplex est sine sanguine: paritas in libertate, quae fuit in David; liberalitas in paupertate, ut in Tobia; castitas in juventute, ut in Joseph in *Egypto*, *Ibid.*

13. Lapides Stephano dulces fuerunt, *Serm. Donn. infra octav. Nativ.*

14. Veri martyres illi sunt, de quibus Dominus ait: *Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam*; non ergo qui propter iniquitatem, et propter christianae unitatis impiam divisionem: sed qui propter justitiam persecutionum Patientur, in martyres veri sunt. *Epist. 50 ad Romanos.*

15. Disputando et scribendo monstravimus haereticos non posse habere martyrum mortem, quia christianorum non habent vitam: cum martyrem non faciat poena, sed causa. *Epist. 61 ad Galatas.*

16. Centesimus fructus, martyrum est. Lib. 4, *Quaest. eong.*, quae. 9, super illud *Matt. 13: Attulit centurium.*

17. Tota justitia haec est, virginitas, sacerdotium, et martyrium. Lib. 2, de *liber. sacro Script.*, cap. 3.

18. Non nos martyribus templa sacerdotia,

S. AMBROS.

S. ANSELM.

S. ANTON.

S. ANT. DE PADOA.

S. AUGUST.

(R)

S. METROD. 219. Maria Virgo omnibus generationibus excellentior est, omnibusque visibilibus, atque invisibilibus operibus longe prestantior declaratur. *De Purificat. B. M.*

S. PETERUS DAMIANUS. 220. Dignum est, ut quae laudum praemia meretur ab Angelis, obsequiis etiam frequenter humanis; eique post Deum lotus orbia exhibeat laudem, per quam suscepit propriae salutis auctorem. Lib. 6, epist. 29, ad *Stephanum monach.*
221. Optima spes est apud Marianam habere confugium; quae inter omnes celestis curiae senatores, impetrandi apud Deum primum obtinet locum. *Ibid.*

222. Ascendit Saluator in caelum potestativa virtutis imperio, non angelorum auxilio fultus; assumpta est Maria in caelum, sed gratiae sublevaris iudicio, et auxiliantibus angelis. *Serm. 49. de Assumpt. B. M. V.*

223. Quid sanctitatis, quid iustitiae, quid religionis, quid perfectionis singularis Mariae virginis deesse potuit, quam factus divinum gratiae charismate plena fuit? *Serm. 46. de Nativ. B. M. V.*

224. Nec mirum si cunctarum merita transcendat mortalium, quae et ipsa superexcelsit celsitudinem angelorum. *Ibid.*

225. Per beatissimam virginem Mariam non solum amissa olim vita hominibus redditur, sed etiam beatitudo angelorum sublimitatis augetur. *Ibid.*

226. O mirabiliter fecunda virginitas, quae novo et inaudito miraculo, et mater dici possit Virgo. *Ibid.*

227. Per mulierem infusus est maledictio terrae, per mulierem redditur benedictio terrae; largitissimum benedictioni novae fluentium, totum dicitur maledictionis antiquae contagium. *Ibid.*

228. Beata virgo Maria, licet de generosa sit Patrum stirpe progenita, ab illo tamen trahit excellentissimae nobilitatis genus, qui de illa est novo nascenti genero procreatus, et per clarissimam sobolem, clarum humani stemmatis excedit nobilitatem; clara proavorum titulis, sed incomparabiliter clarior generositate prolis; filia siquidem regum, sed mater Regis regum. *Ibid.*

229. Non ad aeterni Iudicis poterit perire conceptum, qui generitrix ejus sibi provolvit auxilium. *Opusc. 33, esp. 2.*

S. PETERUS HARRIB. AB. CLINIAC. 230. Beata Maria, in carne etiam posita, omnem creaturam vel humanam, vel angelicam summis transcendit. Lib. 3, epist. 7 ad *Gregor.*

S. PETERUS HARRIB. AB. CLINIAC. 231. Prophetissa erat Maria, prophetissa, in quam, nulli prophetarum comparanda, ejus in secretarum pectoris Spiritus sanctus prophelas omnes cotexterat. Lib. 1, de *Spiritu sancto.*

232. pulchritudo tua, pudicitia est, et pudiciorum omnium virginum, virtutum atque continentium pudicitia, religiositas aut verecundia, tuae genis, tuis oculis comparata, non est verecundia, non est religiositas, non est aut vis meretur dici pudicitia. Lib. 1 in *Cont. cap. 1.*

233. Quid in te, o dilectissima dilectarum, Virgo virginum, laudatur a dilecto laudabili, quem laudat chorus angelorum? *Prose.*

234. Laudatur simplicitas, munditia, innocencia, doctrina, verecundia, humilitas, mentis et carnis integritas, sive incorrupta virginitas.

235. In oculis simplicitas, in capillis cogitationum tuarum munditia, in dentibus innocentia, in labiis doctrina, in genis verecundia, in ceteris humilitas, in uberibus tuis admiranda et spectabilis eam fecunditate virginitas.

236. Simplicitas tua, prudentia tua est; munditia tua, supernorum desiderium est; innocentia tua, religiositas est; humilitas tua, vera contra diabolum fortitudo est; virginitas tua, matrem deum est. Lib. 8, super *Cont. cap. iv, super illud: Quam pulchra es, amica mea!*

237. Oculi tui columbarum. Haec namque avicula sine felle est, et tu maxime, o misericordiam mater! sine felle es, nihil enim unquam habuisti invidiae, nihil odii, quod familiare est rapacibus cervis. *Ibid., cap. 3.*

238. San. Christo maxima fuit B. Mariae virginis puritas. Part. 3, quae. 27, art. 2.

239. Beata virgo non solum erat pura in se sed etiam puritatem procuravit aliis. *Opusc. 8 super Ave Maria.*

240. Si malignus hostis vos tentat, Mariam invocate, Mariam salutate, Mariam cogitate, Mariam nominare, Mariam honorate, Mariam glorificate, Mariam vos commendate. *Serm. 21 ad Novit. div. 4.*

241. Maria est omnium virginum, virgo prudentissima; omnium foeminarum, foemina pudicissima; omnium matronarum, matrona honestissima; omnium puellarum, puella speciosissima; omnium domicellarum, domicella vestimentissima; omnium reginarum, regina nobilissima. *Ibid., serm. 25.*

242. O summe venerabilis virgo Maria, virginitate candidissima, humilitate profundissima, charitate ferventissima, patientia mitissima, misericordia plenissima, oratione devotissima, meditatione altissima, contemplatione altissima, compassione suavissima, consilio prudentissimo, auxilio potentissimo. *Ibid., div. 4.*

243. O summe veneranda virgo Maria, aula Dei, porta caeli, paradisi deliciarum, puteus gratiarum, angelorum gloria, hominum lesitia, forma morum, virtutum splendor, lucerna vitae,

MARTYRIUM.
244. Invocanda est Maria ab omnibus Christi fidelibus: nam dulce nomen Mariae fiduciam donat invocanti et salvantem. *De Disciplina claustr., cap. 15.*

S. THOMAS A VILLANO.

245. Quidquid in quolibet sancto fuit illustre, in virgine Maria fuit, in illa patientia Job, mansuetudo Moysi, fides Abraham, castitas Joseph, humilitas David, sapientia Salomonis, zelus Elias, paritas virginum, fortitudo martyrum, devotio confessorum, sapientia doctorum, contemptus mundi anachoretarum. *Conc. 3 de Nativ. B. M.*

246. O homo! in quocumque tribulatione ad Mariam fuge, sive peccatis afflictus, sive persecutionibus attritus, sive tentationibus turbatus, hanc turrim petito, ad Mariam coniugio. *Conc. 4 de Assumpt. B. M.*

S. ZENO EPISCOPUS ET MART.

247. O magnum sacramentum! Maria Virgo incorrupta concepit, post conceptum Virgo peperit, post partum Virgo permansit. *Serm. 2 de Nat. Christi.*

Vide etiam tit. *Conceptio immaculata*, per totum; *Intercessio*, sent. 60; *Martyrium*, sent. 265; *Privilegium*, sent. 14, *Seductio*, sent. 23.

MARIE CONCEPTIO IMMACULATA.

Vide conceptio IMMACULATA.

MARTYRIUM.

S. ANTONIN. *Etymologia.* Martyr est graecum, latino interpretatur Testis: per excellentiam autem dicuntur martyres, testes, qui propter Deum sustinent mortem: quia non potest esse effectus testimonium ejus, quod dicit quis, vel fatetur, quam confirmando quod verum sit, vel justum, sustinere mortem patienter. Part. 3, lit. xxx, esp. 9, § 1.

Definitio. Martyrium est expurgatio peccatorum cum gloria. Lib. 4 *Sironat.*

Martyrium est actus virtutis, qua aliquis contra persequentium impetus firmiter in iustitia et veritate permanet. 2, 2 quae. 123, art. 1.

Divisio. Tres genera sunt martyrii: castitas, in juvene, largitas in paupere, abstinencia in abundantia. *Expos. 4, super Psalm. xxvii, in illud: Non recedent vultu iniqui salutationes.*

S. ANTONIN. Duo sunt martyrii genera: unum in aperta passione, alterum in occultis animi virtute. *Prose.* Nam multi hostis insidias tolerantes, et cunctis carnalibus desideris resistentes, per hoc quod in corde suo Deo omnipotenti ineluctaverunt, etiam postea tempore martyres facti sunt, qui etiam persecutionis non tempus existaret, martyres esse potuerunt. Lib. 7, *Etymol. cap. 11.*

SENTENTIAE PATRUM.

1. Non ideo laudabilis virginitas, quia in martyribus reperitur, sed quia ipsa martyres facit. *S. AMBROS.* Lib. 1, de *Virginitate.*

2. Ipsa mors martyrum, premium vitae est. *In Orat. de fide Nativ.*

3. Cum iudicatur martyr, et condemnatur, tunc vincit, atque prosternit persecutorem. *Serm. 76 de Natali sanctorum Martyrum.*

4. Martyr cum patitur, non sibi tantum patitur, sed et civibus: sibi enim patitur ad premium, civibus ad exemplum: sibi patitur ad regnum, civibus ad salutem. *Serm. 77.*

5. Cuncti martyres devotissime percolandi sunt, sed specialiter venerandi sunt a nobis, quorum reliquias possidemus. *Prose.*

6. Et ideo, Fratres, veneremur eos in saeculo, quos defensores habere possumus in futuro. *Ibid.*

7. Martyrii mater, est fides catholica, *Serm. 93.*

8. Martyres principes sunt fidei, interesse mundi, praecones regni, coheredes, *Ibid.*

9. Tolle martyrum certamina, tolles coronas: tolle cruciatus, tolles beatitudines. Lib. 4 super *Lucam*, cap. 4, in illud: *Diabolus recessit ab illo.*

10. Nullatenus scissem potest homo magis dare Deo, quam cum se morti tradit ad honorem filius. Lib. 2, *Cur Deus*, cap. 11.

11. Anima martyris frama est splendida charitate, acuta veritate, vibrata Dei virtute. Part. 4, tit. iii, cap. 3, § 2.

12. Martyrium triplex est sine sanguine: paritas in libertate, quae fuit in David; liberalitas in paupertate, ut in Tobia; castitas in juventute, ut in Joseph in *Egypto*, *Ibid.*

13. Lapides Stephano dulces fuerunt, *Serm. Donn. infra octav. Nativ.*

14. Veri martyres illi sunt, de quibus Dominus ait: *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam*; non ergo qui propter iniquitatem, et propter christianae unitatis impiam divisionem: sed qui propter justitiam persecutionum Patientur, in martyres veri sunt. *Epist. 50 ad Romanos.*

15. Disputando et scribendo monstravimus haereticos non posse habere martyrum mortem, quia christianorum non habent vitam: cum martyrem non faciat poena, sed causa. *Epist. 61 ad Galatas.*

16. Centesimus fructus, martyrum est. Lib. 4, *Quaest. eong.*, quae. 9, super illud *Matt. 13: Attulit centurium.*

17. Tota iustitia haec est, virginitas, sacerdotium, et martyrium. Lib. 2, de *liber. sacre Script.*, cap. 3.

18. Non nos martyribus templa sacerdotia,

sacra; et sacrificia constitimus, quoniam non ipsi, sed Deus eorum nobis est Deus: honoramus sane memorias eorum, tanquam sanctorum, hominum Dei, qui usque ad mortem suorum corporum pro veritate carterunt. Lib. 8. *De Civ. Dei*, cap. 27.

49. Nulli martyrum, sed ipsi Deo, quoniam in memorias martyrum, constitimus altaria. *Prose.*
90. Colimus martyres eo cultu dilectionis et societatis, quo et in hac vita coluntur sancti homines, quorum cor ad talem pro evangelica veritate passionem paratum esse sentimus. Lib. 29. *Conf. Augustin.*, cap. 11.

21. Laus martyrum est, non in poena, sed in causa: non persecutionem pati, non teneri, non flagellari, non includi, non proscindi, non occidi laus est: sed habendo causam bonam ista pati, hec laus est: laus enim est in causa bonitate, non in poena acerbitate. Super *Psalm.* lxxvii.

22. Martyres non faciunt poena, sed causa: nam si poena martyres faceret, omnia metalla martyribus plena essent, omnes calense martyres traherent, omnes qui gladius feruntur, coronarentur. Super *Psalm.* lxxxv, conc. 3.

23. Multi martyres multa tormenta passi sunt, sed nihil sic elucet quomodo caput martyrum: ibi melius intuemur, quod illi experti sunt. Super *Psalm.* lxxiii, vers. 2.

24. Martyrium Christi, et apud homines, et in hoc mundo non solum non est opprobrium, sed magnum est ornamentum. Super *Psalm.* cxviii, conc. 9.

25. Quanta mala passi sunt martyres, quanta exilia, quanta tormenta! aequalores carcerum, stricturas catenarum, acervitas ferarum, ardorem flammarum, aculeos contumeliarum. Super *Psalm.* cxxvii, vers. 5.

26. Seculi homines infeliciter felices sunt, martyres autem feliciter infelices erant: erant enim adtempus infelices, sed in aeternum felices. *Ibid.*
27. Quam mirandi generis mors est, cui parum fuit non esse in pomis, nisi esset insuper in deliciis. Tract. 65, super *Evang. Joan.*, cap. 13.

28. Si nulla esset mortis, vel parva molestia, non esset tam magna martyrum gloria. *Ibid.*, tract. 123.

29. Perpetua et felicitas (vominia sanctorum femininarum) merces est sanctorum omnium martyrum. *De Tempore barbarico*, cap. 5.

30. Habet pax martyres suos: nam iracundiam mitigare, libidinem fugere, justitiam custodire, cupiditatem contemnere, pars magna est martyrii. *De Honest. mulier.*, cap. 1.

31. Omnibus christianis martyria deesse non possunt: sicut castitas, veritas, et justitia Christi

est, sic et ille qui eis insidiatur persecutor Christi est: ille vero qui castitatem, veritatem, et justitiam in aliis defendere, et in seipso custodire voluerit, martyr est. *Ibid.*, cap. 3.

32. Injuria est pro martyre orare eum non debemus orationibus commendari. *De Verb. Apost.*, serm. 17.

33. Si nulla esset mortis amaritudo, non esset magna martyrum fortitudo. *Ibid.*, serm. 33.

34. Licet Christi Passio nobis sufficiat ad salutem, tamen etiam sanctorum martyrium nobis contulit ad exemplum. Sermon 3. *sanctorum Petri et Pauli*.

35. Martyrum confessio, quanto in passione est fortior, tanto est clarior in honore. Sermon 1. *sanctorum omnium*.

36. Martyrium est indulgentia criminum, virtutum caput, occasio justitiae, Dominice Passionis imitatio. Sermon 5. *de Martyribus*.

37. Hec est vox Martyrum, omnia tolerare, et de se nihil presumere; illum diligere, qui gloriatur in suis. *Ibid.*, serm. 6.

38. Eligite martyrum causas, si vultis pervenire ad martyrum palmas. *Ibid.*

39. Martyrium non tantum effusione sanguinis, sed etiam abstinentia peccatorum, et exercitatione divinarum preceptorum perficitur. Sermon 44. *ad Frat. in orona*.

40. Non potestis tantum in effusione sanguinis, esse martyrium, semper martyrium est christianis et religiosis. *Ibid.*, serm. 60.

41. Ab inferiore martyre accipit sententiam, a superiore coronam. Hab. in *Decret. Gratiani* part. 2, causa 11, quest. 3, conc. *Elvi*.

42. Reges venerati sunt sanguinem martyrum, quem diabolico furore fuderunt. Lib. 18. *De Civ. Dei*, cap. 56.

43. Martyrium extra Ecclesiam, etiam pro Christo susceptum, poenam habet, non coronam. In serm. *de Gestis cum Emerita*.

44. Quis modus aut que satietas Martyrum memoriam prosequendi erit, illi praesertim qui eorum amore ac charitate magnopere tenetur? Nam honor in bonos a consensu collatus, benevolentiae significationem spud communem Dominum habet. *Hom.* 20. *de Quadrag. Martyr*.

45. Per martyria veritas fidei clarior elucescit, quando paratus est homo mori pro veritate, quam praedicat. Sermon 1. *Dom. Quinquag.*, art. 2, cap. 3.

46. In martyribus facit mortem praefiosam aliquando sola causa, aliquando causa pariter et vita. Sermon 24. *de Parva serm.*

47. Martyrium sine sanguine triplex est: paritas in libertate, largitas in paupertate, castitas in juventute. In suis. *Sent.*, cap. *Martyrium*.

48. Non superbi vel arrogantes, sed humiles potius, qui de se presumere nesciunt, martyrio idonei sunt. Sermon 47. *super Cant.*

HORTICUS.
49. Nonnulli venerandum nomen gloriose mortis pretio emerunt. Libro 4. *de Consolat. Philos.*, Prosa 6.

S. BONAV.
50. O quam gloriosum est mori pro veritate, que etsi non convertat audientem, coronat tamen predicantem! Sermon 4. *Dom. 4. post Pent.*

51. Sine ferro et flammis Martyres esse possumus, si patientiam in animo veraciter conseremus. Sermon 3. *de Sancto Andrea*.

52. Qui unquam reges, qui principes, qui barones, aut nobiles a mundo honorantur, ut martyres? immo ut Martyrum crura? Major longe, major honor exhibetur Stephano, sive Laurentio, quam Alexandro, sive Apostata Juliano. Sermon 2. *de Uno Mart.*

CASSIODOR.
53. Sine labore et dolore corporis consumari non potest corona martyrii. Super *Psalm.* ix, vers. 29. *Labor. et dolor*.

54. Tribulationibus crebris, atque martyriis, robur animae conserescit. Super *Psalm.* lxx, vers. 10.

55. Multi sanctissimi tribulationibus appellati, certamen atrocissimum sustinentes, martyrii coronam consummata clade meruerunt. Super *Psalm.* cxxviii, vers. 1.

S. CYPRIAN.
56. Confessio quanto in passione fortior, tanto clarior et major in honore est. Epistol. *ad Mart. et Confes.*

57. Martyrum certamen, celeste certamen est, certamen salutis, vinculum libertatis et honoris Christi. *Ibid.*

58. Non minor est martyrii gloria, non publice et inter multos perisse, cum perveni causa sit propter Christum perire. Epistol. 56, cap. 1.

59. Esse martyr non potest, qui in Ecclesia non est. *De Unitate Ecclesiae*, cap. 8.

60. Martyrium fundamentum est vite et fidei, presidium salutis, vinculum libertatis et honoris. *De Laude Mart.*, cap. 2.

61. Res summa martyrium est. *Ibid.*, cap. 3.

62. Martyrium est delictorum finis, periculi terminus, anx salutis, magister patientiae, domus vite. *Ibid.*

63. Martyr morte vitam condemnat, ut vitam morte custodial. *Ibid.*, cap. 4.

64. Martyrii est inestimabilis gloria, infinita mensura, immaculata victoria, nobilis virtus, incomparabilis titulus, triumphus immensus. *Ibid.*, cap. 46.

65. Martyrium appellatur tam corona, quam baptisma: quia baptizat pariter et coronat. *De Singular. Cleric.*, cap. 20.

66. Non martyr est omnis, qui occiditur: occidunt enim et sicarii et piratae: quia non supplicium facit martyrem, sed causa. *De Duplice martyrio*, cap. 6.

67. Martyres sunt, nec martyrum corona frustabuntur monachi, qui vere monachi sunt, et apud Deum carnem suam crucifixerunt: ac virgines quas vere virgines sunt. *Ibid.*, cap. 14.

68. Fides est, que pugnat et superat in martyribus, nec quisquam defeceit in tormentis, nisi fidei defecta. *Ibid.*, cap. 17.

69. In Dei servis (apud quos cogitatur, et martyrium mente concipitur) animus ad hominem deditus Deo iudice coronatur: aliud est martyrium animus deesse, aliud animo defuisse martyrium. Habetur in *Decretis Gratiani*, part. 2. *de Penit.*, dist. 1, can. *Nunquid*.

70. Martyres imitare, vicentur illi tyrannos sua modestia atque longanimitate: vince et tu tyrannidem passionum tuarum, iisdem instructis armis. *Prose.*

71. Illi palam martyres fuerunt, et tu in secreto saltem martyrum perfectum te probe: illi in aperto certamen consummarunt, perfice tu quoque certamen in occulto. *De Lavellian Martyr*.

72. Duplex martyrium est: unum succumbere gladiis impiorum; alterum in infirmitatibus et adversitatibus in animo patientiam custodire. Epistol. *ad Damas. pap. de Morte D. Hieron.*

73. Quam pretiosa sunt martyrum vulnera, quam gloriosa certamina; inter que tormentis sunt viventes, et mortibus triumphantes. Sermon. *de S. Genesio*.

74. Martyres Christi occidi possunt, fletu nequeunt. Sermon 23. *super Cant.*

75. Laus est in causa bonitate, non in poena acerbitate: causa enim facit martyrem, non poena. Super *Psalm.* lxxviii.

76. Quisquis extra unitatem Ecclesiae patitur, poenam pati potest, martyr fieri non potest. Lib. 18. *Moral.*, cap. 14.

77. Martyr Christi occidi potest, superari non potest. *Ibid.*, lib. 31, cap. 15.

78. Martyrium non facit poena, sed causa: nec clarescere potest aliquis fulgore virtutis, qui non arserit in officina charitatis. *Ibid.*, lib. 48, cap. 14.

79. Duo sunt martyrii genera, unum in occulto, alterum in publico. Nam etsi persecutio desit exterius, martyrii meritum in occulto est, cum virtus ad passionem prompta flagret in animo. Lib. 3. *Dialog.*, cap. 26, verbo *Duo*.

80. Sancti martyres Christi presentem vitam non despicerent, nisi certiorum animarum vitam subsequi scirent. *Ibid.*, lib. 4, cap. 6.

81. Duo sunt martyrii genera, unum in mente,

S. EUSEBIUS

S. EUSEBIUS

S. EUSEBIUS

GILBERTUS

ANGLUS.

GLOSS. INT.

S. GREGORIUS

MAGNUM.

R

aliud in mente simul et actione : itaque esse marty-
rum quisque potest, etiam nullo percutientium
ferro trucidatur. *Prose.*

82. Mora a persequente, martyrium in aperto
opere est : ferre contumelias, odientem diligere,
martyrium est in occulta cogitatione.

83. Nos igitur sine ferro martyres esse possumus,
si patientiam veraciter in animo custodimus.
Homil. 35 super *Evangelium.*

84. Martyrium quod per infirmitatem carnis
Petrus noluim, per virtutem spiritus amavit. *Prose-
cutio.*

85. Martyr qui dum per carnem ad penas
trepidat, per spiritum ad gloriam exultat. *Idem.*
hom. 3.

86. Martyres sunt holocausta, rationalia, sacri-
ficia perfecta, oblationes acceptae, veritatis pro-
cessus, mendacii infamatio, legis adimpletio, erro-
ris dissolutio, malitiae persecutio, peccati subver-
sio, mundi expurgatio. *Orat. 12 de S. Cypriano.*

87. Hunc esse quantum omnium presentissimum;
nisi, nihilum exiguu sanguine coelestem
regnum carere, ac pro. caducus et temporarius
bonis aeternitatem glorie reiecit. Habetur apud
Divum Joannem Dunscoviensem lib. 1. *Parall.*
cap. 31.

88. Non solum effusio sanguinis in confessione,
martyrium reputatur, sed devote quoque mentis
servitium immaculata, quotidianum martyrium est;
illa corona de rosis et violis pleclitur, ista de liliis.
Epist. 27, ad Eustoch.

89. Confessores voluntate martyres sunt. *Epist.*
14, ad Rufinum.

90. Ignis, crux, bestia, contractio ossium,
membrorum divisio, et totus corporis contritio,
et tota tormenta diaboli in me veniant, tantum
ut Christo fruatur, de *Scripturis ecclesiam*. in
Ignatio loquente.

91. Cum ignatius iam damnatus esset ad bes-
tias, ardore patiendi, cum rugientes audiret leo-
nes, ait : Frumentum Christi sum, dentibus bes-
tiarum molar, ut panis mundus inveniar. *Idem.*

92. Non moritur, qui suis victurus occiditur.
Epist. 49 ad Innocent.

93. Voti, tempore persecucionis, christiani
erat, pro Christi nomine glorio. percuti. *Epist. 50,*
de Vita Pauli Eremitae.

94. In martyre voluntas, ex qua ipsa mora nas-
citur, coronatur. *Lib. 2, advers. Jovinian.*

95. Honoramus reliquias martyrum, ut cum
cujus sunt martyres adoremus. *Epist. 5, ad Hippo-
lytum advers. Virgilium.*

96. Quanti in toto orbe martyres, autequam
cederentur, variis subiacere peccatis! *Epist. 19,*
ad Pammach. et Ocean.

97. Sine charitate martyrio sanguis effusis,
corpus flammis traditum, coronam non habet
praemiorum. *Epist. 28, ad Pammach. et Marcellin.*

98. Passio martyrum et pro Christi nomine
cruoris effusio, et inter tormenta laetitia trium-
phi Dei est. *Epist. 8, ad Modestum, quest. 164.*

99. Martyr, qui pro confessione Domini sangui-
nem fundit, tentatus quidem est, sed tentationum
robus non ligatur. *Lib. 1 super Math., cap. xxvi,*
can. 2, num. 206, super illud : *Ut non introitis in
tentationem.*

100. Sanguis in martyrio, quamvis ardeat fides,
tamen sine dolore et timore non funditur. *Lib. 3,*
*super Epist. ad Galat., cap. 6, in illud : Per chari-
tatem spiritus servate invicem.*

101. Si ita martyrium fecerimus, ut nostram
velimus ab hominibus reliquias honorari, si opinio-
nem vulgi sectantes, integram sanguinem fur-
derimus, hunc operi non tam praemium, quam
pena debetur; et perfidiae magis tormenta auri,
quam coram victoribus. *Idem.*

102. Non omnis qui vincitur est, vincitur est
Christi : sed quicumque pro Christi nomine, et
pro ejus confessione vincitur, ille vere vincitur di-
citur Iesu Christi. *Prose.*

103. Sanguis effusus in laudem martyrum facit,
qui pro Christi nomine funditur. *Super Epist. ad
Philemonem, super illud : Paulus vincitur.*

104. Gloriosa martyrum species est, qui confes-
sioni Dei, tanquam hostia electa, sunt immolati.
*Super Math., cap. xxii, in illud : Simile est
regnum caelorum homini regi.*

105. Habent martyres sancti fructus in mundo,
et fructus in caelo : in mundo fructus justitiae, in
caelo fructus gloriae : in mundo fructus meriti, in
caelo fructus praemii. *Serm. 60, de Divers. de omni-
bus Sanctis.*

106. Omnia falo martyri reseantur peccata.
Super Psalm. vi.

107. In sanguine martyrum fundata est Ecclie-
sia. *Super Psalm. xiiii.*

108. Mors martyrum tanto erat pretiosior,
quanto ante mortem poens productior. *Idem.*

109. Vincitissimum propter Christum, sed nequam
Christo dignus sum; si vero consummaver, forsitan
dignus ero. *Epist. 5, ad Prullianum.*

110. Ignis, crux, ferarum concursus, sectio-
nes, latrocinia, ossium dissectiones, membrorum
convulsiones, totus corporis solutio, diaboli tor-
menta in me veniant, tanquam modo ut Jesum man-
dasset. *Idem, epist. 15, ad Roman.*

111. Tanto ejus acceptabilis hostia, quanto fi-
denter gloriose mortis excepit beneficia. *Serm.*
de Fide Abraham.

112. Deus permittit justos occidi ad probatio-

nem pietatis; exercitatio enim pietatis est marty-
rium. *Homil. super Psalm. xcvi.*

113. Martyrium non eventum tantum estimatur,
sed etiam propositum : non cum martyr decollatur,
tum fit martyr, sed ex quo propositum ostendit
proflendi, martyr est; etiam non patitur quae
martyres solent. *Idem.*

114. Horti aquis irrigati non ita germinant, si-
cut Ecclesia, si martyrum irrigetur sanguine.
Serm. in Jovinian. et Maxim.

115. Martyrii corona non solum pro eo est
quod libellus non immolatur, sed pro ipsa Evan-
gelii praedicatione mori, martyrium facit. *Serm. 9*
super Epist. ad Philipp.

116. Sanguine plenam esse docet Christiani vi-
tam, non alienum effundendo, sed se paratum
suum effundere praestando. *Homil. 67, ad populum
Antioch.*

117. Fac martyr sis, pro eo, qui pro te martyr
fuit : morere pro eo, qui pro te mortuus est. *Serm.*
1 de Jojnio.

118. Non solum in martyrium peragitur, qui jus-
tus sacrificare, potius docuit mori : verum etiam
servare quod justum est, ac sponte propter Deum
mortem accersere, manifestum est martyrium.
Prose.

119. Si morbo cum perfecta patientia moriaris,
martyr perfectus eris. *Orat. 5, advers. Judaeos.*

120. Quicumque pro justitia patitur, martyr
est, id est, testis justitiae, assertor Christi. *Epist.*
166 ad Dom. Cantuariensis.

121. Mori a persequente, martyrium in aperto
opere est : ferre autem contumelias et odientem
diligere, martyrium est in occulta cogitatione.
Lib. 2, homil. 18 ad Monachos.

122. Martyres testantur, et contemnunt mortem :
non secundum infirmitatem carnis, sed secundum
quod promptus est spiritus. *Lib. 5, advers. Heret.,*
cap. 17, ad Thaducum.

123. Pulchrum est quidem pietatis martyres
votis donis ornare : pulchrum autem ac pres-
tantius, eos per ea quae cum virtute ac laude ge-
serint imitari. *Lib. 1, epist. 183, ad Serapionem.*

124. Dum christiani supplicio affluunt, nu-
merus eorum crescit. *Epist. 64 Diognetum.*

125. Quanto fuerint graviora tormenta, tanto
majorem virtutis gloriam pariunt. *Lib. 5, de Divis.*
int. cap. 11.

126. Si est gloriosum pro amici, pro paren-
tibus, pro liberis, et pro quocumque homine sus-
cipere mortem : quanto magis pro Deo, qui pos-
test aeternam vitam pro temporali morte praes-
tare? *Prose.*

127. Deus sit ante oculos, sit in corde, cujus
interno auxilio dolor viciorum, et adhibita corpori

tormenta superentur : nihil tunc aliquid, quam
vite immortalis praemia cogitemus.

128. Ita facile, et si dissipandi aut urendi actus
suerint, tolerabilis quae in nos tyrannice domi-
nationis amentia molitur.

129. Postremo ipsam mortem non inviti, aut ti-
midi, sed libenter et territi subito nitamur, qui
scimus quali apud Deum gloria suavis fructuri
triumphato saeculo ad promissa venientes : qui-
bus bonis, quanta beatitudine brevia haec poenarum
mala, et hujus vite damnosa pensamus. *In
Epistola, cap. Fides.*

130. Beatus est sapiens in tormentis : sed enim
torquetur pro fide, pro justitia, pro Deo, illa pa-
tientia doloris beatissimum faciet. *Lib. 3, de Divis.*
int. cap. 27.

131. Caneta beatissimorum vulnera, vincula,
carceres, aculeorum cruciatus, latrunculorum adu-
siones, membrorum sectiones, excoitationes, per-
secutiones, verbera, opprobria, exquisita et au-
dita horrenda tormenta, suis vocibus clamant,
ut fortiter dimittatur. *De Casto comit. cap. 8.*

132. Multos novimus exanimatos extitisse in
penis, nec tamen morte consumptos. *Prose.*

133. Hi voluntate, et si non actu, discendi sunt
martyres, quocum animas quamvis persecutoris
non abstulerit gladius, palmam tamen non ami-
serunt martyrii.

134. Est et tertium martyrii genus, quod actu
et voluntate perficitur. *Serm. de sanctis Innocent.*

135. Mortis fortitudo, amoris martyris probat
incendum. *Idem.*

136. Facile est illi martyrii concupiscere certam-
nem, qui propriam ignorant infirmitatem, minime
pugnare inchoavit. *Idem.*

137. Defecissent procul dubio in passionis agone
martyres, si aequa Dei amore certasset : maxima
siquidem est charitatis vis, quae in martyribus di-
mickendo naturam vincit. *De Regibus postulat.*


138. Nihil in martyribus obstat, nihil prolefit
sava crudelitas : sicuti persecutor in martyrem,
sicuti et anxius palam, dum aggeris ponitur.
Serm. in Natali S. Laurentii.

139. Haereticis martyres affecti, non Christi, sed
Sabanae sunt. *Prose.*

140. In martyribus enim Christi, sancta mentis
humilitas relictur : in martyribus autem diaboli,
perfractus animi trinar apparet. *In canon. Vite
spirit., cap. 27.*

141. Martyr cum patitur, non sibi tantum patitur,
sed et civibus : sibi enim patitur ad praedium,
civibus ad exemplum : sibi patitur ad requiem,
civibus ad salutem. *Hom. in Natali Sanctorum
martyr. Turinorum.*

142. Quam pulchrum spectaculum Deo, cum



S. HILARIUS

HUGO A S. VICTORE.

HUGO CARD.

S. THO. PHL.

S. JOSEPHUS MART.

LACT. FIRM.

S. JOHANNES CRIVEST.

S. LAURENT. JESUM.

S. LEO I.

LEONOVICES HILARIUS

S. MARTINUS EP. YALDEN

MIN. FELIX.

JOAN. SABER.

JOAN. TRITH.

S. IRENEUS.

S. THO. PHL.

S. JOSEPHUS MART.

LACT. FIRM.

S. JOHANNES CRIVEST.

christianus cum dolore credidit! *Prose.*

143. Cum adversus minas et supplicia, et tormenta componitur!

144. Cum strepitum mortis, et horrorem carnicis iridescentis conculcat!

145. Cum libertatem suam adversus reges et principes erigit: soli Deo, cuius est, edit!

146. Cum triumphator et victor, ipsi qui adversum se sententiam dixit, insolent! In suo *Oetate*. 147. Dei miles nec in dolore deseruit, nec morte finitur. *Ibid.*

148. Pueri et muliercula nostrae, cruce, et tormenta, foras, et omnes suppliciorum terribiles inspirata patientia doloris illudunt. *Ibid.*

149. Nihil mihi conducit martyr pater, si non bene vixerit, et ornamento virtutibus generis mei nobilitatem. *Hom. 4 in cap. 14. Ezech., super illud: Ipsi soli solati erunt.*

150. Religiosa vita, martyrium est. Vos martyres estis, gravium est enim illud quod sustinetis martyrium in castris, quam illud sit, quod sit gladio illud materiale et momentaneum, vestrum spirituale et duraturum, et ideo magis periculosum. *Serm. 8, de S. Vincent.*

151. Gloriosos faciunt martyres nostros causa cum poena, et poena cum causa. *Lib. 5, epist. 4.*

152. Non tam mors, quam fides et devotio, martyrem facit. *Serm. 128.*

153. Martyr comprehensus debet tenere constantiam, non comprehensus debet fugere persequentem. *Ibid., serm. 151.*

154. De martyrio debemus totum Deo, nihil nobis: ad martyrium enim, qui sua virtute currit, non pervenit ad cotanum. *Prose.*

155. Vincere diabolum, corpus tradere, contemnere viscera, tormenta expetere, lassare tortores, capere de injuriis gloriam, de morte vitam, non est virtutis humane, muneris est divini. *Ibid., serm. 182.*

156. Martyr quo acrius impugnatur, eo robustior invenitur: et quo magis corpus per tormenta distenditur, eo magis fides augetur. *Serm. 32, de S. Apollinare.*

157. Non potes invenire martyrium? exhibe et martyrio dignum et martyri consequeris procul dubio premium. *Prose.*

158. Non potes sanguinem fundere? potes tempestivum poenitentiae telo percutere, et cordis contritione mactare.

159. Praeparare ad feriendum jugulum, non deerit remuneratio, etiamsi defuerit gladius: deest carnifex, qui cervicem exterius feriat: adeo judex, qui bonae voluntati premium reddat. *Ibid.*

160. Inter cuncta martyri genera, illud nobilissimum, illud non immerito iudicatur esse praeci-

pium, quod in ipso redemptore nostro, capite videlicet martyrum cognoscitur dedicatum. *Serm. 57, de S. Andrea.*

161. Magnum est mori pro Christo; sed non est inferius vivere Christo. *Serm. 65, de S. Barbatiano.*

162. Gloriosa res, ubi tenera membra longioris martyrio confringuntur. *Serm. 69, in Dedicat. Eccles.*

163. Nil est pretiosius pro te, Christo, mori. *In Peristephano, de Hymno S. Quirini mort.*

164. Mors martyrum tanto erat pretiosior, quanto mortem praecedens poena productior, quibus volentibus mori, non dabatur occidi. *Part. 2, super Psalm. cxvii.*

165. Semen est sanguis christianorum: plures effluimus, quoties metimur a tyrannum. *In Apolog. advers. Gentes, esp. 50.*

166. O vos benedicti da carcere in carcerem translati! habet quidem tenebras, sed lumen estis ipsi: habet vineta, sed vos solati in Deo estis: triste quid illic spirat, sed vos odor estis suavitatis. *Ad Martyres, esp. 2.*

167. Negatio est, martyrit recusatio. *De fuga, cap. 12.*

168. Martyrem non poena facit, sed causa: duplex autem est causa martyrii, scilicet propter divinum honorem et salutem proximi. *Super II Tim., cap. 2, lect. 2.*

169. Facile est martyrem celebrando venerari, magnum vero fidem ejus et patientiam imitari. *2, quae. 124, art. 3, argum. 3.*

170. Quicumque perfecte mortificatione tota die, id est, per totum tempus vitae suae se tradidit, iste veraciter martyr efficitur, quoniam materialis gladio in collo non feritur. *Prose.*

171. Et qui vix sibi ipsi inferre conatur, atque carnem insurgentem composit et necat, cum martyribus de hosta victor sui ipsius factus, strepente triumphat. *Serm. II ad Novit., divis. 2.*

172. Potest quilibet religiosus in ordine et in statu suo religiose et devote vivendo palman martyrii obtinere. *Ibid., divis. 3.*

173. Sancta voluntatis paupertas, pro martyrio computatur. *Ibid., divis. 4.*

174. Martyres Christi per transitoria tormenta meruerunt sine mora migrare ad gaudia sempiterna. *Ibid., divis. 4.*

175. O vere singulare martyrium in desolata matre et tenera virgine Maria, quae acris torquebatur in corde compatiendo filio, quam martyr aliquis suspensus in equulo. *Ibid., serm. 21, divis. 2.*

176. Revera tolles martyr Dei efficeris, quoties pro Deo poenam libenter pateris. *Medit. 27, de Christi passione, esp. 9.*

177. In his qui passi sunt martyres, similia patientium advocati constituti sunt. *Conc. 4 de Nativitate Domini.*

178. Transit eius quod cruciat, permanet in aeternum quod coronat. *Conc. funeb.*

179. Quanti est plenus sustinuisse carnificem, cui parat poena mercedem? *Hom. 16 de Bona martyre.*

180. Sine dubio universus apparatus mortis cedit, si tamen pugnandi voluntas martyris accrescat. *Ibid.*

181. Omnis spes obtinendae victoriae in fide et voluntate consistit: si enim voluntas sequatur fidem, fides nunquam deserit voluntatem. *Prose.*

182. Difficile autem est, ut illic sentiat poenam martyris, qui susceperit injuriam voluntarie passionis. *Ibid.*

183. Quo facilis in acie positus, securus incedas, ante oculos ponenda sunt semper facta sanctorum. *Prose.*

184. Nam in maximis proliis non desunt pugnatore solati, si fortissimorum virorum requirantur exempla.

185. Facile superveniens hostis impetum sustinet, quem ad pugnam voluntas armaverit: nec expavescit eruenti lictoris gladium, quem munit victus anima. *Ibid.*

186. Multa sunt genera passionum, quae Deo nostro mortalem hominem virendi lege commendant: in quibus etsi non est corona martyrium, est tamen non minima palma virtutum. *Ibid. Hom. 17.*

187. Tanto foedius hostis vincitur, quanto adversus unum justum virum major tyranno satellitum turba famulatur. *Ibid., hom. 18, de Machab.*

SENTENTIA PAGANORUM.

188. Brevis quidem vobis vita data est, at memoria bene reddita vita, sempiterna est. *Orat. 56. Philipp. 13.*

189. Quanto plus tormenti, tanto plus erit gloriae. *De Divina providentia, cap. 3.*

190. Corpusculum hoc, custodia et vinculum animi, huc atque illuc jactetur: in hoc supplicia exercentur, animus ipse sacer aeternus est, cui positum non injici manus. *De Consolat. ad Helviam, cap. 11.*

191. Quanti vixi est, pro domino eo tempora mori velle, quo erat rara fides. *Lib. 3, de Benef. esp. 25.*

192. Dulce est torqueri: stultus illic licet carnis, stultus torquetur atque ignis, constans perseverabit vir bonus: nec quid passurus, sed quid facturus sit, aspiciet; et utilem illam torturam sibi iudicabit, tutam, prosperam. *Epist. 66.*

FRUDENT.

VICIARIO A S. VICTORE, TESTUALANOS.

S. THOMAS AQUINAS.

THOMAS A KEMPIS.

CICERO.

SENECA.

S. THOMAS VILANOVIA.

193. Bonum est fortiter torqueri; et magno animo uri, et patienter egrotare; sequitur ut ista obtulit: sicut: non tamen pati tormenta, optabile est, sed pati fortiter; illud optio fortiter, quod est victus, *Epist. 67.*

194. Malo me fortuna in supplicis, quam in deliciis habere: torquor, sed fortiter, bene est: occidit, sed fortiter, bene est. Quinduplabilis? non quod urit me ignis, sed quod non vincit. *Ibid.*

Vide etiam tit. *Christianus, sent. 53; Convivium, sent. 55; Dolor, sent. 61; Evangelium, sent. 24; Ferre, sent. 24; Festivitas, sent. 15, 16, 18, 71; Firmitudo, sent. 80; Jesus, sent. 108; Mors, sent. 136; Mundus, sent. 48; Obsequia, sent. 228; Passio Christi, sent. 33; Persecutio, sent. 76; Pulchritudo, sent. 35; Schisma, sent. 17; Tentatio, sent. 54; Testis, sent. 9; Tyrannus, sent. 5.*

MATRIMONIUM.

Vide conjugium.

MEDICINA.

Ethimologia. Nomen medicinae a modo, id est a modo temperamento impositum estimatur, ut non stultum, sed paulatim adhibetur. *Lib. 4 Ethimologiae, cap. 2.*

Definitio. Medicina post Deum, ejusque auxilium, ea est, quae in primis prodest ob hanc vitam conservandam. *Part. 4. Orat. ad regem Francie, consid. 1.*

Medicina est, quae corporis vel tactus, vel restaurat salutem. *Lib. 4 Ethimologiae, cap. 1.*

SENTENTIA PATRUM.

1. Nunquam ibi proficit cura, ubi morbus est ipsa medicina. *Lib. 19, epist. 81, ad Demetriad.*

2. Serpit malitia, vulnus augetur, ubi medicina defuerit. *Lib. 2, de Cain et Abel, cap. 9.*

3. Principium medicinae est, causas languoris incidere: ne diutius ea quae nocent ad incrementum agritudinis ministrentur. *De Noe et Arca, cap. 7.*

4. Medicina Christi, correptio est. *Super Psalm. xxvii.*

5. Medicus non eo quod seipsum servit, declaratur medicus, nisi simul et egrotis artem suam exhibeat. *De Passione et cruce Domini.*

6. Non tibi depulatur ad culpam, quod vulnerata membra non colligis, sed quod volentem sanare contemnis. *Lib. 3, de Libero arbitrio, cap. 19.*

7. Cogunt multas invenire medicinas, multorum experientia morborum. *Epist. 60 ad Bonifac.*

8. Ipse sibi denegat curam, qui suam medico non publicat causam. *Epist. 108.*

JOAN. GERS.

S. ISID. HISP.

S. AMBROS.

S. ANASTAS.

S. MAURUS.

S. AUGUST.

9. Medici curatio nisi morbo congruat, non perficit ad sanitatem. Lib. 4 de *Tribu*, cap. 18.
10. Duo sunt officia medicus, unum quo sanatur infirmus, alterum quo sanitas custoditur. Super *Psalm*, vii, vers. 44.
11. Omnipotenti medico nullus languor insanabilis occurrat, tantum tu curari te sine, manus eius ne repellas, novit quid agat. Super *Psalm*, cii, vers. 3.
12. Magnus medicus Christus sanabit te, si sanari velis: sanat omnino illa quæmilibet languidum, sed non sanat invidum. *Ibid.*, vers. 3.
13. Medicus novit vana inspecta quid litus agitur in aegrotis, aegrotus non novit: venit accessio tentationis, et probat medicus sententiam suam, perdit aeger presumptionem suam, sic novit Deus et requirit. Super *Psalm*, xlii, vers. 23.
14. Magna gloria medici est, quando ex desperatione convalescit aegrotus. Super *Psalm*, xlii, *Evangelium*, vers. 2.
15. Ager petit multa a medico, non dat medicus: non exaudit ut voluntatem, ut exaudiat ad sanitatem. Super *Psalm*, xvi, vers. 4.
16. Medicus quando aegritudinem dicitur, si curet quod per aliquam causam factum est, et ipsam causam per quam factum est non curet, hoc tempus videtur moderi, causa manente morbus repetitur. Tract. 25, super *Evangelium*, *Joan.*, cap. vi.
17. Medicina vicia persequitur, non naturam. De *Verbis Apostoli*, serm. 34.
18. Jaces sub manibus medicæ, patienter implora auxilium; foves, urit, secat, aquam inter tolera; tantum non attendas, nisi ut saneris: sanaberis, si te relinquas medico. Rom. 11 ex *Hom.*, iii.
19. Medicamentum famis, cibum est, Medicamentum sitis, potus est, Medicamentum lassitudinis, somnus est, Medicamentum sessionis, deambulatio est, Medicamentum deambulationis, sessio est, Medicamentum fatigationis, dormitio est, Medicamentum dormitionis, vigilatio est: vide quam imbecille sit corpus humanum. *Ibid.*, hom. 38.
20. Senus tibi esse videtur? detrahe medicamentum, et vide quid potes. Sermon. 1. *Dom.* 2 *Quæstio*.
21. Ipsa medicamenta tormenta sunt, ut homines a penarum exitio, penam eruantur auxilio. Lib. 22, de *Civitate Dei*, cap. 22.
22. Medicus aegro corpori alimentum adhibet et vulnerata medicamentum. Lib. 9, de *Genesi ad III*, cap. 5.
23. Non eadem medicina est omnibus adhibenda. De *Catechismo*, *rud.*, cap. 15.
24. Diversitas medicinarum congruit varietati temporum. Epist. 5.

25. In homine secundum corpus, ei quod intrinsecus agit natura, servit extrinsecus medicina. Lib. 8, de *Genesi ad Ilerum*, cap. 9.
26. Plus dolet vulnerata cum curatur, quam si non curaretur: sed ideo plus dolet accedente medicina, ut nunquam doleat succedente salute. Tractatu 9, super *Epistolam*, *Joan.*
27. Medicus si voluntatem aegri attendat, nunquam illum curat. De *Decem choridis*, cap. 4.
28. Est medicus febris perceptor, ut sibi hominis liberator. *Ibid.*, cap. 8.
29. Contra omnem curantis industriam, non malo medici, sed aegroti, insanabilis morbus invictus est. Lib. 6 de *Civitate Dei*, cap. 4.
30. De corpore tot existunt morborum mala, ut nec libris medicorum cuncta comprehensa sint. *Ibid.*, lib. 22, cap. 22.
31. Periculosissimus medicus, sicut arte sciantur, omnes fere morbos corporis novit: sicut autem corpore sciantur, plurimos nescit, quos ipse non passus est. *Ibid.*, cap. 30.
32. Sicut malum medicum expertus, etiam bono timet se committere: ita erat valendo anime meæ. Lib. 6 *Confessio*, cap. 4.
33. Ecce vulnera mea non abscondo, medicus es, aeger sum. *Ibid.*, lib. 10, cap. 28.
34. Sub medici manibus adhuc natura cum suo languore confligit. De *Continente*, cap. 7.
35. Cum phreneticum medicum vexat, et medicus phreneticum liget, non aliqui persequitur phreneticum, sed phreneticum medicum. Lib. 4 contra *Crescentianum*, cap. 51.
36. Medici cum alligant vulnera, non incomposite, sed apte id faciunt. Lib. 1, de *Doctrina*, *Christi*, cap. 14.
37. Erit voluntas sana, si medicum non refugiat. Epist. 45.
38. Molestus est medicus furenti phrenetico ligando, sed diligendo. Epist. 50, ad *Danilem*.
39. Non ut permaneant, sed ut sanentur, a medicis diliguntur aegroti. Epist. 54.
40. Tu inimicus es medico, ego morbo. Rom. 24 ex *tui Hom.*, cap. 2.
41. Ululatus ejus qui secatur, non retrahit manus medici arduose secantis. Tract. 7, super *Joan.*
42. Nos vestimus aegroti ad medicum, et medicus ad aegrotos. *Ibid.*
43. Quantum in medico est, sanare venit aegrotum: ipse se interim, qui præcepta medici observare non vult. *Ibid.*, tractatu 12.
44. Odit medicus aegritudinem aegroti, ad id agit curando, ut aegritudo pellatur, aeger levetur. *Ibid.*, tract. 41.
45. Medicus recte dicitur aegros diligere, qui in

- eis salutem diligit, non morbum. *Ibid.*, tract. 65.
46. Novit medicus quid pro suo, quid contra suam salutem poscat aegrotus: et ideo contraria possentis non facit voluntatem, ut faciat similitem. *Ibid.*, tract. 73.
47. Multi vocantur medici, qui curare non norunt. Tract. 4 super *Epistolam*, *Joan.*
48. Medicus scire vult, urere vult; tu si clamas et non exaudis in sectione, in unctione et tribulatione, novit ille quousque patre est: tu jam vis revocare manus, et ille vulnera sinum attendit. *Ibid.*, tract. 6.
49. Sanitas choragus et princeps est ars medicinae. Epist. 80 ad *Eustathium medicum*.
50. Corporum medici subsidii ad præcavendum morbum accomodatis, sanos præmuniunt: his autem qui jam morbo tenentur, manum non admovent. Apud *div. Joan. Damasc.* lib. 2, *Parall.*, cap. 64.
51. Imperitus medicus ad aegrotos ingreffiens, pro eo quod sanitati eos restituro debet, id quoque pusillum virium, quod ipsis reliquum est, etiam admittit. *Ibid.*
52. Soleriter medicus, cum acerbissima et queque pharmaca aegrotis fastidio laborantibus haurienda porrigunt, melle persepe poculum circumminuit. *Ibid.*
53. Valde imperitus est medicus, qui nulla nisi lenia medicamenta dare novit. In suis *Proo.* verbo *Valdi*.
54. Delicata nimis medicina est prius alligari quam vulnerari, membrum non percussum plangere, et nequum suscepto ictu admovent manu, fovere enguento ubi non dolet, emplastrum adhibere ubi cura non est. In *Apologia ad Guillelmum Abbatem*, cap. *Dicitur*.
55. Si operam medicantis expectas, oportet ut vulnus detegas tuum. Lib. 1 de *Consolatione*, *Philos.* *prosa* 4.
56. Si medicina est propter aegritudinem: igitur non est velegrandus aegrotus, si configit ad medicum, nec medicus, qui accedit ad aegrotum. Super *Luce*, cap. v, in illud: *Non egerit unquam medico*.
57. Putrida carnes cauterio curantur et ferro, et venena serpentina curantur antidoto: sicut enim clavus clavo repellitur, sic majori dolor dolore curatur. *Prose*.
58. Tunc medicus miserebitur, quando non parcat aegritudini, ut curare: tunc vero crudelis esset, si parceret: quia cum tunc occideret et non curaret. Sermon. 2 de *Phariseis*, *Martyre*.
59. Magis se quam medicum diligit, quem solum ob causam suam salutis diligit. Sermon. 9 de *sanctis Apostolis*.

60. Austeriorem ac violentiorem poscit vis occulta medicinam, ut ulcers magnitudo, aut sectione, aut excisione superetur, et dolor dolor pellatur. homilia 1.
61. Spiritualis medicina si libenter accipiatur, absque dubitatione, et otiansi mortua sit anima, suscitatur. *Ibid.*, hom. 15.
62. Saluberrima medicus, ut morbus contrario remediis munere curetur. Super *Psalm*, cvi, vers. 12.
63. Romanæ iniquitas desperata, cui subtrahitur saluberrima medicina. Super *Psalm*, cvi, vers. 2.
64. Medicos vocare, cum non valeamus, nihil prohibet: verum non oportet spem sanationis in illis collocare, sed potius in vero Salvatore et medico nostro Iesu Christo, de *Perpetuo spirit.*, cap. 53.
65. Vitium datur medico, si cum alioq. curaverit, semetipsum curare vel non possit vel non velit. In *Enchiridion*, super *cap. iv, Job*.
66. Non plene cognoscitur medicantis beneficium, nisi morbus ipsius aegroti bene cognitus. In *Anastasio super Psal.*, xxxvi, vers. 19.
67. Medicus injustus est aut ex malitia, aut ex imperitia. Super *Jal.*, cap. xiii.
68. Omnis medicina habet ad tempus amaritudinem, sed fructus doloris sanitate monstratur. Super *Eszech.*, cap. vi, in illud: *Et non parcat*.
69. Mos medicus est, ut aliquando similita similibus, aliquando contraria contrariis curet. Lib. 24, *Moral.*, cap. 2.
70. Medicina soepe calida calidis, frigida frigidis: soepe etiam frigida calidis, calida frigidis sanare consuevit. *Ibid.*
71. Moris medicinalis est, ut soepe fervorem viscerum in pruriginem cutis trahat: et plerumque in interioribus curat, unde exterioribus sanant. *Ibid.*, lib. 23, cap. 17, num. 23, super illud *Job*, *II*: *Memento belli*.
72. Improbos et imperitus est medicus, qui alienum mederi appetit, et ipse vulnus quod patitur, nescit. Part. 3 *Pastor*, cap. 4, admonit. 25.
73. Si quis medicus adjuvator corpori innotuit dederit, fit causa periculi res salutis. Lib. 7, in *Registro*, indict. 2, cap. 110, epist. 110, ad *Synagium*.
74. In medicina damnum affert experientia, et defectus temporis et mensura, que convenit curacioni. Rom. 4, super *Beatisimum*.
75. Intercurrit, qui præcepta medici servare non vult. Sermon. *fer. 2 Pent.*
76. Medicorum opus tanto magis laudabile apparet, quanto et difficilior morbos curare poterint. Sermon. *Dom.* 17 post *Pent.*
77. Medicus si cessaverit curare, desperat. s. *HIERON.* Epist. 83, ad *Castrum*.

S. MARTINUS
ARELAT.

CASSIODOR.

S. DIADOCCH.

FRANCISCUS
TITULUS.

GLASS. ORD.

S. GREGORIUS
MAGNUS.S. GREGORIUS
NEC.

HAYMO.

S. HIERON.

78. Si quis in medico perdidit, dedistes pauperibus, curasset te verus medicus Jesus. Epist. 50. de Vita Pauli Eremitae.

79. Putridae carnes ferro indigent, et cauterio: nec est medicinae culpa, sed vulneris, cum clementi crudelitate non parcat medicus, ut parcat; sicut, ut miseretur. Epist. 25, ad Amanicum.

80. Anima medicum percussorem, cujus plaga mater est disciplina. Epist. 6, ad Amanicum.

81. Multi sunt quos medici sine ferro curare non possunt. Ibid.

82. Sub medica pietate homo plurimum torquetur, ut plurimum vivat. Ibid.

83. Grandi plaga alta et proluxa opus est medicina. Epist. ad Susannam lapsam.

84. Dolorem medicina, spes salutis mitigat. Super Marc. cap. 4, can. 6, num. 9, super illud: *Poenitentiam.*

85. Noli timere morbo medicinam apponere: morbus medicinam non corrumpit, sed morbum medicina dirumpit. De Orat. Dom., cap. 19.

86. Oportet medicum quos prophetam esse; ut non solum de presentibus, sed etiam de praeteritis et futuris possit iudicare. De Anima medicinae, cap. 9.

87. Magna est ira Dei, quando medicina versa est in venenum. Super Psalm.

88. Laudabilis est medicus, qui gratis sanat: laudabilior, qui inimicum proptis sumptibus curat; superlaudabilis est, qui de suo sanguine conficit medicinam. Super Luc., cap. 19.

89. Saluberrimum est consilium, ut qui indiget corporali medela, spiritualium prius exgat et accipiat medicinam. Super Psalm. vi, vers. 3.

90. Medicina optima est, quando commensurationem habet optimam. Hom. 1, ad Popul. Antiochen.

91. Medicina licet millies utilis sit, per utentis imperitiam inutilis saepe fit. Ibid., hom. 3.

92. Medicinae finis, sanitas est. Hom. 2, super 1, Tim.

93. Fit plerumque, ut quod alteri medicina est, alteri venenum sit. Nam eadem res, si eadem suo tempore offeratur, medicina est: sin autem intempore, venenum efficitur. Gradu 26.

94. Perfectum medicum eum appellamus, qui nihil eorum, quae ad utilitatem atque aegrotorum curacionem attinent, praetermissit. Lib. 2 Parvill., cap. 64.

95. Nemo magis necessarius est aut utilior medico, dummodo sit fidelis et prudens. Lib. 2 de Nugis curial., cap. ult.

96. Quis medicus volens curare aegrotum, faciet secundum concupiscentias aegrotantis, et non secundum quod aptum est medicinae? Lib. 3, aduers. Heres., cap. 5.

97. Medicus in his, qui aegrotant, probatur. Ibid., cap. 22.

98. Ridiculum est, alii medicinam afferre comari, seipsum autem aegrotantem negligere. Lib. 1, epist. 391, ad Domestianum.

99. Quamprimum latentibus morbis adhibenda est curatio. Lib. 6, de Divin. inst., cap. 24.

100. Medicorum vitium est, semper circa aegritudines variare. Epist. 43, ad Petr. medic.

101. Frequenter ex apitudine medici grassosa, ex quadam confidentia, quam aegrotus inde concipit, natura jam deliciens convalescit. Ibid.

102. Ingratus medico, inimicus est curae: qui semper curari aestuat, nec unquam desiderat sanari. Serm. 143.

103. Medicus, qui non fert infirmitates, curare nescit. Ibid., serm. 59.

104. Quomodo sanari poterit, qui medicum spernit, et medicinam conculcat? Serm. 69, de Virgilio Nativiti. Dom.

105. Probus medicus non uno eodemque die ea omnia simul, quae ad valetudinem conducunt aegroti adhibere susinet: verum paritibus temporibus salutaria medicamenta tribuit, atque alias aliud adiciens, sensim ac leniter ad sanitatem eum assertit. Habetur apud D. Joan. Damasc. lib. 2, Parvill., cap. 64.

106. Nunquam tibi proficit cura, ubi morbus est ipsa medicina. Epist. ad Demetriad.

107. Medicus est nihil inexpertum relinquere, quam morientem non curare. Lib. 1, ad Eccl. Cathol.

108. Medicus corpus committimus, non qui diligit, sed quicumque domum suae vitae peritissimam sint. De Regno ad Arcadium imperat.

109. Cur cessas aggredi, quod scias mederi tibi? mite anime et irrationales medicinas sibi divinitus attributas in tempore agnoscunt. De Parant., cap. 2.

110. Medica ars corporibus auxilium praebet, et morbis insidias struit. Serm. 3, de Provid.

111. Parum prodest medicina morituris. Hom. 2, de Arcta vita, in principio.

112. Res quae nullis medicinae beneficiis indagata excluditur, in perpetuum dolores operatur. Ibid., Homil. 5, de Oris insolentia.

113. Infirmus, qui in diem crescit, medicum in diem requirit. Ibid., homil. 9, de Muericord.

SENTENTIA PAGANORUM.

414. Corporis auxilium medico committe fidelis. Lib. 2 Distichor., metr. 52.

415. Animi medicina non tam desiderata est, antequam inventa sit, quam corporis, nec tam culta posteaquam cognita est, nec tam multis

grata et probata, pluribus etiam suspecta et invis. Lib. 3 Tuae quest.

116. Grudelem medicum intemperans aeger facit. In suis Sent., sent. 73.

117. Mala est medicina, ubi aliquid naturae perit. Ibid., sent. 237.

118. Medicina ars quaedam dicitur: ab hac duo sunt, nam et medici ex medicis efficiuntur, et sanitas reparatur. Sisygia 6, in dialog. Chitoph.

119. Mali medici est, desperare ne curet. Lib. 1, de Clement. ad Neron., cap. 17.

120. Nihil in morbis est magis periculosum, nec periculosum, quam immatura medicina. De Consolat. ad Helvian., cap. 1.

121. Medicina aegro, non regio quaerenda est. Epist. 104.

122. Non querit aeger medicum eloquentem, sed sanantem. Epist. 75.

123. Emis a medico rem inestimabilem, vitam ac valetudinem bonam. Lib. 6, de Benef., cap. 15. Vide etiam tit. Constitum, sent. 85; Distinulatio, sent. 23; Doctrina, sent. 52; Infirmitas, sent. 8, 10; Ira, sent. 49; Melior, sent. 31; Occisio, sent. 53; Placare Deum, sent. 32; Poenitentia, sent. 65; Tribulatio, sent. 11; Vultus, sent. 57, 92.

MEDIOCRITAS.

Definitio. Mediocritas est virtus inter excessum et defectum posita.

SENTENTIA PATRUM.

1. Quid mediocritate gratius, ut de severitate non sis oneri, nec de familiaritate contemptui? Lib. 4, de Consol. ad Eugen. pop.

2. Omnia mediocritas sunt utilia, et in suo modo perfecta. Serm. 65, ad Sororan.

3. Mediocritas dat satis, et alia gratis: dat quo natura caleat, et dat quo convalescat. Super Psalm. ix, 4. Diluor est iusti mediocritas, quam impii abundantia. In Blacul. super Psalm. xxx, vers. 22.

5. Ex fortitudine mediocritatis, deprimentur vitia carnis. Super Regum. S. August., cap. 5.

6. Mediocritas, quam vocant philosophi frugalitatem, est voluntaria paupertas. Lib. 1 de Claustr. animae, cap. 9.

7. Fame natura deficit, frigoris naturam afficit; sed mediocritas utranque reficit. Ibid., cap. 40.

8. Mediocritas est quasi via plana, in qua nec celsitudo divitiarum lapsam minatur ascendenti, nec profunditas egestatis cadentibus resurgendi spem negat. Ibid.

9. Mediocritas est via media, quae tenenda est, quae docet ad civitatem summi Regis, a dextris vero et sinistris sunt egestas et divitiae. Ibid.

Tom. III.

MIRUS POP.

PLATO.

PETR. REE.

SENeca.

S. PETERUS DAMIANUS.

PHILO SOU.

COLLECTOR.

S. BERNARD.

S. BONAV.

FRANCISCUS TITHEL.

HUGO A. S. VICTORIS.

S. THEODOU.

S. VALENTI ERSCOPUS.

CATO POET.

CRISO.

S. MEDICUS FELICISSIMA.

LACT. FIRM.

S. PETERUS CHERYCOL.

S. PETERUS DAMIANUS.

S. PETERUS DAMIANUS.

S. PETERUS DAMIANUS.

S. PROSPER.

SALVIANUS.

S. SYMONE ERSCOPUS.

TESTELLINUS.

S. THEODOU.

S. VALENTI ERSCOPUS.

CATO POET.

CRISO.

10. Mediocritas est quasi mensura quaedam, qua totius bonitatis spatium terminatur. Ibid.

11. Mediocritas novit aequaliter omnibus suis partiri. Ibid., lib. 2, cap. 3.

12. Semper quod mediocritatem custodit, amabile est: quod vero modum non servat, in iocundum est. Hom. 16, super Acta Apost.

13. Mediocritas duplex sanitas est, et duplicia affert bona. Ibid.

14. Ubique malum, ubi non est mediocritas. Ibid., hom. 22.

15. Mediocritas rerum optima est. Orat. 5, in Conventu Abbat. habitu.

Vide etiam sit. *Homo*, sent. 47; *Mors*, sent. 99; *Peccatorum memoria*, par. totum.

MENDACIUM.

S. AUGUST.

Definitio. Mendacium est falsa significatio, cum voluntate fallendi. *Contra Manichaeum*, cap. 12.

CASSIODOR.

Mentiri est contra mentem loqui, et illud lingua promere, quod nunquamque constat in animo non habere. Super *Psalm.* xvii, vers. 46: *Mentiti sunt milia.*

JOAN. GERS.

Mendacium est vitium oppositum veritati, quo quis indignatur loqui falsum cum proximo suo cum intentione fallendi. Part. 4. in *Descripti.*, termin. cap. *Justitia.*

S. THOMAS AQUINAS.

Mendacium est, cum aliquis exterius significat contrarium veritati. 2. 2. quest. 93. art. 1.

S. AUGUST.

Differentia. Ita discernitur mentiens a fallente, quod inest omni mentienti voluntas fallendi, etiam si non et credatur: fallens autem esse non potest, qui non fallit. *De Vera religione*, cap. 33.

Interest inter mentientem atque mendacem; nam mentiens est etiam qui mentitur invitus: mendax vero amat mentiri, atque habitat anime in delatione mentiendo. *De Mendacia*, cap. 11.

Aliud est mentiri, aliud est verum occultare, aliud et falsum dicere, aliud verum tacere: ut si quis forte ad istam visibilem mortem non vult hominem prodere, paratus esse debet occultare non falsum dicere, ut neque prodatur, neque mentitur, ne occidat animam suam pro corpore alterius. Super *Psalm.* v, vers. 6: *Qui loquuntur mendacium.*

S. DONAV.

Tres sunt mendacii differentiae: mendacium perniciosum, quod nocet; mendacium officiosum, quod prodest; mendacium jocosum, quod delectat. Lib. 3. *Compendii theologiae verit.*, cap. 67.

Inter falsitatem et mendacium hoc interest, quod falsitas sit ingenio, mendacium vero simplici verbo. *De Conflictu vitiorum et virtutum.*

Proboctio. Ex lapide ac ferro excutitur igitur, ex loquacitate vero ac jocositas, mendacium nascitur. *Gradus* 12.

Comparatio. Mendacium simile est veneficio. Lib. 4. *Controv.* 29.

SENTENTIAE PATRUM.

1. Impossibile est Deo mentiri: impossibile est enim infirmitatis est, sed virtutis et majestatis. Lib. 6. epist. 37. *ad Chromatium.*

2. Mentiri non virtutis, sed infirmitatis est. *Ibid.*

3. Quod non verum, mendax est: quod mendatur, occidit. Super *Psalm.* cxvii, serm. 18, vers. 6.

4. Mendacium valde gravissimum est, cum mentitur ea quae promissimus. Super *Apoec.*, cap. xiv.

5. Mendaces faciunt ut vera dicentibus non credatur. Part. 2. tit. x. *de Mendacio*, cap. 4. § 3.

6. Abolita est veritas, et mendacium in terris prevaluit. *Serm. de Vanitate mundi.*

7. Ille mentitur, qui vult videri id quod non est: qui autem non vult aliquid putari quam est, non mentitur. *De Vera religione*, cap. 33.

8. Non est mentendum in doctrina pietatis, magnum enim sceleris est, et primum genus detestabilis mendacii. *De Mendacio et Conventum*, cap. 21.

9. Hic homines fallunt atque falluntur, miserioresque sunt cum mentiendo fallunt, quam cum mentientibus credendo falluntur. In *Enchirid.*, cap. 17.

10. Mihi videtur peccatum esse omnis mendacium, sed multum interesse quo animo, et quibus de rebus quis mentitur. *Prose.*

11. Non enim sic peccat ille, qui consulendi, quomodo ille qui nocendi voluntate mentitur.

12. Raro vero tantum nocet, qui visorem mentiendo in diversum iter mittit, quantum is, qui viam vite mendacio fallente depravat. *Ibid.*, cap. 18.

13. Nemo mentiens judicandus est, qui dicit falsum, quod putat verum: quoniam quantum in ipso est, non fallit ipse, sed fallitur. *Ibid.*

14. Non mendacii, sed aliquando temeritatis argumentus est, qui falsa incautus creditur pro veris habet: potiusque e contrario, quantum in ipso est, mentitur ille, qui dicit verum, quod putat falsum. *Ibid.*

15. Veritate sunt cavenda, veritate capienda, veritate occidenda mendacia. *Contra Manichaeum*, cap. 6.

ISTODOR. HUES.

JOAN. CHRIS.

SENECA.

S. AMBROS.

S. ANTONIUS ABRAMI.

S. ANTONIUS ABRAMI.

S. AUGUST.

16. Non semper occultare veritatem, est mendacium: quamvis enim omnis qui mentitur velit occultare quod verum est, non tamen omnis qui vult quod verum est occultare, mentitur. *Contra Mendac.*, cap. 10.

17. Cavenda sunt mendacia recte agendo, aut occidenda sunt poenitendo. *Ibid.*, cap. 21.

18. Non omne quod fingimus, mendacium est: sed quando id fingimus quod nihil significat, tunc est mendacium. *Prose.*

19. Cum autem fictio nostra refertur ad aliquam significationem, non est mendacium, sed aliqua figura veritatis. Lib. 2. *Quest. evang.*, quest. 51.

20. Licet vel disertatori ac disputatori atque praedicatori rerum aeternarum, vel narratori aut praenuntiatori rerum temporalium, occultare in tempore quicquid occultandum videtur: mentiri autem nunquam licet, ergo nec occultare mentiendo. *de Mendacio*, cap. 10.

21. Non illa sunt admittenda mendacia, quam quamvis non obstat alteri, nulli tamen protrunt, et obsunt eis ipsis, qui gratis mentiuntur. *Ibid.*, cap. 11.

22. Quisquis dicit, pro periclitantis hominis salute temporali vel vita esse mentendum, nimis ipse ab itinere exorbitat aeternae salutis et vitae. *Contra Mendac.*, cap. 19.

23. Nulla videtur pro salute aut commodo alicujus, non malitia sed benignitate mendacia: et ista non re, sed in dolo loquuntur. Super *Psalm.* v, vers. 6: *Qui loquuntur mendacium.*

24. Duo sunt genera mendaciorum, in quibus non magna culpa est, sed tamen non sunt sine culpa: cum aut iocantur, aut ut proximis proxima mentiuntur. *Ibid.*

25. Non artificioso ingenio, nec simplici verbo oportet decipere quemquam, quia quolibet artis modo mentiantur, os quod mentitur, occidit animam. *De Conflictu vitiorum et virtutum*, cap. 19.

26. Quomodo alter tuam calumniam devitabili, quando te tuae linguae mendacio rogam facis? *De Verbis Apostoli*, serm. 29.

27. Cum humilitatis causa mentiris, si non eras peccator antequam mentiris, mendacio elliceris quod evitaveras. *Ibid.*

28. Diabolus primus est mentitor, et a quo peccatum, ab illo cepit esse mendacium. Lib. 14. *de Civ. Dei*, cap. 3.

29. Si cuiquam videtur utile aliquando esse mendacium, potest videri utilem aliquando esse iniquitatem. Lib. 1. *de Doctrina christiana*, cap. 38.

30. Averitate quisquis aversus est, temeratur mendacio. Lib. 2. *de Genesi contra Manich.* cap. 16.

31. Mendacium suum diabolus genuit, quod a nemine audivit: quomodo Deus Pater genuit Fi-

lium veritatem, sic diabolus lapsus genuit quasi filium mendacium. *Tract. 42, super Joann.*

32. Iocum nunquam sunt putata mendacia: habent enim evidentiissimam ex pronunciatione, atque ipso iocantis affectu, significationem animi nequaquam fallentis, etiam non vere emulianis. *de Mendacio*, cap. 2.

33. Non est mendacium cum silendo si absconditur verum, sed cum loquendo promittitur falsum. *Contra Mendac.*, cap. 10.

34. Qui dicit aliqua justa esse mendacia, dicit aliqua justa esse peccata. *Ibid.*, cap. 15.

35. Mendacium patronum sibi non adhibet veritatem: non enim adversario suo vincit, ut a seipso vincatur. *Ibid.*, cap. 19.

36. Qui cognoscit, et dicit quod falsum est, ipse mentitur. Lib. 10. *Confess.*, cap. 3.

37. Non mentitur quisquam si aliis verba dixerit quid ille voluerit, cuius verba non dicit. Lib. 2. *de Conservandis*, cap. 28.

38. Quicquid figurate fit aut dicitur, non est mendacium. *De Mendacio*, cap. 5.

39. Qui nocendi causa mentiri solet, si jam consulendi, vel proficiendi causa mentitur, multum proficit. *Ibid.*

40. Cum mentiendo vita aeterna emittitur, nunquam pro cuiusquam temporali vita mentendum est. *Ibid.*, cap. 6.

41. Nemo potest convincere aliquando esse mentendum, nisi qui potuerit ostendere alterum aliquid horum obtinari posse mendacio. *Ibid.*, cap. 7.

42. Non est credendum ei, qui putat aliquando esse mentendum. *Ibid.*, cap. 8.

43. Qui timendo mori mandatur, moritur antequam moriatur, qui ideo mentiebatur ut viveret. *Prose.*

44. Mentiri via ne morieris: et mentiris et morieris: et cum vitas unam mortem, quam differre poteris, auferre non poteris, incidis in duas: ut primum in anima, postea in corpore moriaris. Super *Psalm.* xxx, concion. 1.

45. Mendacium negationum, est sigillum Antichristi. *Serm.* 30. *Fier. 5 post Don. 4 Quodrogationum*, part. 1.

46. Est qui dulle profert mendacium, nec mentitur: et est qui veritatem, quam nescit, affirmat, et mentitur: nam et ille non quidem quod non est esse, sed et quod credit credere dicit, et verum dicit, etiamsi hoc verum non sit quod credit: et is cum se certum unde non sit certus dicit, verum non dicit, etiamsi verum sit de quo asserit. *Serm.* 17, sup. *Cant.*

47. Mentis aut intendit prodesse, aut delectare, aut ledere. Secundum quod intendit pro-

S. BERNARD.

S. BERNARD.

S. DONAV.

desse, est mendacium officiosum: secundum quod intendi declarare, est mendacium jocosum: secundum quod intendi loquere, est mendacium perniciosum. Sup. lib. 3, Sen. dist. 38, art. 4, quest. 5.

S. CESARIUS ARIAN. 48. Omnis mendax sine maligno spiritu esse non potest. Homil. 23.

MONYSTOR. 49. Qui in mendacium officiosum, seu jocosum non collapsus est, singularis est gratia. Super Apoc. cap. xiv.

S. EPHEM. 50. Miser atque infelix, qui semper mendaciis addictus est, quoniam in verbis suis omnem perdit auctoritatem, ab omnibus rejicitur, ab omnibus irridetur. De Mendacio.

FRANCISCUS TITELM. 51. Quomodo diabolus mendax est, poterque mendacii: sic et universos, quos possederit, vanos et mendaces facit. In Amos. super Psal. v.

GLOSS. ORD. 52. Sicut edificium lapidibus, ita mendacium sermonibus fabricatur. Super Job. cap. xiii, in illud: Fabricatores mendacii.

GLOSS. INT. 53. Mendacium facit, qui in mendaciis inveniendis delocatur. Super Apoc. cap. xxi, in illud: Faciens mendacium.

GLOSS. ORD. 54. Quicquid contrarium est veritati, atque ad deceptionem animarum pertinet, mendacium recte dici potest. Ibid., cap. xxi.

S. GREGOR. MAG. 55. Plana veritatis via est, et grave iter mendacii. Lib. 12 Moral., cap. 24, sup. illud Job. xvj Terribis cum tribulatio.

56. Omne mendacium iniquitas, et omnis iniquitas mendacium: quia ab equitate discrepat, quicquid a veritate discordat. Ibid., lib. 18, cap. 4.

57. Nonnunquam pejus est mendacium medicari, quam loqui: nam loqui plerumque precipitatio est, medicari vero studiosa pravitas. Ibid.

58. Summopere cavendum est omne mendacium, quamvis nonnunquam sit aliquod mendacii genus culpa levioris, si quisquam vitam presertando mentitur. Ibid.

59. Mendacii genus perfecti viri summopere fugiunt, ut nec vita cujuslibet per eorum fallaciam defendatur, ne suae animae noceant, dum prestare vitam carni nituntur aliene, quamquam hoc ipsum peccati genus facillime credimus relaxari. Ibid.

60. Valde difficile est, ut qui multa loquitur, non etiam mentitur. Homil. 42, super Esch.

61. Sepe mendacium perjurio tegitur, ut antea hominum iudicia veletur. Ibid.

62. Incerti sunt homines, qui mendacio se illaqueant. Hab. in Decret. Gratiani, part. 2, caus. 22, quest. 2, can. Incerti.

63. Nullum est mendacium, quod peccato careat. Super Apoc., cap. xxi.

64. Multi mendacium faciunt, sed tamen non

amant mendacium: quia studio atque amore peccandi non mentuntur. Ibid., cap. 22.

65. Mentiri virgo sacrilegium patet. Epist. 7, a. maron, ad Latam.

66. Mentiri et jurare, lingua tua prorsus ignoret, tantisque in se sit veritatis amor, ut quicquid dixeris, juratum putes. Epist. 14, ad Celant.

67. Mendaces faciunt, ut nec vera dicentibus credatur. Epist. 37, ad Julian.

68. Semper imitatur mendacium veritatem: et nisi habeat aliquam similitudinem recti, decipere non potest innocentes. Lib. 4, super Hierem, cap. xxi, super illud: Propterea ecce ego.

69. Cum heretici stulto mentiantur, stultus tamen in defensione mendacii sui sapient. Lib. 8, de Trin.

70. Mos adulatorum et proprium, est mentiri. Super II Machab., cap. ix.

71. Mentiri diabolicum est. Super Joann., cap. viii.

72. Homo mendax neque praestat quod promittit, neque perficit quod proponit. Explan., super Psal. cxi, vers. 2.

73. Nihil mendacio imbecillius, etsi innumeris obligator operimentis. Hom. 28, super Joann.

74. Homines quando mentiuntur, mendacio non tanquam proprio, sed ut alieno utantur: diabolus autem ut proprio, quia ille primus usus est. Ibid., hom. 53.

75. Qui mentitur, non fatetur se mentiri: sed veritatem simulans decipit: non praedicat quod est, sed quod non est figurat. Serm. de Fide et Lege.

76. Qui mentitur, nunquam mendacium fatetur, sed veritatem memoriter simulans, fecerit conatur. Serm. de Virt. et vit.

77. Concessum est diabolo interdum veritatem dicere, ut mendacium suum rara veritate commendet. Hom. 19, super Math. Oper. imperf.

78. Mendacium est charitatis exterminatio. Grad. 12.

79. Extrema improbitatis linea, est mendacium. Lib. 3, Parallel., cap. 417.

80. Prolapsio a veritate, hallucinatio, et occisio mentis est. Ibid.

81. Mentiri servile vitium est. In cap. 4 Regul. S. Bened., verbo Quia.

82. Mendaces faciunt, ut nec vera dicentibus credatur: reddi enim sepe hominem multa falsitas etiam in veritate suspectum. Lib. 2, de Summo bono, cap. 30, sent. 1.

83. Sepe vera promittit, qui falsa dicitur: et ut cum primum acquisierit fidem, ad reliqua mendacia audientes credulos facit. Ibid.

84. Nonnunquam pejus est mendacium medicari, quam loqui. Nam interdum quisque incur-

S. MARON.

S. HILARIUM

HUGO CARD.

S. JOHANNES CRYSOST.

S. JOHANNES CRYSOST.

S. JOHANNES CRYSOST.

S. JOHANNES CRYSOST.

S. JOHANNES CRYSOST.

S. JOHANNES CRYSOST.

S. JOHANNES CRYSOST.

S. JOHANNES CRYSOST.

S. JOHANNES CRYSOST.

S. JOHANNES CRYSOST.

S. JOHANNES CRYSOST.

lus solet ex precipitatione loqui mendacium: meditari autem non potest, nisi per studium. Prose.

85. Gravior ergo ille ex studio mentiri perhibetur, quam is qui ex precipitatione sola mentitur. Ibid., sent. 6.

86. Summopere cavendum est omne mendacium, quamvis sit mendacii genus culpe levioris: sicut si quisque pro salute hominum mentialur. Ibid., sent. 7.

87. Multa mentitur, multaque fingunt homines propter humanam laudem: sique fit ut et isti mentiendo pereant et eos quos laudant, ad vanae gloriae ruinam perducant. Ibid., sent. 8.

88. Omne genus mendacii summopere fuge, nec casu, nec studio loquaris falsum. Prose.

89. Cave mendacium in omnibus: mendacio enim fides tollitur, error inducitur, veritas aboleatur.

90. Nullum justum mendacium, omne mendacium peccatum est: omne quod a veritate discordat, iniquitas est. Lib. de Synon., cap. 10.

91. Refuge fallaciam, declina mendacium, cave falsitatem, parum loquere, nunquam mentiaris. Prose.

92. Esto in verbo verax, neminem mentiundo fallax, neminem mentiundo in errorem inducas, neminem mendacio fallente decipias. Ibid.

93. Nec artificioso ingenio, nec simplici verbo oportet decipere quemquam: quia quolibet modo mentialur quis, offendit. De Conflictu virtut. et virtut.

94. Nunquam mentiendum est: quia mendacium semper aut fallit, aut nocet. Prose.

95. Non est vir justus, qui non sine noxa, vitioso sermone mentitur. In Epitome, cap. Superest.

96. Mendacium specie placet aliene, quia per se corruptum evanescit ac definit, nisi aliunde ornatum quaesito circumlucum fuerit ac positum. Lib. 3, de Dio. inst., cap. 1.

97. In justis virtutumque omnium via, nullus mendacio locus est. Ibid., lib. 6, cap. 18.

98. Mens christiana, fugax mendacii est, discipula veritatis. Serm. 8 Quadrag.

99. Qui loquitur mendacium, certum est quod diabolus speriat os ejus, ut mendacium loquatur. Hom. 3, in cap. vi. Ezodii, super illud: Ego aperiam os tuum.

100. Quia mentiri, est contra mentem loqui, contingit aliquando ut idem sit et ex dicentis opinione verum, et ex ipsius rei qualitate mendacium. Lib. 4, epist. 9, ad Oleric. episc. Firmian.

101. Incredible est hominem non mentiri, ne capiat, qui mentitur ut capiat. Apud. De Aug.

102. Mendacium est primum ordinarie pecca-

IAC. FIRB.

S. JOH. CLEB.

S. LEO I.

ORIGENES.

S. PETR. BAR.

S. VIKTOR.

ROBERTUS BELLAR.

tum actuale, quod pueri committunt. Super Psal. lvi, vers. 3.

103. Turpiss est mendacium in ore, quem terros, quod auferit officium linguar. Serm. 5, Fer. 2 Pasch.

SENTENTIA PAGANORUM.

104. Per se mendacium improbum est, et vituperabile: verum autem probum, ac laudabile. Lib. 4 Ethicorum ad Nicomach., esp. 7.

105. Qui verum amat, ut urpe, mendacium fugiet, non enim mendacio gaudet. Ibid.

106. Iniquitatis est mentiri etiam ac pejerare. Lib. 1, de Virtut., cap. 5.

107. Qui mentiri solet, pejerare consuevit. Orat. 3, pro Roscio.

108. Tollendum est ex rebus contrahendis omne mendacium. Lib. 3, de Officiis.

109. Verum opinari pulchrum est: mentiri, turpe. Sisygia 2, de Scientia.

110. Infidus est, qui sponte mentitur, et mendacium amat: qui vero invitum mentitur, amens est et vobis: quorum profecto neutrum optabile est. Sisygia 4 de Legibus.

111. Mentiri solenne et amantibus. Lib. 2, Controv. 10.

112. Que dicitur nihil habent solidi: tenue est mendacium, perit, si diligenter inspexeris. Epist. 79.

113. Crebro faciem mendacii veritas retinet, crebro mendacium, specie veritatis occulitur. De Quatuor virtutibus.

114. Melius est vinci, vera dicentem, quam vincere mentientem. Sent. 155.

115. Nunquam potest anima bona mendacium diligere. Ibid., sent. 159.

116. Mentiri in vila, decipere est, et decipi. Ibid., sent. 380.

MENDICITAS.

Etymologia. Mendicus dicitur quia minus habet, unde vitam degat: sive manu dicens, quia mos erat apud antiquos egentium, os claudere, et manum extendere, quasi manu dicere. Serm. Dom. 1 post festum Trin. 2. Et Hiderus Hysyal, Lib. 10. Etymol. verbo Mendicus.

Definitio. Mendicare est victum ostiatim queritare. Mendici vocantur, qui ostiatum victui necessaria querunt. Lib. 3, de Claustro animae, cap. 10.

Mendicitas est paupertas, qua pauperes improbus se exhibent divitiis pro elemosynis obtinendis. Super Math., cap. v.

SENTENTIA PATRUM.

1. Causa humilitatis aliqui laudabiliter mendicant.

ARISTOTEL.

CICERO.

PLATO.

SENECA.

SILV. FEIL.

S. ANT. DE PADIA.

ET S. ISID.

ISIDAL.

COLLECTOR.

HUGO A.

S. VICTOR.

HUGO CARD.

S. ANTONIN.

caut, quasi efficacissimam medicinam contra superbiam hoc sumentes, quam vel in seipsis, vel etiam in aliis per exemplum extinguere volunt. Part. 3, tit. 16, cap. 6, § 3.

2. Mendicare exercitum est humilitatis. Ibid.

3. Competit mendicare religiosis, ut Christum imitentur, qui dicit: Ego autem mendicans sum. Ibid.

4. Discrete oportet sumere nichilolatum ad humilitationem, ut inde totam cupiditatis non incurant, vel eujuscumque alterius indigentis, qui mendicant. Ibid.

5. Mendicatio non reddit religiosis ipsos contemptibiles, si hoc ipsum moderate fiat ad necessitatem, non autem ad superfluitatem. Provec.

6. Et quamvis mendicare, fiat quadam abiectione, quam necessarium est, ad sectandam perfectionem vite pauperis mendicare, tunc talem abiectionem, humilitatis est: assumere etiam abiectionem, virtutis est. Part. 4, tit. 12, cap. 3, § 1.

7. Eleemosyna datur ad supplendam necessitatem, non ad pascendam pigritiam. De Opera monachorum, cap. 16.

8. Quid est mendicare, nisi ad hominum misericordiam vivere? Exposit. 2, super Psal. cxi, vers. 9.

9. Perfecta est misericordia, ut ante occurrat auricularibus, quam roget mendicans. Rom. 89, et Rom. lxx.

10. Jesus cum factus esset annorum duodecim, quasi unus e turba pauperum stipem per ostia mendicabat. Rom. infra octi. Epiphani.

11. Cum summe honorificum sit dare, summa privato honoris est constituisse se in dando impossibilitate, et necessitate mendicandi. Super Reg. FF. Minor., cap. 6.

12. Inter omnium petitionum genera, verecundissima est mendicantis. Ibid.

13. Tripliciter contingit mendicare: primo, ex necessitate nature; secundo, ex vitiositate culpe; tertio, ex supererogatione justitie. De Paup. Christi contra Magist. Guiliel. quest. 1. art. 2, in resp. argum., verbo Responsio.

14. Postum est interius divitum instar affluere et exterius more pauperum mendicare. Epist. ad quemdam Promotorem.

15. Quintuplex est mendicantis differentia: prima est, quam parit calamitas, et haec est in personis miserabilibus et egenis; secunda est, quam parit cupiditas, et haec est in pauperibus simulatis; tertia est, quam parit pigritia, et haec est in pauperibus mendicantibus validis, et otiosis; quarta est, quam parit industria, et haec est in pauperibus studiosis circa disciplinam scholasticam occupatis; quinta est, quam parit justitia, et haec est in pauperibus voluntariis immunitibus.

ab amore temporalis lucri, et torpore temporalis quietis. In Apologia pauper., resp. 4, cap. 3.

16. Hoc vere est quoddam genus rapinae, cum aliquis ultra necessitatem veram mendicat, unde alter magis indigens detrimentum patitur. Lib. 2, de Perfectio reb., cap. 47.

17. Quid potest tam verecundum esse, quam in omnium christianorum misericordia se ponere? In Regul. PP. Minorum, cap. 6.

18. Majoris perfectionis est in Religione mendicare, quam divitias proprias in saeculo erogare. Super Acta Apostolorum, cap. xx, art. 20.

19. Amorem Dei pro elemosynis offerre, nobilis est prodigalitas: et qui minus ipsum quam denarios reputant, judicarem ego esse stultissimos: nam solius divini amoris imprecabile premium ad regnum comparandum sufficit. In suis Opuscul., oraculo 2.

20. Mendicans divitem a quo elemosynam elligit, abundantioribus afficit thesauris, et occultum subministrat famoris et lucri occasione. In suis Opuscul., serm. 3.

21. Nolo dimittere regalem meam dignitatem, ire scilicet pro elemosyna ostiarii. Ibid., Apophthegm. 44.

22. Fratres, petis tantum victui et vestitui necessarias; ego de me fateor, et gratias ago Deo, quod nunquam fui fur aut latro elemosynarium: semper enim minus accepi, quam me contingeret, ne alii pauperes sui sorte fraudarentur: quia contrarium facere, semper furtum reputavi. Ibid., Apophthegm. 41.

23. Panis elemosynae, panis est et benedictus, quem sanctificat laus et amor. Provec.

24. Cum enim frater elemosynam peti, prius dicit: Laudatus et benedictus sit Dominus Deus; postea addit: Facite nobis elemosynam pro amore Domini benedicti. Ibid., colloquio 6.

25. Incundum est sub Fratrum Minorum titulo mendicare, quem in retributione fortiorum evangelico veritatis magister ore suo tam signanter expressit, dicens: Quodlibet non fecerit uni de minoribus his, nec mihi fecerit. In suis Opuscul., colloquio 37.

26. Iste est panis angelorum, qui pro Dei amore petitur, et beatis suggerentibus angelis pro lapsis charitate largitum sancta paupertas colligit ostium. Ibid., colloquio 33.

27. Mendicare confusionis est, maxime illo pessimo genere mendicandi, quo fatuas virgines legitur mendicasse. Sermon. Dom. 10 post Pent.

28. Mendicans fuit Christus, quoniam ab aliis necessarius: et non tantum mendicus, sed et pauper. Super Psalm. xxxix.

29. Multi sunt mendici, qui pauperes non sunt: sed mendicando divitias congregant. Super Psalm. xxxix.

30. Multi sunt pauperes, qui mendicare erubescunt: et hi non sunt pauperes spiritu, sed re tantum. Provec.

31. In Christo autem, et suis imitatoribus nec paupertas a mendicitate, nec mendicatio a paupertate, recedit. Ibid.

32. O miserabilis mendicantis conditio! si peti, pudore confunditur: si non peti, egestate contumitur: sed ut mendicet, necessitate compellitur. Lib. 4 de Contemptu mundi., cap. 14.

33. Quare mendicantes nullus trahit ad iudicem? quare nullus cogit, nullus edummiatur? nomen quis in securiori boe habitat? Provec.

34. Quam multis autem infelicissimum videtur, esse pauperem et mendicare! Quid igitur? est ne bonum mendicare? bonum, inquam. Rom. 13, super Acta Apost.

35. Sunt qui palam poscere ea, quibus indigent, erubescunt: et malunt miseria tacito egestatis affligi, quam publica petitione confundi. Sermon. 3, de Collectis.

36. Miserum! quem libertas stertilem, abundantia auxilium, inhumatum copus, divites fecere mendicem. Sermon. 104.

37. Mendicans est ille, qui nihil sibi tribuit, sed totum de misericordia Dei expectat. Super Psalm. cxi, vers. 11.

38. Solut tantummodo Christus est, qui in omnium pauperum universitate mendicat. Lib. 6, ad Eccles. catholicis.

39. Cave ne Domino tuo (sc. Christo) mendicante, alienas divitias congeras, 2, 2, quest. 157, argum. in contrarium.

40. Non modo religiosis, sed omnibus ad humilitatis assumptionem, et exemplum, et communiorem utilitatem, mendicare licet, non autem ad otium fovendum, vel ad lucri cupiditatem. Ibid.

41. Pauperes voluntate delegat mendicare cum Christo. Lib. 1 in Vita sanctae Eugenia, cap. 1.

42. Nulla re certius constat, quam quae precibus empti est. Lib. 2, de Benefic., cap. 1.

MENS.

Ethymologia. Mens dicitur a *me* in *men* autem graeco, latine dicitur *luna*: et sicut luna crescit et deficit, et varia vicissitudine commutatur, in id tamen quod fuit quadam perfecta novitate se restituit: sic mens nunc caput summi insensit, nunc decidit in infimam, nunc sese inferens omnia, veris falsa redarguit. De Spirit. et anima, c. 17.

De *mens*. Mens rationalis est immortalis, et intellectualis animo contemplandi facultas. In lib. *Vita dulcis*, cap. de *Anima*.

Mens est visio, seu contemplatio incorporea per omnia usque laboris molestia discurrunt. Ibid.

Mens est pars animae quaedam, per quam omnis ratio intelligentiae percipitur. Sermon. Dominice 13 post Trinitatem.

Mens est vis quodammodo animae, qua habere deo et fruimur. Lib. de Natura et digni. omnis, cap. 10.

Mens nihil aliud est, quam purissima pars animae: quod enim oculis in corpore, hoc mens est in anima. Lib. 2, de Fide orthodox., cap. 13.

Differentia. Inter animam, autem, spiritum, et mentem hoc interest, quod anima est quae vivimus, animus quo regimur, spiritus quo spiramus, mens quo cogitamus. Lib. 1 de Differentiis, different. 177.

Inter mentem et rationem hoc differt: mens est anima parspraesentior, a qua procedit intelligentia: ratio vero est motus quidam animi visum mentis aeterni, veritate a falsis distinguunt. Ibid. Lib., 2, differ. 19.

Inter memoriam, mentem, et cogitationem talis differentia est, quod memoria praesentia retinet, mens futura praevidet, cogitatio praesentia complectitur. Ibid., differ. 21.

Orgo. Primam mundi originem aspicias, non ex terrenis, et gravi concreta corpore, sed ex illo nobilissimi spiritus descendit. De Consolat. ad Helvidianum, cap. 6.

Comparatio. Quomodo oculus in corpore, sic mens in anima dominatur. De Octo vitiosis cogitat.

Quomodo modum corporis regimen est pones centes, mundi vero pones lucis naturam: eodem modo imperium in nos mens obtinet. Lib. Quod Deus sit immutabilis.

Quomodo modum corporis regimen est pones centes, mundi vero pones lucis naturam: eodem modo imperium in nos mens obtinet. Lib. Quod Deus sit immutabilis.

Quomodo modum corporis regimen est pones centes, mundi vero pones lucis naturam: eodem modo imperium in nos mens obtinet. Lib. Quod Deus sit immutabilis.

Quomodo modum corporis regimen est pones centes, mundi vero pones lucis naturam: eodem modo imperium in nos mens obtinet. Lib. Quod Deus sit immutabilis.

Quomodo modum corporis regimen est pones centes, mundi vero pones lucis naturam: eodem modo imperium in nos mens obtinet. Lib. Quod Deus sit immutabilis.


Quomodo modum corporis regimen est pones centes, mundi vero pones lucis naturam: eodem modo imperium in nos mens obtinet. Lib. Quod Deus sit immutabilis.

Quomodo modum corporis regimen est pones centes, mundi vero pones lucis naturam: eodem modo imperium in nos mens obtinet. Lib. Quod Deus sit immutabilis.

Quomodo modum corporis regimen est pones centes, mundi vero pones lucis naturam: eodem modo imperium in nos mens obtinet. Lib. Quod Deus sit immutabilis.

Quomodo modum corporis regimen est pones centes, mundi vero pones lucis naturam: eodem modo imperium in nos mens obtinet. Lib. Quod Deus sit immutabilis.

Quomodo modum corporis regimen est pones centes, mundi vero pones lucis naturam: eodem modo imperium in nos mens obtinet. Lib. Quod Deus sit immutabilis.



S. AUGUST.

S. BERNARD.

S. DONAV.

S. INNOC. III.

S. FRANC. ASSISI.

S. JOHANNES CHRYSOST.

S. LEO I.

S. PAVLUS APOSTOL.

S. PROSPER.

S. SALVIANUS.

S. THOMAS AQUINAS.

IN VIT. PATR. MENEC.

S. AUGUST.

S. BERNARD.

S. ANTONIO DE PADUA.

S. ANTONIO DE PADUA.

S. BERNARD.

S. JOHANNES DAMASCEN.

S. LEO I.

S. BERNARD.

S. FRANCIS.

S. PAVLUS APOSTOL.

SENTENTIAE PATRUM.

S. BERNARD.

S. ANTONIO DE PADUA.

6. Semper in mente habeto Deum : o! mens omni beato beator, omni felici felicior, quae habes Deum in mente. *Proec.*

7. Quomodo te ergo in mente habere poteris, o Deus? quid ego ut te habeam, dare debeo? Da, inquit, te mihi, et ego dabo me tibi, da mentem et habebis me in mente.

8. Vis Deum semper habere in mente? habere semper te coram te : ubi oculus, ibi rationes, habere semper penum in te.

9. Deus est in mente, mens in oculo, oculus in te : si ergo vides te, habes Deum in te. *Serm. Dom. 15, post Trinit.*

10. Mens princeps est, et dux corporis animalis. *De communi essentia.*

11. Oculus animae, mens est ab omni labe corporis pura, id est, a cupiditatibus rerum temporalium iam remota atque purgata. *Lib. 1 Soliloq. cap. 6.*

12. Nihil tam novit mens, quam id quod sibi praesto est : nec menti magis quidquam praesto est, quam ipsa sibi. *Lib. 11, de Trinit., cap. 4.*

13. Mens sine oculis carnis humana est, oculi autem carnis sine mente belluini sunt. *Ibid., cap. 4.*

14. Nusquam se melius regente dimittat fidei regula oves humanae mentis exeret, quam in eo quod ipse homo in sua natura melius ceteris animalibus, melius etiam ceteris animae sui partibus habet, quod est ipsa mens. *Lib. 15, de Trinit., cap. 27.*

15. Mens veritatis capax non est nisi vitis libera. *De Agone christiano, cap. 13.*

16. Memoria etiam mens est, unde et immemores amentes dicuntur. *De Spiritu et anima, cap. 34.*

17. Cum anima in se agit se, et ex se, et per se, sola mens dici solet. *Ibid.*

18. Mens quando cogitatione se conspiciat, intelligit se et recognoscit : quando contemplatione ad Deum ascendit, ut eum intelligat et diligit, imago Dei dicenda est : cogitando aeterna, vir est : quando vero ea agit vel cogitat quae sunt temporalia, mulier appellatur. *Ibid.*

19. Mens amare seipsum non potest, nisi etiam se noverit : nam quomodo amat quod nescit? *Lib. 9, de Trinit., cap. 3.*

20. Tanto gloriosius mens ad superiora promovetur, quanto diligentius ab inferioribus concupiscentia collihitur. *De opere monachorum, cap. 2.*

21. Multum lugenda est mens humana, si vincitur a corpore suo. *De Agone christiano, cap. 49.*

22. Mens universorum capax, et omnium rerum similitudine insignita, omnia esse dicitur naturali quadam potentia, et naturali dignitate. *De Spiritu et anima, cap. 44.*

23. Nihil tam novit mens, quam id quod sibi praesto est : nec magis menti quidquam praesto est, quam ipsa sibi. Nam cognoscit se vivere, se meminisse, se intelligere, se velle, cogitare, scire, iudicare, haec omnia novit in se. *Ibid., cap. 32.*

24. Mens paradisi est, in qua cum caelestia meditatur, quasi in paradiso voluptatis delectatur. *Ibid., cap. 37.*

25. Ad majora mentem, nisi pietas puritasque non perducit. *De Moribus monach., cap. 7.*

26. Nihil potentius ista creatura, quae mens dicitur rationalis, nihil haec creatura sublimius : quidquid supra istam est, creator est. *Tract. 23, super. Evang. Joan., cap. 7.*

27. Diabolus intrare non potest mentem, in qua pax dominatur. *Serm. 2, ad frat. in creta.*

28. Qualis est homo in mente, talem verborum depingit in ore. *Ibid., serm. 3.*

29. In mente arbitror esse summum hominis bonum. *Lib. 3, contra Academicos, cap. 12.*

30. Sensus nos multae bestiae superant, mente autem et ratione nos Deus illis proponit. *De quantitate animae, cap. 28.*

31. Si aliud ratio, aliud mens : constat certe nonnisi mentem uti ratione. *Lib. 1, de Lib. arb., cap. 9.*

32. Non est homo perfectus, si animo ipsa mens humana defuerit. *Epist. 57, quest. 1.*

33. Mens Deo subdita, concupiscentiae dominatur. *De Opere monachorum, cap. 32.*

34. Caro in terram cogit, mens sursum tendit : respicit amorem, sed tardatur pondere. *De Utilitate jejunii, cap. 2.*

35. Lux mentium supra mentes est, et excedit omnes mentes. *Tract. 3, super Joan.*

36. Quando quisque nascitur, antequam possit uti mente, non regitur nisi sensibus carnis. *Ibid., tract. 15.*

37. Mens nostra, quae est oculus animae, nisi veritatis lumine radietur, nec ad sapientiam, nec ad iustitiam poterit pervenire. *Ibid., tractatu 35.*

38. A nullo malo abstinere mens mala, etiam clausis oculis. *Ibid., tract. 44.*

39. Mutabilis est mens nostra, quae percipit discendo quod nesciebat, et veri similitudine fallitur, ut pro vero approbet falsum; et obscuritate sua, quasi quibusdam tenebris impeditur ne perveniat ad verum. *Ibid., tract. 99.*

40. Lamentari quisque sana mente mavult, quam letari in amentia. *Lib. 11, de Civ. Dei, cap. 27.*

41. Partem carnali mens debet imperare, et eam ab illicitis operibus ratione colubere. *Ibid., lib. 15, cap. 7.*

42. Mens corporis atque vitiorum non potest

esse domina, Dei veri nescia, nec ejus imperio subjugata, sed vitiosissimis demonibus corruptis prostrata. *Ibid., lib. 19, cap. 25.*

43. Nisi bono ingenio pietas et pax quaedam mentis accedat, de rebus divinis nihil prorsus intelligi potest. *De Utilitate cred., cap. 18.*

44. Mens ipsa hominis, quae dicitur rationalis, mutabilis est, non est id ipsum, modo vult, modo non vult : modo scit, modo non scit : modo meminit, modo obliviscitur. *Super Psalm. cxxi.*

45. Quorum mens ad mutationem propensa est, non est dissentaneum; quin eorum quoque vita non sit ordinata. *Apud D. Joan. Damasc., lib. 2, Parvul., cap. 1.*

46. Janna corvis mens est. *De Substant. verbo Variam.*

47. Variam dant otia mentem. In suis Prov. verbo Variam.

48. Bona possessio mens bona; sepi hanc possessionem, et muni eam undique, ne irruant in eam et captivum ducant irrationabiles corporis passiones. *De Ordine vite.*

49. Si tibi mens bene conscia est, terrene carcere resoluta colum libera petit. *Lib. 2, de Consolatione philosophi, prosa 7.*

50. Mentem tranquillitas pacificat, charitas intellectualis, veritas rectificat, puritas scandalum eradicit. *Expos. 2, super Psalm. cxviii, cap. 11, vers. 5, art. 4.*

51. Sicut homines diversi habent facies, sic diversas habent mentes. *Super lib. 2 Sentent. dist. 3, parte 1, art. 2, quest. 1.*

52. Mens nostra non ad peccandum data est, sed ad contemplandum. *Proec.*

53. Mens enim verba discernit, mens videt; quia mens in nobis est visus, gustus, et discretio.

54. Itaque non assentitur mens his, quae semper fiunt, si non voluerit homo. *Heres. 77, contra Diemertias.*

55. Mens non revocatur, nisi timore. *Super Epist. ad Rom., cap. 11.*

56. Meliora sunt fercula mentis, quam dapes corporis. *Super Acta Apostolorum, cap. vi.*

57. Sicut caput corporis prima pars est, ita principale interioris hominis mens est. *Lib. 14, Moral., cap. 16.*

58. Mens nisi in statu suo arcta custodia disciplina teneatur, semper in deteriora dilabitur. *Ibid., lib. 14, cap. 26.*

59. Interna facies hominis mens est, in qua nimirum recognoscitur, ut ab auctore nostro diligamur. *Ibid., lib. 10, cap. 14.*

60. In hoc mens justa ab injusta discernitur, quod omnipotens Dei laudem et inter adversa confiditur, quod non cum rebus frangitur, non cum casu gloriae exterioris cadit. *Ibid., lib. 14, cap. 47.*

Tom. III.

61. Saepe quae mens descripsit, haec manus non perficit. *Orat. 18 de Statu episcopali.*

62. Mens cunctis hominibus lux est, penes quam est sentire, ac in quam est sensus. *Orat. 20 de Modestia.*

63. Cum mens in supernam respicit profunditatem, non habet ubi consistat, et in contemplationibus de Deo destituitur, tam infructum illud est ac impenetrabile. *Orat. 1, in Theoponia.*

64. Pinguis venter non gignit mentem levitatem. *S. Hieron. Epist. 2, ad Nepotian.*

65. Mens caput vocatur, quia sicut a capite reguntur membra, ita cogitationes mente disponentur. *Super Psalm. cxiii, vers. 6.*

66. Mens justi, sanctuarium Dei est. *Super Thren. in illud : In sanctuario.*

67. Lubrica mens semen peccatorum, quod primum sine modestia concipit quasi parturiens postmodum sine pudicitia effundit. *Super Ecclesiasten, cap. 11.*

68. Per signa exteriora saepe dignoscitur dispositio mentis. *Ibid., cap. 8.*

69. Iusta corporis speciem, non aestimes qualitatem mentis. *Super Ecclesiasten, cap. xi.*

70. Indicium mentis, operatio est hominis : quoniam factis ostenditur, quidquid cordis secreto concipitur. *Hom. 14 ex divers. in Math.*

71. Mens humana facie labitur, et omnibus mutabilis sensus est. *Hom. de Prodit Jude.*

72. Mente existente reproba, ementa simul quomodo admodum solet auriga corrupto, dissoluta sunt et perversa. *Serm. 5, super Epist. ad Rom.*

73. Mens barbara est, quae dura et immittis est. *Ibid., serm. 6.*

74. Omni pennis levior, et sublimior mens est. *Hom. 22, super Epist. ad Hebr.*

75. Mens, quae libere appetit, tam ratione, tam intelligenter, tam cupide et intelligit res, et querit, et considerat, et deliberat, dijuciat, et gubernat. *De duabus Christi voluntat.*

76. Mens nisi in adversis erigitur, et in prosperis deprimitur : non ad vitium, sed ad victum. *Super Prolog. reg. S. Benedicti, cap. 2, text. 23.*

77. Nihil deterius incuria mentis. *Parte 1 de Regione claustral., tract. 1, reg. 1, art. 8.*

78. Mens nostra caelestis est. *Lib. 3 De Summo bono, cap. 7, sent. 7.*

79. Mens soluta in diversis, caetera charitatis non restringitur : et male laxata, male ad omnem occasionem movetur. *Ibid., cap. 40, sent. 2.*

80. Quid ab homine desiderat Deus, nisi cultum mentis, qui est purus et assuetus? *In Epitome, cap. Nam.*

81. Nunquam Deo quis poterit esse subjectus, nisi

SATHANAS.
MAGNUS.
S. AUGUST.

S. BASIL.

S. BERNARD.

BONIFIDI.

S. NORAY.

S. EPIPHAN.

GLOSS. INT.

S. GREGOR.
MAGNUS.

S. GREG.
NAZ.

S. HIERON.

HUGO A. S.
VICTORE.

HUGO CARD.

S. JOHANNES
CHRYSOST.

S. JOHANNES
DAMASCEN.

JOAN. TAIT.

S. ISID.
HISP.

LACT. FIRM.

S. LAURENT.
JUSTIN.

qui menti sua imperare nequiverit. *Serm. de S. Hieronymo.*

F. MACRAN.
MGTP. SEN.
82. Mens nostra, thronus est divinitatis; et nostra mens thronus, est divinitas ac Spiritus sanctus. *Hom. 6.*

S. PETR. DAM.
83. Mens odiosa, cupido, curis tantummodo secularibus dedita, libidinis igne succensa, infernus est. *Lib. 2, epist. 5, ad Hildebrand, Cardinal.*

PHILO JUD.
84. Quemadmodum principalis pars corporis est facies: ita animae pars principalis est mens; hanc solum inspirat Deus, alius hoc honore non dignatur. *Lib. 1 Legis allegor.*

85. Mens ipsa est oculorum oculus, et auris aurium, et in unoquoque sensu sensus interior. *De Congressu querente eratit. gratia.*

86. Mens, que inest nostrum unicuique, caetera potest comprehendere, seipsam nosse non potest. *Prose.*

87. Quamadmodum enim oculus alia videt, se ipsum non videt: sic et mens intelligit alia, seipsam non comprehendit. *Lib. 1 Legis allegor.*

88. Monitor sermonis mens est, sicut mentem Deus commovet; sermo interpret mens est apud homines, sermonis vero meus apud Deum. *De Signat. Abraha.*

89. Mens quando Deo pure sacrificat, non est humana, sed divina: cum autem ad aliquid humanum avolvitur, descendens de caelo, vel potius delapsa in terram, egreditur, etiamsi corpus intus maneat. *Lib. Quia remum divinarum heres est.*

90. Mens est oculus animae, illustratus splendore proprio, per quem dispelluntur altissimas tenebras offusae a rerum ignorantia. *Lib. Quod Deus sit immutabilis.*

TITLASSIUS
91. Mens perturbationibus mandata, quotidie luculentior avallit, et ad res quo vero sunt contemplandas illustratur. *Heccantad. 1, sent. 50.*

92. Mensa perturbationibus libera, que considerat, sive invigilat, sive dormiat corpore, videt temerarius. *Ibid., sent. 54.*

93. Non potest mens rei sensibili diu immorari, nisi omnino illa afficiatur. *Ibid., Heccantad. 2, sent. 53.*

94. Mens cum sensibus amicitia, eam facit mancipium corporum voluptatum. *Ibid., sent. 55.*

95. Quando a virtutibus suis affective vires moventur, tunc etiam mens a scientia sua loco deturbatur. *Ibid., sent. 56.*

96. Mens cui affectiones imperant, cogitat que non deceat, quales autem cogitationes sint, producit sermones et opera. *Prose.*

97. Mala cogitationis dux est affectio, affectionis auctor sensus, quo ut male utamur, in causa est mens. *Ibid., Heccantad. 3, sentent. 4.*

98. Magna equidem mens est, que ab affectio-

nibus est libera, et sequestrata ab his que sunt, et in Deo versatur. *Ibid., sent. 57.*

99. Mens continentis, templum est Spiritus sancti: gustosi autem mens, corcorum est domicilium. *Ibid., sent. 55.*

100. Mens affectionibus referta, officina est mararum cogitationum. *Ibid., sent. 77.*

101. Ne putes mentem a carnis amicitia deservisse, cum adhuc in his que carnis sunt propria occupatur. *Ibid., Heccantad. 4, sent. 2.*

102. Mens alacris et serena, Spiritus sancti habitaculum est. *Lib. 2, de Vita Leonit.*

SENTENTIE PAGANORUM.

103. Mens videt, mens audit. *Secl. 11, Problem. quest. 33.*

104. Ut est in corpore visus, sic est in anima mens. *Lib. 1. Ethicor. ad Nicomach., cap. 6.*

105. Mens omnia id expetit, quod est optimum sibi, et probus obtemperat menti. *Ibid., lib. 9, cap. 8.*

106. Mente nihil homini dedit ipse Deus divinitus. *Lib. 3, de Offic. num. 14.*

107. Hominis mens discendo auferit, et cogitando semper aliquid aut inquit, aut agi, videlicetque et audiendi oblatione dicitur. *Lib. 1, de Offic.*

108. Quemadmodum in ambulando cavet, ne clavum calcet, pedemque distorqueat: sic in degenda vita cave ne gubernatricem actionum mentem tuam laedas. In suo *Enchirid., cap. 60.*

109. Commota semel et commensa mens ei servit, a quo expellitur. *Lib. 1, de Ira, cap. 7.*

110. Mobilis et iniqua mens homini data est: nunquam se tenet, spargitur, et cogitationes suas in omnia nota atque ignota dimittit; yogo, et quietis impatiens, et novitate rerum letissimum. *De Consulat. ad Helvium., cap. 6.*

111. Bona mens nec commendatur, nec emittit: et pulo, si venalis esset, non haberet emptorem: at mala quoties emittit. *Epist. 27.*

112. Debemus aut curare mentem egram, et vitis liberare, aut vacantem quidem, sed ad peiora propam preoccupare. *Epist. 94.*

113. Templum sanctum est Deo, mens pat: et altare est optimum ei, cor mundum, et sine peccato. *Sent. 40.*

114. Bona mens, chorus est Dei: mala mens, chorus est demonum. *Ibid., sent. 54.*

115. Sapientia mentem Deus inhabitat. *Ibid., sent. 487.*

116. Sapientis mens speculum est Dei. *Ibid., sent. 430.*

117. Mens in ratione, ratio in anima, anima in spiritu, spiritus in corpore. *Lib. de Potestate et sapientia Dei, qui titulus Pimander., cap. 10.*

IN VII
PATR.

ARISTOTEL.

CICERO.

EPICTETUS.

SENECA.

SIXT. PUL.

YANESCHER.

118. Anima mentis presentis destituta, nec agere quidquam, nec dicere potis est: nec audit, nec videt, sed animalis similis est ratione carenti. *Ibid.*

Vide etiam tit. *Bonum, sent. 54; Caritas Dei, sent. 32; Cogitatio, sent. 2; Compunctio, sent. 66; Contemplatio, sent. 112; Delicia, sent. 13; Desiderium, sent. 17; Deus, sent. 85; Immunditia, sent. 31; Impudentia, sent. 18; Instabilitas, sent. 14; Meditatio, sent. 13; Memoria, sent. 91; Motus, sent. 56; Negligentia, sent. 49; Obisio, sent. 25; Occupatio, sent. 14; Puritas, sent. 12; Spiritus sanctus, sent. 3; Tractio, sent. 44.*

MENTIS EVAGATIO.

Vide EVAGATIO.

MENZA.

HUGO CARD.
Divisio. Est triplex mensa: mensa nature, mensa Scripturae, mensa Eucharistiae. *Super Ecclesiastic., cap. xxxi.*

S. ANTON.

EPICTETUS.

S. ANTON. DE PAD.

S. AUGUST.

S. BASILIUS MAGNUS.

S. BERNARD.

1. In principio mensae debet fieri benedictio per eum, qui ibi est major, et in fine gratiarum actio, vel hymnus, exemplo Christi. *Parte 3, tit. 13, cap. 3, § 3.*

2. Mensa Domini est paupertas, mensa diaboli est prosperitas. *Serm. Dom. 1 post. Trinit.*

3. Memento divertisse te ad refectionem, non ad defectionem. *Super Paulin. xxvii, conc. 1, vers. 5.*

4. Cum manducas et bibis palle, non intermiscendo sonorum suavitates ad aures aptas, sed modeste et frugaliter et temperanter manducando et bibendo. *Prose.*

5. Si vero modum nature debitum immoderatione voracitatis excedas, et violentia te ingurgites, quantalibet laudes Dei lingua tua sonet, vita blasphemata. *Super Paulin. cxxxvi.*

6. Quisquis amat dietis absentium rodere famam, Hanc mensam veltam noverit esse sibi. *Serm. 26, ad Fratres in eremo.*

7. In omnibus necessaria est diligentia, et proba mensa cura, ut nusquam necessitatis terminus transgrediamur. *Quest. 2.*

8. Inter prandendum quantum fauces dapibus, tantum aures pascentur rumoribus. In *Apolog. ad Guillelm. abbat., cap. Dicitur.*

9. Ad mensam non solum fauces cibum capiunt, sed etiam aures exhauriant verbum Dei: non enim debet totus manducare, sed sic occupetur cor ad verbum Dei, ut solae fauces sumant cibum, aures verbum. In *Speculo monachorum.*

10. Christianus semper ita surgat de mensa, ut

adhuc habeat appetitum plura sumendi. *Lib. de Passione Domini, cap. 42.*

11. Si manducas, mensam tuam sobrietatis perornet. *Apud De Anton., part. 4, tit. 4, cap. 4, § 2.*

12. Loqui sua missitate ad mensam, ubi silentium est servandum, turpe vilium est. In *Speculo discipul., parte 4, cap. 21.*

13. Moram in mensa facere, religiosum non est. *Ibid., cap. 32.*

14. Mensa, in qua nulla Dei memoria adhibetur, a heulorum stabulo nil differt. *Hab. apud De Joan. Damasc., lib. 2, Parall., cap. 5.*

15. Dum manducas et bibis, cogitare non cesses qualiter Rex tuus pro te aceto et felle potatus est. *De Profess. monast., art. 16.*

16. Reques mensae, est refectio satietatis interme. *Lib. 26, Moral., num. 32, cap. 24.*

17. Mensam tuam pauperes et peregrini, et cum illis Christus convivere noverit. *Epist. 2, ad Nepotian.*

18. Nec cibi sumantur, nisi oratione premissa: nec recedatur a mensa, nisi referatur Creatori gratia. *Epist. 22, ad Eustochium.*

19. Dum corpus agitur cibo, sedatur animi lectio. In *Regula Monachor., cap. 37.*

20. In mensa duplex est custodia disciplina: in habitu scilicet et in cibo: in habitu tribus modis, in disciplina tacendi, in disciplina videndi, in disciplina continendi sese. *Prose.*

21. In cibo duplex est observatio: in eo quid sumat, in eo quantum sumat, in eo quomodo sumat: in prima, luxus arguitur; in secunda, curiositas; in tertia superstitio notatur. *De Inst. novit., cap. 19.*

22. Mensa religionis, ordinata est: sublimis, non superflua. *Lib. 1, de Clavico animae., cap. 11.*

23. Mensa monachorum, formosa mulieri quam nihil extenuat decorat, cum maia quadam pulchritudine splendat, persimilis est. *Hom. 71, super Math. Ops. perf.*

24. Tempus post mensam, agendi gratias tempus est: non deceat autem agentem gratias obrium esse, sed sobrium. *Conc. 1, de Lauro mendico.*

25. Mensarum sumptuosarum, nullus alius proventus est, quam corruptio. *Super Epist. ad Galat., cap. vi.*

26. Vilis tenuisque mensa sanitatem parit. *Hom. 55, ad Populum Antiochenum.*

27. Nihil fluit asinis melioris, animi mensarum delicias sectantes. *Ibid.*

28. Mensa ab oratione sumens initium, et in orationem desinens: nunquam deficiat, sed facile largius afferat bona. *Ibid. Hom. 79.*

29. Mensa mediocritas, plurimum iunctantatis habet et voluptatis. *Hom. Quod nemo tardatur.*

S. BONAV.

CLEM. ALEX.

DIONYSIUS CARTHUS.

S. GREGOR. MAGNUS.

S. HIERON.

HUGO A. S. VICTORIS.

S. JOHANNES GABRIEL.

30. Divitum mense execrabiles quidem et horridae, ac morborum et contaminationis plenas sunt. *Ibid.*

31. Extreme dementiae est fugere a mensa frugali, quae habet voluptatem et suavitatem, et instruere siliam planam innumeris calamitatibus, insuavem, tristem et morbosam. Serm. *contra Luxum et crapulam.*

32. Frugalis et mediocris mensa laudanda est, quam non carpit Propheta, non arguit homo, non reprobandit Deus, non punit ignis, nullus adversatur, nullus odit, nullus videt, sed probat Deus, commendat angeli, laudant homines, suscipit celum. *Ibid.*

33. Ex mensa continua, maligna quaeque intercedentia solvuntur. Hom. 1, de *Potent. Job.*

34. Mensa hominis est terra. Serm. de *Sejan.*

35. Magni honoris est, recumbere cum potentioribus. Serm. 1, super *Epist. ad Colos.*

36. Omni iuocanditate privata est divitum mensa: illa vero quae pauperum est, quavis animi delectatione referta est. *Ibid.*

37. Tenuis mensa, cibus asperior, simplicior potus, corpus firmit, confirmat animum, et utriusque hominis statum reddunt alicriorem. Serm. 56, de *S. Martino.*

38. Romis mense administrator, sic dispensat necessaria corporum, ut saluti etiam consulat animarum: quia et parcendo sobrietatem nutrit, et largiendo murmuratōnis vitium ne oriatur, obsistit. *Opusc.* 13, cap. 19.

39. Non dat lot pugna saucios, quot solet mensa convivas. Lib. 3, epist. 3, ad *Ebediam.*

40. Dum in mensa epularis, Dei memineris: ne corpus ipsum dum ex foecundiori olivonia repletur, animus a sapientiae studio revocetur. In *Concione yaneygr.*

41. Mensa egenotum in more et fletu dolorum Christi versari debet, et Deo regitari. In *Enchirid. monachor.*, cap. 1, sect. 2.

SENTENTIA PAGANORUM.

42. Ad proborum hominum menses probos non invitatos proficisci posse, consentaneum est. *Sisygia 5, de Conclio.*

MERCATINA.

Vide NEGOTIATIO.

MERCES.

Vide PREMIIUM ET REMUNERATIO.

MERETRICIUM.

COLLECTOR. *Ethymologia.* Meretrix a merendo dicta est, eo quod mercede suam exerceat malitiam.

8. AUGUST. Meretrices lupas vocabant, unde nunc etiam tur-

pia loca earum lupanaria nuncupantur. Lib. 18, de *Civ. Dei.*, cap. 21.

Pellices dicuntur meretrices a pollutione, vel a pellic fornositate, quae incautos allicunt atque pellicunt. Super *Epist. 11, B. Petri.* cap. 11 in illud; *Pellicentes animas.*

Meretrix est dicta eo quod pretium libidinis mereatur. Lib. 10, *Ethymol.*, verbo *Meretrix.*

Definitio. Meretrix est mulier, quae sordidissimi quaestris gratia prostat, et cuius pulchritudo venalis est.

Meretricium est commercium nefarium cum muliere, quae multorum patet libidini. Parte 1, *Centiloqui.*, sect. 32.

Meretrix est mulier, quae multorum libidini patet. Epist. 6, ad *Fabiolam.*

SENTENTIA PATRUM.

1. Proh dolor! quentis hisce referunt est ordis: dulces sunt furias, inescant melle, vipereo saevius felle necant. Parte 3, serm. 2, cap. 20.

2. Virgo est, quae Deo nubit; meretrix, quae deos facit. Lib. 1, de *Virginitate*, cap. 9, num. 52.

19. Ama, o monache, solitudinem, fuge multitudinem, nec comprehendaris in verbo, ne confundaris in facto. *Ibid.*

20. O monacho, nisi in proposito tuo perseveraveris, morieris! si incipit edificare, perire: si non incipit, incipit. *Prose.*

21. Si obtulisti florem juventutis tuae diabolo, saltem fructum senectutis tuae immolare non differas Christo. *Ibid.*, serm. 8.

22. Monachus qui patris non est, monachus non est. *Serm. 16 ad Fratres in eremo.*

23. Oportet monachum pro omnibus vitam inopem possidere, corporis quietem, habitus honestatem, vocem moderatam, sermonem ordinatum, cibum et potum temperatum. *Serm. 3, Exercitamentorum.*

24. Oportet monachum coram senioribus tacere, coram sapientioribus audire, erga aequales charitatem habere, erga inferiores amicum consilium tenere, a malis et carnalibus secedere, plura cogitare, pauca loqui, non facile esse ad risum, veracitatem ornari, oculos dorsum habere, animam sursum levare, obediens esse manibus laborare, semper extremorum memnissio, spe gaudere, afflictionem sufficere, modestanter orare, in omnibus gratias agere, humiliter esse, arrogantiam odire, sobrium esse. *Ibid.*

25. Altior professio virtutis, altior debet ritum tenero vivendi. *De Templo Salomonis*, cap. 7.

26. Pula te monachum esse, non medicum; nec complerem iudicandum, sed de professione. *Serm. 70, super Cant.*

27. Monachus habitu mentiens, frontosus est ad verendum, insensatus ad metum, inflexibilis ad pietatem, ad iram proceps, audax ad factum, pronus ad injurias. Epist. 198, ad *Innocent. pap.*

28. Monachus non habet docentis, sed plangentis officium: quippe cui oppidum carcer esse debet, et solitudo paradisus. Epist. 323, ad *Henric. Mogunt. archiep.*

29. O quantum distans ab his, qui in diebus Antonii extorere monachi! In *Apologia ad Guillelm. Abbat.*, verbo *Dicitur.*

S. BASILIUS
MAGNUS.

V. BIDA.

S. BERNARD.

30. Ecce ipse habitus noster (quod et dolens dico) qui humilitatis esse solebat insigne, a monachis temporis nostri in signum gestatur superbie. *Ibid.*

31. Qui linguam suam et ventrem custodire non potest, monachus non est. *De inter. domo, cap. 50.*

32. Summa virtus monachi, humilitas est; et summum vitium ejus, superbia est. *Prose.*

33. Superbiendo, contendendo, dimicando, murmurando, detrachendo, susurrando, negligendo, contemnendo, et proprias voluntates faciendo infinitas monachi culpas incurrunt. *De ordine vii.*

34. Ille qui se pro Deo duritiam tradidit monachorum, assiduis debet esse in orationibus, lacrymas suas Deo, non hominibus offerre: jejunia in auriga: modum pro lassitudine et viribus corporis temperare. *Ibid.*

35. Hoc solum attende quod monachus factus es, et ideo ea age quae monachi sunt. *Ibid.*

36. Sic in cunctis se habent monachus, ut edificet videntes, ut nemo dubitet cum vel viderit eum vel audierit, quin vere sit monachus. In *Speculo monachorum.*

37. Sit monachus quasi Melchisedech, sine patre, sine matre, sine genealogia. *Ibid.*

38. Qui propter ipsum Christum seipsum odit, et super omnia illum diligit, vero monachus est: et qui talis non est, licet sit cucullus, licet sit pannosus, sive abrasus, sive tonsuratus: habeat quidquid vis, est imago vel pictura monachi, et non est monachus. *Serm. 15 de Coena Domini.*

39. Quanti sunt monachi corpore claustrales, mento saeculares: pigri ad lectionem, tardi ad orationem: in choro dormientes, in refectorio vigilantes. *Ibid., serm. 3.*

40. Nemo se decipiat, nemo se seducat, nemo in gloriosa veste confidat: non enim vestis religiosa, sed mentium munditia monachum facit: non capitis abrasio, sed Christi dilectio probatum monachum reddit. *Ibid., serm. 14.*

41. Qui querulosus est, monachus non est. *Prose.*

42. Qui malitiam in corde tetuerit, monachus non est.

43. Qui iracundus est, monachus non est.

44. Qui elatus et verbosus est, monachus non est.

45. Qui vere monachus est, semper est mansuetus, humilis, et charitatis plenus. In *Oculo colat., collat. 8.*

46. Et si habitus non facit monachum, oportet tamen monachos vestes proprio congruentes ordini semper deferre, ut per decentiam habitus extrinseci morum honestatem intrinsecam ostendant. *Session. 14, decret. de Reformat., cap. 6.*

S. BONAV.

CONCILIIUM
TRIDENT.

47. Non locus desertus, saccus pro veste, legumen pro cibo, neque jejunia, neque chamaniam simpliciter, monachum absolvunt. *De duplici martirio, cap. 14.*

48. Sumus habitus monachi, sed moribus crudeles; habitus humiles, et moribus pestiferi; habitus religiosi, et moribus exitiosi; habitus amici, et moribus inimici; habitus gratiosi, et moribus odiosi; habitus exercitatores seduli, moribus athletae ignavi; habitus sobrii, moribus praedones; habitus pudici, animo adulteri; habitus modesti, moribus vagabundi; habitus mitis, moribus arrogantes; habitus consolatores, moribus destructores; habitus consiliiarii, moribus obtractatores; habitus simplices, moribus duplices; habitus defensores, moribus proditores. *Adversus vitiosos viuentes.*

49. Monachus citra diligentiam ac patientiam, aut perfectionem religionis pervenire non poterit. *De recta vivendi ratione, cap. 45.*

50. Monachum non tonsura commendat, seu habitus: sed coeleste desiderium, divinumque vivendi institutum, quibus optima declaratur vita. *De Vita spirita, cap. 69.*

51. Bellum militum breve, sed monachi pugna, quoad usque emigret ad Dominum, durat. *De Adherti. ad pietatem.*

52. Fugere oportet monachum, et tacere, atque abstinere: fugere haereticos et homines perniciosos, tacere vestita, Deoque non placenta, abstinere a turbis rebusque mundanis. *Adhertat. 1.*

53. Considera habitum, quo indutus es, o monachus, et cerne quantum sit inter hunc, saeculari, et monachum. *De Virtute, cap. 9.*

54. Monachus strenuus, cruce Christi laqueos fugat diabolicos: monachus autem terrena sapiens ac spectans, omnibus est satanicus. *Ad Monachos, Parennes. 1.*

55. Qui cupit fieri monachus, nec potest contumelias, ac contemptus, et penas sufferre, nequit esse monachus. *De Humilit. comparanda, cap. 7.*

56. Vita monachorum Angelis similis, eorumque institutum divino mysterio plenum est. *De Perfect. monachi.*

57. Multis difficultatibus est exposita monachorum vita: nam si remissior sit, decipitur; si minus sincera sit, cito instar vini aqua mixti pervertitur; et accessus non amplius in pretio est, sed vilescit: non amplius usui, sed damno: nec oblectamento, sed nauseae. *Ibid.*

58. Multi habitus monachi, sed pauci certiores: tempore enim tentationis probatio aperit monachi. In prologo.

59. Melior est monachus pauper, vitam quietam

S. CYPRIAN.

S. EPHEM.

S. EUSEBIUS
CAESARIENSIS.GULIELMUS
TER ANGLO.

GLOSS. ORD.

S. GREGORIUS
MAGNUS.

RESYNERICA.

S. HIERONIMUS.

degens cum humilitate, quam dives monachus superbia et elatione animi tumens. *De Timore Dei.*

60. Monachus superbus, velut aquila, est abaque pennis: monachus humilis, levis et celer est cursor, et tanquam sagittarius jaculandi peritus. *Ibid.*

61. Monachus piger, nec sibi est utilis, nec proximo. *Ibid.*

62. Monachus id est unus: non decet monachum velle habere et nolle, nisi in non peccando. *Prose.*

63. Ideo sicut unum est nomen monachi, ita sit unum velle et unum nolle. *Epist. ad Demar. Pap. de Mort. S. Hieron.*

64. Monachus sine misericordia, navis est in medio pelagi undique perforata. *Ibid.*

65. Non vestimentis et ordine solum quis est monachus, sed vita: parum prodest differentem esse vestimentis a secularibus, et concordem vita. *Ibid.*

66. Nulla certe in mundo tam crudelis bestia, quam malus monachus. *Ibid.*

67. Monachorum est non colloquium, sed silentium: non questiones, sed quietem seclari. *Serm. 7, super Cant.*

68. Vari monachi sunt, qui omnibus mundi negotiis spretis, spirita subito protegente praemium aeternum districta vita, voluptate mortificata quaerunt: qui pompam mundi calcantes, humilia amplectentes, soli Deo placere cupiunt. *Super Num., cap. 1.*

69. Monachus, qui in terra possessiones quaerit, monachus non est. *Lib. 3, Dialogi, esp. 14.*

70. Quid est habitus monachi, nisi contemptus mundi? quomodo igitur mundum despiciunt, qui in monasterio positi, aurum quaerunt? *Lib. 10, in Registro, cap. 22, epist. 22, ad Joan. Subdiaconum.*

71. Monachus reverentiam sui habitus in actu, in locutione, in cogitatione semper circumspiciat, et ea quae mundi sunt perfecte deserat. *Prose.*

72. Quod attendit humana oculis habito, hoc ante Deo oculos, moribus pratendat. *Hom. 17, super Ezechi.*

73. Monachorum quidem species tenetur, multa vero sui sanctitatis habitus secularia aguntur. *Lib. 6, in Registro, ind. 15, cap. 453, epist. 29.*

74. Hic profecto verus est monachus, qui recte temperantiam diligit et hic vere temperans est, qui monachus est animo. *Centur. 2, sent. 57.*

75. Tu si monachus esse vis, non videri: habeto curam non rei familiaris (cui renuntiando hoc esse copisti), sed anime tuae. *Epist. 4, ad Rustic.*

Tom. III.

76. Quem monachum senseris tibi aut semper, aut crebro de mummis loquentem (excepta elemosyna, quae indifferenter omnibus patet) institerem potius habeto, quam monachum. *Epist. 43, ad Paulin.*

77. Ipsa ambilio videri et videre, salutari et salutare, laudare et detrahere, vel audire, vel proloqui, a proposito monachorum et quiete aliena sunt. *Epist. 47, ad Marcelian.*

78. Prima virtus monachi est contemnere hominum iudicia. *Epist. 20, ad Pammach.*

79. Noli inter saeculares esse monachus, et inter monachos saecularis. *Epist. 34, ad Julian.*

80. Parcat sibi, parcat mihi, parcat nomini christiano: monachus se esse non loquendo et discursando, sed tacendo et sedendo noverit. *Epist. 3, ad Domitianum.*

81. Monachus non doctoris, sed plangentis habet officium; qui vel se vel mundum lugeat, et Domini pavidius praestoleatur adventum. *Epist. 6, adversus Vigilant.*

82. Monachus in tantum castigator sui sit, ut etiam quae tuta sunt pertimescat. *Ibid.*

83. Monachus semper contemnat, quod semel contempsit: non questiones, sed quietem seclari. *Epist. 54, ad Ocean. de Vita clericor.*

84. Monachum solitudo facit, non publicum. *Epist. 54, ad Ocean. de Vita clericor.*

85. Monachus, qui non vigilet, sed dormit, non custodit se. *Super Psalm. lxxvi, vers. 4.*

86. Monachi dicuntur, et licet non simus quales esse debemus, tamen dicimur. *Super Psalm. cxxix, vers. penult.*

87. Si vis esse monachus curialis, laudas quod non debes, defendis quod non expedit, operaris quod non licet, loqueris quod non decet. *Lib. 2, de Claustr. animi, esp. 16.*

88. Sit honestas in habitu, mediocritas in victu, in claustris assiduis, ad curiam rari: ut non sint sturiales, sed claustrales. *Ibid., cap. 23.*

89. Is qui de saeculo ad monasterium aliquid de proprio attulit, remissior in labore, paratior in habitu, delicatior in victu, honoratior praeter ceteris esse vult. *Ibid., lib. 3, cap. 23.*

90. Si monachus est, quid facis in turba? si amas silentium, cur declamantibus assidue interesse desistas? tu semper jejuniis et flētibus insistere debes, et tu philosophari quaeris. *Prose.*

91. Simplicitas monachi, philosophia ejus est. Sed docere, inquis, alios volo. Non est tunc docere, sed plangere.

92. Si tamen doctor esse desideras, audi quid factus: vilitas habitus tui, et simplicitas vultus,

RUGO A. S.
VICTORE.

®

innocentia vita, et sanctitas conversationis tue necesse debent homines.

93. Melius fugiendo mundum doces, quam sequendo : considera ubi sis, et quid agere debeas, facile agnosces. Lib. 4, *Dilectio*, cap. 8.

94. Monacho qui libenter in curiis commoratur, non placet observantia regularis, neque vita claustralis. Super 4, *Regula*, cap. 9.

95. Derisor est monachus causidicus et litigiosus, qui exterius nominæ et habitu militat Deo, interius corde, ore, et opere militat diabolo. *Prolog.*

96. Qui mortuus est et litigat : qui sepultus, et discurrit ubique portans sudarium suum, quæ maior derisio ista? Super *Prolog.*, cap. 22.

97. Multi sunt, qui iam diu monachum gestaverunt, et adhuc non possunt parere. Super *Ecclesiasticum*, cap. 3.

98. Quando monachus incipit esse malus, nullus peior : quando bonus, nullus melior. Super *Apocalypsim*, cap. 2.

99. Monachum ut militem Christi in procieta semper belli positum, acineticis lumbis jugiter oportet necesse. De *Cenob. inst.*, lib. 1, de *Habitu*, cap. 2.

100. Vestis sit monachi, quæ corpus contegat tantum, et repellat nuditatis recrudendum, et frigora retundat injuriam : non quæ seminaris vanitatis, aut elationis enutriet. *Ibid.*, cap. 6.

101. Monachus spiritalia mella condere cupiens, velut apis prudentissima debet unanquamque virtutum ab his, qui eam familiariter possident delectare, et in sui pectoris vase diligenter recondere : nec quid minus aliquis habent discere, sed hoc tantum quid virtutis habent contemplari, studiosque decerpere. *Ibid.*, lib. 5, cap. 4.

102. Ita debet monachus jejuniis operam dare, quasi centum annis in corpore commoraturus : ita motus animi refrænare, et injuriarum obliuisci, tristitiasque respuere, dolores quoque ac detrimenta contemnere, tanquam quotidie moriturus. *Ibid.*, cap. 41.

103. Hæc est apud Ægyptum ab antiquis sancta sententia, operantem monachum demum uno pulsari otiosum vero innumeris spiritalibus devastari. *Ibid.*, lib. 10, cap. 23.

104. Probatur est sine opere manum nec in loco posse monachum perdurare, nec ad perfectionis culmen aliquando conscendere. *Ibid.*, cap. 24.

105. Cum monachus elatione cordis in perniciosissimum teporem notumque corruerit : nec verus monachus, nec secularis effectus est. *Ibid.*, lib. 12, cap. 30.

106. Monachus ad perfectionem tendens, et

agonem spiritalem legitime cupiens desertare, ab omni ira furorisque vitio alienus existat. *Ibid.*, lib. 8, cap. 5.

107. Omnis monachi finis, cordisque perfectio, ad jugum atque induratum orationis observantiam tendit, et (quantum humane fragilitati conceditur) ad immobilem tranquillitatem mentis, ac perpetuam nititur puritatem. Collat. 9, *Abbat. Isaac*, cap. 2.

108. Si comparare valueris quietem securitatemque monachorum, periculis et ærumnis quibus mundi hujus homines implicentur, paupertatis requiem, edacibus divitum tristitias, et pervigilibus curis, suavissimum jugum Christi omnique levissimum facile comprobabis. Collat. 24, *Abbat. Abraham*, cap. 25.

109. Monachi soli perpetuæ conjunctionis retinent unitatem, atque indiderito possident universa, qui omnia sua esse que fratrum, omnia fratrum credunt esse, que sua sunt. *Ibid.*, cap. 26.

110. Considerate monachi dignitatem vestram : Joannes princeps vestri est dogmatis, ipse monachus stultus ut natus est, in eremo vivit, in eremo nutritur, Christianique expectat in solitudine. *Hom. de Joan. Baptista*.

111. Monachi homines pauperes sunt, pallio et habitu nihil habentes vitios, videntes in paupertate, nihil esse apparentes. *Hom. 17, ad Populum Antiochæ*.

112. Idonea civitatis morum demonstratio, monachorum est testimonium. *Ibid.*

113. Monachorum certamen ingens, ad labor nullus est. Lib. de *Sacerd.*

114. Monachus, qui injuriarum servat in semetipso memoriam, aspis nidificans est, lethalis virus secum ubique circumferens. Gradu 9.

115. Pervigil monachus, fornicationis inimicus : somniculosus vero, contubernalis ejus est. *Ibid.*, gradu 19.

116. Monachus propriæ est animi omnia opinati elatione carens, immobilisque corporis sensitus : jugis excessus mentis, ac moror vitæ ; lux cordis, oculos jugiter irradians ; humilitatis abyssus, spiritum omnem præcipitans et suffocans. *Ibid.*, gradu 22.

117. Monachus simplex, rationale jumentum est obediens, quod omnis sum ductori suo perfecte deponit, trahentem sequitur ut vult, donec mactetur, contradicere non novit. *Ibid.*, grad. 24.

118. Monachorum quidem lux, angeli sunt : cunctiorum autem mortalium lux, monasticæ disciplina. *Ibid.*, grad. 26.

119. Qui suo arbitrio monasticam viam pergit,

cuamvis in omni mundana sapientia fuerit instructus, facillime perit. De *Sacerd.*

120. Verus monachus profecto non erit, qui tu monachus alteri monacho non sit per charitatem, se. *adjuvans. Ibid.*, grad. 27.

121. Patiens monachus autem monumentum mortuus est : sepulchrum enim cellulam suam fecit. *Ibid.*

122. Nulla vita fidelior, nulla simplicior, nulla felicior, quam eorum, qui in claustris fideliter degunt. Lib. 7, de *Nuptiis curial.*

123. Cappa non facit monachum, sed vita religiosa, et a mundi vanitatibus aliena. *Prolog.*

124. Qui autem cupiditatibus extenditur, qui mundi negotiis implicatur, qui divitiis acclatur atque honoris, monachi vocabulo indignus est. Lib. 3, de *Vir. illust. ord. S. Bened.*, cap. 338.

125. Si verus monachus esse desideras, fuge homines, ama secretum cellæ, otium vitæ, habito charitatem. *Ibid.*, cap. 339.

126. Vita vitæ monachi debet esse penitentialis, etiamsi culpis videatur esse immunis. *Ibid.*, in fine, etc.

127. Sic vivamus monachi, ut non timeamus mori : bona enim vitæ, non est morti obnoxia. *Ibid.*

128. Nostri monachi, eheu ! tunc se religiosos æstimant, si mundi divitiis studiosius intendant. *Prolog.*

129. Paucos nunc invenies, qui contemplationi vacent, qui orationibus insistant, qui divinis Scripturis invigilent.

130. Multi autem terrena sapiunt, divitiis querunt, honores ambiunt, solitudinem fugiunt, in urbibus conversantur. *Ibid.*, cap. 338.

131. Quid monastica vita in terra invenitur jucundius ? Monachi enim sancti cum apostolis non solum verbo, sed et exemplo predicant.

132. Cum martyribus corpora sua per abstinentiam macerant.

133. Cum Christi confessoribus Deo semper in orationibus confitentur.

134. Cum sanctis virginibus, mentis puritatem cum corporis castitate servant.

135. Cum angelis, Deum jugiter laudent : quia sive vigilent, sive dormiant, omnia ad laudem Dei faciunt. Lib. 1, de *Regim. claustral.*

136. Monachus puriori splendere debet conscientia : nihil quippe monachum decentius ornat, quam cor mundum et conscientia pura. Super *Prolog. regule S. Bened.*, cap. 2, text. 16.

137. Officium monachi est planetus et penitentia. In cap. 4 *Regule S. Bened.*, verbo *Monachorum*

138. Maxima virtus monachi, humilitas : et

maximum vitium ejusdem, superbia est. *Ibid.*, in cap. 2, verbo *Non*.

139. Pompa sæculi monachos non decet. *Ibid.*, verbo *Divitia*.

140. Quid est monachus delicias querens, nisi fomes delicti ? Vitam monachi abstinentia ornat, obedientia decorat, patientia approbat. *Ibid.*

141. Qui querulosus est, monachus non est. *Ibid.*, in cap. 4, verbo *Charitas*.

142. Sunt quatuor exercitia monachi : oratio, lectio, meditatio, Labor. Oratio mundat, lectio instruit, meditatio conservat, labor recreat. *Ibid.*, verbo *Sacras*.

143. Tais debet esse monachi vita, ut omnis actio ejus oratio sit. *Ibid.*, verbo *Hinc*.

144. Monachus loquax et clamorosus, instrumentum artis diabolicæ est. *Ibid.*, in cap. 7, gradu 11.

145. O quam bonum est monachum mori ! tunc nullus dolebit se fuisse monachum, quando poterit monachus mori. *Prolog.*

146. Ecce monachus vis mori, et non vis monachus vivere, cum vita mortem commendet, non mors vitam : qualis vis mori, talis vive. *Ibid.*, gradu 12.

147. Monachus, qui aliquid habet præter Christum, non potest esse perfectus. Lib. 1, homil. 1, ad *Monachos*.

148. Nihil certe homo monacho felicior, nihil laboriosius, nihil fortius. *Ibid.*, homil. 2.

149. Mox ut monachus de securitate præsumperit, jam sine dubio ad infernum tendit. *Ibid.*

150. Integritas observantia regularis abundantiam operum temporalium, sed paulatim divitiis monachorum, puritatem ordinis funditus exstinguunt. *Ibid.*, homil. 7.

151. Monachus, quia miles est regis æterni, nunquam debet esse otiosus. *Ibid.*

152. Qui verus est monachus, nec laudibus extollitur, nec vituperatione frangitur, non intumescit necessarium rerum affluentia, nec contrahitur paupertate, læta simul contentum et tristia. *Ibid.*, homil. 18.

153. Humilitas monachum facit, superbia destruit et corrumpit. *Ibid.*, homil. 19.

154. Monachus incontinentes, apostata est. *Ibid.*, homil. 21.

155. Nulla in ornatu monastico genama pretiosior obedientia et humilitate. *Orat. 1*, in conventu abbat. habita.

156. Via sine offuscatione, vita monachi est sine cupiditatibus et timoris impedimento. Lib. 3, de *Stimulo bono*, cap. 17, sent. 3.

157. Ille perfectus est monachus, qui hinc sacculo et corpore et corde discretus est. *Ibid.*, sent. 4.

158. Monachi adversa vitæ hujus appetunt, et

JOAN. SARENS.

JOAN. TRITH.

S. JOANNE CRIVSORE.

S. JOAN. CLAU.

S. HIBORUS HISPAL.

prospera continentur: ut dum ab eis hæc vita despicitur, futura inveniantur. *Ibid.*, sent. 5, etc.

159. Qui non rigida intentione monachi professionem sectantur, quanto superni amoris propositum dissolute appetunt, tanto proclivius ad mundi amorem denique reduntur. *Prose.*

160. Nam perfectio non perfecta, presentis vite repetit desideria: in quibus etiam mundum monachus se alligat opere, jam tamen alligat cogitationis amore.

161. Longe quippe a Deo est animus, cui hæc adhuc vita dulcis est: ipse enim quid de supernis appetat, quidve de infimis fugiat, nescit. *Ibid.*, cap. 20, sent. 1.

162. Summa virtus monachi, humilitas: summum vitium ejus, superbia est. *Ibid.*, cap. 19, sent. 1.

163. Tunc se quisque monachum judicat, quando se minimum existimaverit, etiam cum majora virtutum opera gesserit. *Ibid.*, etc.

164. Monachi, qui mundum deserunt, et tamen virtutes præceptorum sine cordis humilitate sequuntur, isti quasi de excelso gravius corruunt: quia deterior per virtutum elisionem delinuntur, quam per vitia prolehi poterunt. *Ibid.*, sent. 2.

165. Tales nequaquam monachi vocandi sunt, qui Deo sola professione, non actione conjunguntur. Lib. 2, de *Offic. Eccles.*, cap. 15.

166. Secessio monachum cupiditas, non est in urbibus ac tumultibus immoratio. Lib. 1, epist. 220, ad *Pelusiota monach.*

167. Si probus monachus fieri studet, ne tunc ipsius arbitrio vivas, ac mores tuos tibi uni probatos esse velis. *Ibid.*, epist. 260, ad *Lucan. monach.*

168. Nilum et existens et credere esse monachice vite studium, gravioribus ac periculosioribus, quam sint illi gladii, qui in sensum cadunt, spiritualibus telis undique cinctum. *Ibid.*, epist. 308, ad *Abraham.*

169. Monasticam vitam colere cupis? lingue celeritatem freno coercere. *Ibid.*, epist. 325, ad *Cyren.*

170. Monachus dicitur, vide ut vere sis quod dicitur, et opus fac monachi. In *Speculo monachorum.*

171. Nemo te decipiat, monacho, quod licet te servari, voluptatibus aut inani glorie servientem. Centuria 2 de *Charit.*, cap. 63.

172. Mundanorum officia, monachorum lapsus sunt: et monachorum officia, sunt lapsus mundanorum. *Prose.*

173. Mundanorum officia, sunt divilia, et gloria, et præfecturæ, et delicia, et corpus carnosum, numerosa liberorum soboles, et reliqua

hæc consequuntur; ad quos si monachus pervenerit, perit.

174. Officia autem, in quibus monacho elaborandum est, paupertas, ignorantia, imbecillitas, continentia, malorum tolerantia, et quæ his sunt similia: in quo si mundi studiosus et amans includerit, præter animi propositum, ingentem lapsum esse existimet. Centur. 3, de *Charit.*, cap. 84.

175. Beatus monachus, qui se omnium perijennus, id est abjectissimum reputat. *Parvus.*

176. Apud monachos autem, gula. Orat. 1, de *Gula.*

177. Monachus dives ac copiosus, onusta navis est, atque in tempestate facile pessum iens. *Ibid.*, orat. 3, de *Acorit.*

178. Monachus ita paratus esse debet, tanquam crastino die moriturus: ac non ita corpus delinire, tanquam diu victurus. Orat. 6, de *Acclit.*

179. Vir claustralis, vir compeditus. Serm. 50.

180. Pedes illoti, manus neglectæ, inculta carosus, quasi quedam anchora est monachi in ocella jugiter permanendi: accurata vero delicata corporis compositio, fomes est et occasio in publicum prodeundi. *Opuscul.* 12, cap. 25.

181. Apud sæculares absentis monachi auctoritas gravis est; si autem præsens affuerit, nullius judicatur esse momenti. *Opuscul.* 12, cap. 26.

182. Errat, qui condidit se simul et monachum esse, et curis deservire. *Prose.*

183. Quam male mercatur, qui monachorum presumpit claustra deserere, ut mundi valeat militiam bajulare! Undis erutus sanus est piscis: non ut sibi vivat, sed ut alios pascat. *Opuscul.* 36, cap. 1.

184. Heu! quam perniciosa res, spiritus contumax et litigiosus in monacho! *Opuscul.* 51, cap. 12.

185. Ordinem habitumque monachicum, secundum baptismum dicere sancti Patres non dubitaverunt. Lib. 8, de *Spiritu sancto.*, cap. 8.

186. Accelera, ut monachum te ostendas, in exteriorum hominem, sed interiorum ab affectionibus alienando. *Hecontand.* 3, sent. 22.

187. Si illi nec patrum sepelire licuit, ve his qui monasticæ professi, ad mundana regrediantur negotia. Super *Matth.*, cap. viii, in illud: *Sive mortuos sepelire mortuos, etc.*

188. Cito obedire, frequenter orare, devote meditari, diligenter laborare, libenter studere, discere vitare, solitudinem diligere, devotum faciant monachum. In *Hortulo robor.*, cap. 9.

189. Vere vita boni monachi crux est, et dux paradisi: inceptum est, retro abire non licet, nec relinquere oportet. Lib. 3, de *Imit. Chr.*, cap. 56, sect. 5.

IN VIT.
VATR.

190. Monachus si fidem habet, auro non indiget: si autem auro eget, fidem non habet, et servus Dei iste monachus non est. Lib. 1, in *Vita S. Joan. Eleazar.*, cap. 23.

191. Nefas est, ut monachum quis reprehendat in modo, vel in maximo, irreprehensibilis enim esse debet. Lib. 1, in *Vita S. Pachomii*, cap. 8, regul. 43.

192. Non docet monachum causa pecunias esse mercatorem, sed celestium honorum lucra mercantem. *Ibid.*, cap. 8, regul. 19.

193. Monachorum vita, angelicæ vite imitatio est. Lib. 1, in *Vita SS. Barlaam et Joseph.*, cap. 1.

194. Hoc vere monastici ordinis immus est, nunquam a spirituali opere vacum inveniri. *Ibid.*, cap. 38.

195. Nisi quis fuerit concalcatus, monachus esse non potest. Lib. 3, num. 86.

196. Ille vere est monachus, qui se in omnibus vincit. *Ibid.*, num. 87.

197. Vita monachi hæc est, scilicet opera, obedientia, meditatio, ut non judices, non obloquatur, non murmuret. Lib. 5, libello 1, num. 22.

198. Sicut leo terribilis est onagris, sic monachus probatus cogitationibus concupiscentiæ. Lib. 5, libel. 4, de *Continent.*, num. 65.

199. Monachus, qui non retinet linguam in tempore furoris, neque passionum corporalium relentor erit. *Ibid.*, num. 69, etc.

200. Monachus, qui querulosus est, monachus non est: qui iracundus est, monachus non est. Lib. 5, libello 10, de *Discret.*, num. 54.

201. Debet monachus totus oculus esse, sicut Cherubin et Seraphin. Lib. 5, libello 11, num. 7.

202. Nilil illi Deo monachos familiares efficit, ut pulchra et honesta, et gratissima castitas. Lib. 10, cap. 152.

203. Voluntaria paupertas; tribulatio cum patientia, et discretio, instrumenta sunt monachi. In *sent.*, sent. 8.

204. Si facta est monacho despectio quasi laus, et paupertas sicut divitiae, et curias sicut epulæ, nunquam moritur. *Ibid.*, sent. 23.

205. Oportet monachum cor forte habere ad singula, ut salvetur. *Ibid.*, sent. 71.

Vide etiam illi *Concordia*, sent. 6; *Concivium*, sent. 82; *Differencia*, sent. 49; *Dispensatio*, sent. 21; *Dormire*, sent. 25, 35, 46, 58; *Egredi*, fere per totum, *Evanesce*, sent. 114; *Familiaritas*, fere per totum, *Firmitas*, sent. 40; *Gloria vana*, sent. 477; *Hypocresis*, sent. 15; *Jejunium*, sent. 68; *Locus*, sent. 47; *Martyrium*, sent. 67; *Melitatio*, sent. 71, 73; *Monialis*, sent. 83; *Mortificatio*, 150; *Ornatus*, sent. 176; *Parentes*, sent. 138; *Pax*, sent. 119;

Pasiventia, sent. 272, 274; *Possessio*, sent. 44; *Proprietus*, fere per totum, *Regula*, sent. 1, 34; *Reverentia* in genere, sent. 29; *Res*, sent. 88; *Risus*, sent. 35; *Sacubus*, sent. 51; *Singularitas*, sent. 27; *Superbia*, sent. 67; *Tentatio*, sent. 275; *Tepiditas*, sent. 70; *Voluntas propria*, sent. 75, 77, 79, 81.

MONASTERIUM.

Etymologia. Monasterium dicitur, a *monos*, quod est unum: quia maxime debet ibi unitas reperiri. Part. 1, tit. 6, cap. 2, § 5.

Definitio et Differentia. Licet a nonnullis soleant indifferenter monasteria pro cenobiis appellari, tamen hoc interest, quod monasterium nomen est diversorum, nihil amplius quam locum, idest, habitaculum significans monachorum. *Prose.*

Cenobium vero etiam professionis ipsius qualitatem, disciplinamque designat.

Monasterium potest etiam unius monachi habitatio nominari: cenobium autem appellari non potest nisi ubi plurimorum cohabitantium degit unita communio. Collat. 48, *Abbat. Piamontis*, cap. 19, per totum.

SENTENTIE PATRUM.

1. In monasterio ubi minima districte custodiuntur, ibi vigor monachorum inviolabilis permanet, ibi pax inter fratres, et omnia conquiescunt: ubi vero minimi excessus negliguntur, ibi totus ordo paulatim dissipatur et destruitur. Epist. 6, ad *Monach. Cisterciens.*

2. Infelix et maledictum illud claustrum, in quo arbor hypocrisis et vanæ glorie plantatur, et concrevit. Serm. *Dominicæ 2 Adventus.*

3. In quocumque monasterio sunt scissurae charitatis, ibi is est in capitulo, dissolutio in choro, murmuratio in claustris, gula in refectorio, carnis petulantia in dormitorio. Serm. *Sezages.*

4. Simpliciter fateor, ex quo Deo servire cupi, quomodo difficile sum expertus melioris, quam qui in monasteriis professional: ita non sum expertus peioris, quam qui in monasteriis occiderunt. Epist. 137, ad *Cyren.*

5. Quantumlibet vigilet disciplina domus monachorum, homo sum et inter homines vivo: nec mihi arrogare audeo, ut domus mea melior sit, quam Arca Noe, ubi tamen inter octo homines, reprobus unus inventus est. *Prose.*

6. Aut melior sit quam domus Abraham, ubi dictum est: Ejice ancillam, et filium ejus.

7. Aut melior sit quam domus Isaac, cui de duobus geminis dictum est: Jacob dilexi, Esau odio habui.

8. Aut melior quam cohabitatio ipsius Domini

S. ANTONIN.

JOAN. CASS.

S. ANSELM.

S. ANTONIUS
DE PAUGA.

S. AUGUST.

UNIVERSITÄT
S. IMMO. PEL.

LEDOV.
BLOS.
S. MAXIMUS
MART.

S. MILLE.

PETRI. MIE.
S. PETRI
BAMIANI.

AUFERT. LE.

THALASSIS

THEOPHY.
LACTIC.

THOMAS A
KEMPES.

®

Christi, in qua undecim boni perdidit et furor
Judam toleraverant.

9. Aut melior est postremo, quam cœlum,
unde Angeli ceciderunt. Epist. 137, ad Clerum.

10. Nemo positus in monasterio frater, recedat
de monasterio * memento uxoris Loth, liberata
est a Sodomis, et in via posita retrorsum res-
pexit: ubi respexit, ibi remansit. Super Psalm.
lxxv, versu penultimo; *Venit et rediit.*

S. BERNARD.

11. Minus damnabilia est in seculo perire, quam
in monasterio. Serm. 2, de S. Michale.

12. Merito stigmis monasteria comparantur,
ubi quodammodo incurerati piscis evagandi non
habeant libertatem; qui videlicet parati sunt semper
ad epulas spirituales, vicentis anguli infra
se; quando veniet, qui me deferat? Serm. 1, de
S. Andrea.

13. In monasteriis omnes recipimus spem melio-
randi; ad curia bonos facile recipere magis quam
facere consovit. Lib. 4, de Considerat. ad Eugen.
pap.

14. Civitas parva et iuxta, id est, non a seculo,
in qua Loth ardente Sodoma salvatur, monasterio
est. Serm. de Virgini.

15. Non venisti ad monasterium ut divitias ter-
renas habeas, sed ut virtutes spirituales acquiras,
ut in simplicitate deo servias, ut in humilitate
deo placeas, et ut voluntati aliene obedias. Serm.
17, ad Sororem.

16. In monasterio est vita contemplativa, vita
sancta, vita spiritualis, vita celestis, vita quieta,
vita pacifica, vita tranquilla, vita angelica, vita
casta, vita perfecta, vita plena virtutibus, vita
sanctitatis. *Ibid.*, serm. 20.

S. CASSIARIUS

17. In monasterio servire venisti, non impe-
rare: obedi, potius quam jubere. Homil. 18.

ARELAT.

18. Monasterium vult portus quietis, et quasi
paradisus est. *Ibid.*, hom. 36.

S. CYRILLUS

HIEROSOL.

19. Quod aqua piscibus, hoc idem monachis
monasterium operatur. Epist. ad Aug. de miracu-
lis D. Hieron.

DIONYSIUS

CARTHUS.

20. Cœnobium est cœlum terronum: ideo sic
cum omni charitatis ardore, puritate ac reverentia:
sua religionis (quantum sibi possibile est) deo ser-
vire debet in monasterio cum omni custodia, rever-
entia, et fervore. De Profess. Monast., art. 19.

S. EPHEM.

21. Reclusi in claustro est sibi ipsi occasionem
recidendi, aditum quoque mundane vanitatis
amputare. De mortificat. viciorum, art. 5.

22. Beatum monasterium, quod a temperanti-
bus administratur. Vix autem monasterio, quod
ab intemperantibus regitur: nam monasterium
desolabitur ob ignaviam administrantium. De viti-
tut., cap. 1.

23. Magnum in monasterio periculum est pue-
lorum, nisi regatur atque instituitur. De lineare
Dei.

24. Ægyptiorum monasteria hunc morem tenent,
ut nullum absque operis labore suscipiant,
non tam propter victus necessitatem, quam propter
anime salutem. Epist. 4, ad Rustic.

25. Prepositum monasterii lineas ut domi-
num, diligas ut patrem in monasterio, ut clericus
esse merearis. *Ibid.*

26. Na age et vive in monasterio, ut clericus
esse merearis. *Ibid.*

27. Quod inter seculi homines vel leve putatur,
vel nihil, hoc in monasteriis gravissimum delictum
est. Epist. 27, ad Eustochium.

28. Hæc obvaria religiosis facit, hæc mona-
chæ: sine hæc monasteria sunt tartara, habitato-
res sunt demones: cum hæc vero sunt paradisi
in terris, et in ois degentes sunt Angeli. In Re-
gula monachorum, cap. 1, de Charitate.

29. In monasteriis sicut unum propositum,
unus et animus est. Super Psalm. cxxxv, vers. 1,
Ecce quam bonum, etc.

30. In monasteriis, et maxime in cœnobis rixæ
esse solent: non erubescimus, non dolemus.
Provec.

31. Dimisimus patres, dimisimus matres, di-
misimus fratres, dimisimus sorores, dimisimus
uxores, dimisimus filios, dimisimus patrias nes-
tras, dimisimus domos: venimus in monaste-
rium, et propter hæc dimisimus omnia, et propter
rem frivolum cum fratribus rixam facimus in
monasterio.

32. Dimisimus possessionem, dimisimus patri-
am, dimisimus seculum, et propter calarnum
rixam facimus in monasterio. Super Psalm. cxxix,
vers. ultimo. Cum his qui aderunt pacem, etc.

33. Si superbis Angelis non fuit utile cœlum,
constat quia superbis religiosis non est utile mo-
nasterium. Super Regul. D. August., cap. 2.

34. Utilia sunt humilibus monasteria. *Ibid.*

35. Monachi faciunt sibi claustra, quibus homo
exterior tenet possit: sed utinam claustra fite-
rent, quibus homo interior custodit tenetur. *Ibid.*
Lib. 1, de Claustro animæ, cap. 1.

36. Tutius est claustrum, quam castrum. Lib.
1, de Claustro animæ, cap. 11.

37. Locus aliquando placet, aliquando displi-
cet: placet quibusdam, non quia abundat fru-
tibus, sed piscibus: placet, quia abundat fabulis;
placet, quia cuncta possidet. *Ibid.*, lib. 2,
cap. 43.

38. Claustrum carcer est spontaneus, clericor-
um locus quietus: securum efficit de externis,
lectum de internis, certum de æternis: si corpus

S. HIERON.

S. JOHANNES

CHRYSOST.

IUSO A S.

VICTORE.

NONN.

TITUS.

compeschi, tamen mentem exhilarat. Lib. 4, de
Propriet. rerum, cap. 3.

39. Edificia fratrum non superflua sint, sed
humilia: non voluptuosa, sed honesta. Lib. 2,
de Claustro animæ, cap. 4.

40. Quot sunt claustra religiosorum, tot sunt
greges ovium Christi: tuius autem est ovem
esse in grege, et humilium in conventu, quam
singularem; quia dispersas, et singulares oves lu-
pus rapit, et ad dispergendum eas semper labo-
rat. Super Psalm. lxxvii.

41. Claustrum est domus sapientiæ, cujus fun-
damentum est paupertas, parietes obedientia et
continentia, altitudo humilitas, tectum vero est
amator fraternitatis. Provec.

42. Septem columnæ sunt septem observantia
regularæ, sc. cibi ariditas, vestis austeritas, jeju-
nium continuatum, vigiliarum protractio, ma-
num labor, disciplina rigor et orationum instan-
tia. Super Prov., cap. 9.

43. Qui servit in monasterio Christo, Impera-
tori suo servit, signatus est cæterio regis sui.
Habet solum jejunium, habet galeam fidem,
habet gladium sermonem Dei, habet loriceam vesti-
mentum Jesum in baptisate. Homil. 18, ex
Dionys. in Math.

44. Vere domus luctus monasteria sunt, ubi
cibus atque cilicium, ubi solitudo, ubi risus nul-
lus, nullus negotiorum secularium strepitus, ubi
jejeria, ubi terrenorum duciæ lectorum, ubi
munda sunt omnia. Provec.

45. Nullus ibi niloribus locus, absunt precal
sanguinis rivus, perturbationes, curæ, tumultus:
tranquillo in portu ibi navigant monachi, ac ve-
luti luminaria sunt, sublimi de loco navigantium
fulgore suo fieri asperientes.

46. Mundus est locus ille, alta ibi quiete atque
silentium est: motus et tuum inde prorsus eli-
minatum est.

47. Neque vero nudos illic dormire fas est:
fide ubi resurrexere, divinis laudibus in choro
constituito instant, hymnosque propheticos canunt
magno suavique concentu, et cantibus numero-
sis: non flautia, non cithara, non ullum aliud
instrumentum musicum sustinentes: sed illorum
sanctæ convenientissimum sunt, et amore Dei,
divinarumque rerum studium spirant. Homil. 44,
super I Tim.

48. Sicut a terra in cœlum, sic est ad viri
sancti confugere monasterium. Homil. 59, ad
Popul. Antioch.

49. Difficile ad monasterium convertitur,
quem blandiens seculi fortuna semel tenuerit in
sua potestate. Epist. 44, ad Nicol. presbyt. Morn-
cen.

50. Villa sano longe remota debet esse a mo-
nasterio, ne vicinitas posita, aut labis inferat pec-
ciculum, aut famam indicia dignitatis in Regula
monachorum, cap. 1.

S. ISID. HISP.

51. Deo inspirante erecta sunt monasteria, et
cenobia constructa: ut in illis sperto lethali
luxu carnalium voluptatum, atque abdicato usu
temporalium cupiditatum, mentes aptius contra
se, et ferventius contra vitia dimicarent. De dis-
cipl. monast., cap. 1.

S. LAURENT.

JUSTIN.

52. Non minus vituperabile, quam ridiculosum
est, mundo solo corpore, et hominum aspectibus
renuntiasse, atque in monasterio otiosam ducere
vitam. Provec.

53. Non autem potest te esse securum, quia
ad monasterium confugisti: quid prodest acqui-
ris evasisse procellas, et in portu præ negligentia
periclitari? *Ibid.*, cap. 7.

54. Claustrum est, hortus conclusus, paradysus
deliciarum, thalamus nuptialis, cubile immacula-
tum, virtutum schola, tabernaculum federis, rec-
linatorium sponsi, bellatorum statio, sanclitatis
domus, castitatis custos, pudicitia firmamentum,
religionis magisterium, obedientia sanctæ specu-
lum. De Obsequi., esp. 48.

55. Quid aliud monasteria, quam robustorum
virorum adversus scilpso dimicantium nuncupa-
verim castra? *Ibid.*, cap. 19.

56. In monasteriis contra malignos spiritus
implacabile geritur bellum: ibi virtutum germi-
nantium eradicanlur sentes, ibi virtutum omnium
institutio patet: non tamen in cunctis reperitur
monasteria, sed solum in illis, in quibus sacre
religionis perbentur vota. Provec.

57. Sunt quippe multa cœnobia, que non sanc-
torum habitacula, sed latronum sunt dicanda spe-
lunca, spectacula dæmonum, et officinae viti-
rum. *Ibid.*

58. Claustrum semel ingressus, clausisti te, et
Christi vinculis alligasti: clausisti sane et alli-
gasti te per obedientie jugum, per discipline ob-
servantiam, per timoris et reverentie ligaturam.
Epist. 13, ad Monach. Novit.

PETR. BRES.

59. Video in claustris celestes homines, aut
potius angelos terrestres: quorum conversatio
est in cœlis, qui quidam nobili superbia despi-
ciunt honores et divitias hujus mundi. *Ibid.*,
epist. 102, ad Radinyens. Abbat.

60. Habes in claustrum secretum solitudinis, lo-
cum penitentium, pacem animæ, contemplationis
arcum, gaudium in Spiritu sancto, consilium in
hesitatione, in tentatione remedium, in omnibus
sufflex beneficium medicum. *Ibid.*, Invectionis contra
deprecat.

61. Ibi virtutum schola est, summus ibi mo-

destine usus, morum regularitas, legendi libertas, fraternitatis affectio, omnium communicatio.

62. In disciplina vigor, lex obedientiæ, vinculum charitatis, et mutua obsequia. *Ibid.*

6. PETRUS
DAMIANUS.

63. Vere claustrum paradisi est: hic præta virentia scripturarum, præstiffuena lacrymarum uisidiosa, quam de purissimis affectibus amor ille celestis eliquat. *Serm. 49, de S. Nicolo.*

64. Claustrum monasterii, vinarium est animarum. *Opusc. 52, cap. 2.*

Vide etiam in *Egredi, sent. 83, 85, 86; Paradisus, sent. 40, 41; Simonia, sent. 94.*

MONIALIS.

6. INNOCENTIIUS.

Definitio. Monialis est, que professæ est se velle vivere secundum regulam beati Benedicti, vel beati Basilii, aut Augustini, aut aliorum. Et habetur in *Decretis Gratiani, part. 2, causa 18, quest. 2, can. Perniciosum.*

SENTENTIA PATRUM.

6. AMBROSIIUS.

1. Pulchritudinem que potest majorem existimare decore ejus, que amat a rege, probatur a iudice, dicatur Domino, consecratur Deo? *Lib. 1, de Virg.*

2. Aliunt plerique, maturioris ætatis virgines esse volandas, neque ego abno sacerdotis esse cautionis debere, ut non temere puella velotur. *Prose.*

3. Spectet plane, spectet ætatem sacerdos, sed fidei vel pudoris.

4. Spectet et maturitatem verecundie, examinet gravitatis caritatem, morum sanctam, pudicitie annos, animos castitatis. *Lib. 3, de Virg.*

6. ATHANASIIUS
MAGNUS.

5. Viri virgini, que non subest regula, est enim tanquam navis gubernatione destituta; rupto siquidem cacumine mali jactatur a fluctibus horum illorum (cum ducem non habeat) donec offendat in scopulis, et statim pereat. *Prose.*

6. Contra, bestia est virgo, que sub regula est: est enim tanquam vitis fecunda in horto, ad quam veniens cultor ejus, palmites ipsius putat, illamque irrigat, et putridas herbas circumcirca evellit. *De Virg.*

6. AUGUSTINUS.

7. Sacrate virginitati nuptias coequare, non hoc Christiani, sed Joviniani est. In *Enchiridion, cap. 68.*

8. Virginali et viduali continentia expellita et electa, et voti debito oblata, jam non solum capessere nuptias, sed etiam non nubatur, nubere velle damnable est. *De bono viduæ, cap. 9.*

9. Si vel spernentibus vel tardantibus sponsis, vel peregrinantibus maritis, carnis concupiscentia potuit contineri, ne stuprum aut adulte-

rium committeretur; cur contineri non potest, ne sacrilegium committatur? *Prose.*

10. Si repressa est, cum foret dilata: cur non oppugnat, cum frigerit amputata?

11. Plus ardentem ferunt libidinem, que non desperant ejusdem voluptatem: que autem inuptiarum castitatem Deo vovent, ipsam spem subtrahunt, que fomes amoris est. *De bono viduæ, cap. 29.*

12. Non ipsa, quia virginitas est, sed quia Deo dicata est, honoratur. *De sancta Virginitate, cap. 8.*

13. Pergite, puellæ, pergite perseveranter in finem: laudate Dominum dulcissimum, quem cogitatis uberius: sperate felicissimum, cui servitis instantius: amate ardentius, cui placetis attentius. *Ibid., cap. 27.*

14. Gaudium est virginum Christi de Christo, in Christum, cum Christo, post Christum, per Christum, propter Christum. *Prose.*

15. Gaudia propria sunt virginum Christi: non sunt eadem non virginum, quamvis Christi. *Ibid.*

16. Hæ, quas ponit professionis, nubere vult: et ideo non nubunt, quis impune non possunt. *Ibid., tract. 34.*

17. Virgo est castimonialis, jam dicata Deo, habens cetera que vere ornant ipsam virginitatem, et sine quibus ipsa virginitas turpis est; quid prodest si sit corpore integra, mente corrupta? *Super Psal. lxxv, versu penultimo. Veste et reddite.*

18. Aliter professio virtutis, aliter debet ritum tenere vivendi. *De Templo Salomonis, cap. 7.*

19. Ut quid hæcenus Nonna et sanctimonialis vocata es, que sub sanctitatis nomine, non tamen sancte conversaris? *Prose.*

20. Cur velum in capite mentitur reverentiam, et sub velo petulant oculis exhibet impudentiam?

21. Caput geris velatum, sed elatum: sub siquo verecundie sermo resonat irverecundias; risus immoderatus, incensus lascivior, vestis ornatio, uni inflata magis quam velate conveniunt. *Epist. 11, ad Sanctimonialiem quendam.*

22. Sanctimonialis que cum Christo desiderat intrare ad nuptias, non debet hominibus duri sudariola, pectines, corrigias vel specula, aut fascias. *Serm. 61, ad Sororem.*

23. Sanctimonialis que cum hominibus in vanis delectatur, magna vanitate decipitur, et siquid demonstrat æretricitis. *Ibid.*

24. Si in mente mentitur reverentiam, et siquid demonstrat æretricitis. *Ibid.*

25. Mens casta et religiosa non desiderat a se-

V. BEGA

S. BERNARDI

S. BONAV.

enlaribus amicis accipere dona, sed a Christo, pro ejus amore contempsit omnia terrena dona. *Ibid.*

26. Sanctimonialis que Christum perfecte diligit, amplius adultæ sciam amore non recipit, id est, non amplius in malo homines diligit. *Ibid.*

27. Sanctimonialis que Christum perfecte diligit, delectabilia et superflua dona ab hominibus non recipit, quia Christum omnibus donis antepouit. *Ibid.*

28. Cum sis Christo desponsata, si ante oculos hominum vis apparere, non es casta, sed adultera. *Ibid., serm. 64.*

29. Sanctimonialis femina, que cum viro sola loqui desiderat, stultitia in mente ejus regnat. *Ibid., serm. 59.*

30. Religiosa femina, que plus diligit hominem quam Christum, non est casta, sed adultera: que Christum contemnit, cui fuerat desponsata. *Ibid., serm. 61.*

31. Nilil prodest corpus velare, et mentem vitiorum portulis maculare. *Prose.*

32. Quid prodest nigris vestibus indui, et a detractione linguam non colibere? *Lib. 1. Phœbeæ, cap. 37.*

33. In monasterio posite non otio torpescant, non detractionibus, non obscenis confabulationibus incumbant: sed aut psalmodiarum modulationibus, aut manuum operationibus insistant. *Ibid.*

34. Minores nata eas, que provecæ sunt ætatis, obsequio sanctitatis venerentur. *Ibid.*

35. Provecæ annis, juniores dicti et exemplis ad bene vivendum informant. *Prose.*

36. Nobiles genere nequaquam ignobilibus se præferant: quia personarum acceptor non est Deus. *Ibid.*

37. Religiosam quampliam non oportet, non decet, non expedit parentum suorum multis obligationibus implicari, aut quorumlibet extraneorum perniciosis familiaritate constringi. *Ibid.*

38. Pomposa vestimenta, que non utilitati, sed vanitati serviunt, fastidite atque contemnite, virgines, Christi sponse. *Prose.*

39. Multas quæ in moribus diligunt, hoc est in vestibus et in operibus suis ostendant. *Ibid.*

40. Computari jam non potes inter puellas et virgines Christi, que sic vivis, ut possis adamari. *De Discip. et habitis Virginitatis, cap. 5.*

41. Vince vestem, que virgo es, que Deo servas: vince aurum, que carnem vincis et seculum. *Ibid., cap. 9.*

42. Servate, virgines, servate quod esse copulatis, servate quod eritis: magna vos merces manet, præmium grande virtutis, munus maximum castitatis. *Ibid.*

43. Pejus est quam mechari, continentiam docere criminosa, et ineficem ferre sanctimonialiam. *De Singular. clerie., cap. 5.*

44. Religiosæ personæ impatientes, contentiosæ, discordes, et proximas suis non ignoscunt; non religiosam, sed diabolum ducunt vitium: nec dignas sunt passio Christi vocari, sed adultæ sunt diaboli. *Prose.*

45. Et que per impie voluntatis conformitatem, ac prave mentis consensum, cum diabolo spiritualiter fornicantur, adulteræ sunt diaboli. *De profess. monast., art. 2.*

46. Si queratur cui monialis magis obedire teneatur, mæ abbatissæ, seu matri spirituali, an confessori? Respondetur quod quantum ad ecclesiasticam sacramenta, magis obedire tenetur rectori et confessori: in his vero que ad observantiam pertinent regularem, magis adstricta est matri spirituali, cui et obedientiam vovit. *Ibid., art. 14.*

47. Moniales jubentur et obligantur esse recusas, ut omnis occasio incontinentiæ eis penitus auferatur, et tanto purius ac libentius serviant et inhereant sponso celesti, quanto plus separatas sunt ab humanis aspectibus ac mundanis consortiis. *Prose.*

48. Non est dubium quin religiosæ personæ suam claustrum fideliter conservantes tanto jucundius post hæc vitam volabunt pro longitudinem latitudinemque celi empyrei, quanto nunc propter Deum in strictiori se continent loco.

49. Parum aut nihil confert claustra exterior corporalis, nisi mens clausa sit a cogitationibus vanis et vilibus, ab imaginationibus fœdis, a vitiosis affectibus, ab inquietudine passionum, a sollicitudine mundanorum, a secularibus occupationibus, curiositatibus, fabulationibus, atque vesiculi rumoribus. *Ibid., art. 15.*

50. Speciali modo puellæ et femina religionem ingressæ, continentiamque professæ, dicende sunt Christi sponse, quantum sponso immortalis casto corpore porrigere corde semper adherere valeant. *De Mortificatione vitiosæ, art. 14.*

51. Refrenatio lingue tanto plus necessaria est monialibus, quanto committere solent esse magis pronæ ad loquacitatem. *De Perfecto spirit., art. 5.*

52. Felix est anima illa, que dum in congregatione versatur, multorum est gaudium, et plurimum ex ea odilicatur, vel illuminatur. *Romil. 7, ad Monachos.*

53. Dilectio claustrum quasi murus est, autem regularis districtio: illa cogitationes sanctas in affectus dulces includit, hæc occasiones delinquendi repellit et excludit. *Prose.*

54. Ille murus gratus est, autem naturalis necessa-

6. BONAVENTURA
CANTUENSIS.

6. BERNARDUS
S. BERNARDIUS.

6. HILDEBRANDUS
TUS ANO.

rins : ille te coelestes inter delicias claudit, iste proseribit mundanas.

55. Si tibi votivum est cor tuum, velut hortum deliciarum prestare Christo, non egre laras hoc antemurali si occludaris.

56. Delicias perdere vult, quas habet (si tamen habet) qui de munitione claustrum submurmurat.

57. Hortus nescit esse, qui non vult esse conclusus. Serm. 25, super Cant., apud D. Bernard.

58. Montales velle non habent; quod mulierum ab iustitia nequissimi hostis (qui rapinam meditatur) inducit. In *Deseretis Grauium*.

59. Virgo in monasterio inter virginum choros vivat angelice, sit in carne sine carnis, omne hominum genus sui simile putat. Epist. 7, ad Letam.

60. Solent miseri parentes, et non plene fidei christiani, deformes et aliquo membro debiles filias virginum tradere; et que religiosiores abii videntur, pauro sumpto (et qui vix ad alimenta sufficientia eis dato, omnem sensum secularibus liberis largiuntur. *Ibid.*, epist. 8, ad Demetriad.

61. Contra naturam, immo ultra naturam est, nec exercere quod mala eis interfecere in te radicem tuam, et sola virginibus poma decerpere; nescire thorum, omnem virorum horreum contactum, et in corpore vivere sine corpore. *Ibid.*

62. Montalis jejunia pro ludo habet, orationem pro deliciis. Epist. 10, ad Furium.

 121. Qui considerat qualis erit in morte, semper sit timidus in operatione: aliquid unde in oculis suis jam quasi non vivit, inde veraciter in oculis sui Conditoris vivit. *Ibid.*, lib. 13, cap. 40, super illud *Job 47: Dies mei breviantur.*
 122. Perfecta vita est mortis meditatio, quam cum justis sollicitè peragunt, culpamur laqueos evadunt. *Ibid.*
 123. Mors justorum, bonis est in adiutorium, malis in testimonium: ut inde perversi sine excusatione pereant, unde electi exemplum capiunt ut vivant. *Homil. 35, super Evang.*
 124. Cogitandum valde est, quantum erit terribilis resolutionis hora, quia parvo mentis, quanta tunc omnium malorum memoria, que oblivio transectæ felicitatis, que formido et consideratio judicis. *Ibid.*, hom. 39.
 125. Plerumque genus mortis, in alterius mortis consideratione levamen est. *Lib. 8, in regit.*, indic. 3, cap. 14, *epist. 14, ad Domitian. episc. Carthagin.*
 126. Nihil homini facilius est quam mori: quot enim bellum consumpsit, terra motus absorpsit, aut mare hausit, aut ferra rapuit, aut

BOETIUS.

S. BONA.

CYPRIAN.

S. BASILIIUS.

S. EPHESEN.

S. EUSEBIUS.

S. EUSEBIUS.

S. GREGORIUS.

S. EUSEBIUS.

EMISENOR.

S. FULGENTI.

GLOS. ORD.

S. GREGORIUS.

MAGNUS.

S. GREGORIUS.

NAX.

S. GREGORIUS.

NAX.

agritudo perdidit, ut mica strangulavit vilissimam
Orat. 3, de S. Leuoca.

S. GREGOR.
TAUMAY.

127. Nulla ras omnino et astuta invenitur,
qua mortis tempus repellat, ac velut exceptione
submoveat. Super *Ecclesiasten*, cap. 8.

HESTYCHUS.

128. Optimus corporis et animo pedagogus est,
inadebilis memoria mortis. Centuri, 1, sent. 94.

S. HIERO-
NYM.

129. O mors! quae fratres dividis, et amore so-
ciatos, crudelis ac dura, dissocias. Epist. 3, ad He-
liodor.

130. Platonis sententia est, omnem sapientiam
vilam meditationem esse mortis. *Prose.*

131. Debemus igitur et nos animo praemeditari,
quod aliquando futuri sumus, et quod velimus
nolimus, abesse longius non potest. Epist. 3, ad
Heliodor.

132. Aliud est conari, aliud agere, aliud vivere
moriturum, aliud mori victurum: ille moriturus
est ex gloria, iste moriturus semper ad gloriam. *Ibid.*

133. Sentis ne quando robustus getas, quando
senex factus sis? quotidie morimur, quotidie com-
mutamur, et tamen aeternus nos esse credimus.
Prose.

134. Hoc ipsum quod dico, quod scribo, quod
relego, quod emendo, de vita mea tollitur: quot
puncta notari, tot meorum damnata sunt tempo-
rum. *Ibid.*

135. Juvenis quidem potest cito mori; sed se-
nex diu vivere non potest. Epist. 16, ad Princi-
pian.

136. Sciatis omnes homines Christo deditum
posse mori, non posse superari. Epist. 52, de Vita
Methei.

137. Multo gravior expectata, quam illata mors
est. *Ibid.*

138. Qui se recordatur quotidie esse moriturum,
contemnit praesentia, et ad futura festinat.
Epist. 17, ad Cyprian.

S. HILARIUS.

139. Cum pro Christo mori sit vita, quid ipse
in mortis sacramento debuisse existimandus est,
qui pro se morientibus vitam reponit? Lib. 10,
de Trinit.

DIEGO A. S.
VICTORE.

140. Tres sunt nummi mortis: casus, infirmitas,
senectus; casus dubius, infirmitas gravis; senec-
tus certa denuntiavit casus mortem denuntiat in-
tentem; infirmitas appetentem; senectus praesen-
tem. Lib. 2, de Claustro antea, cap. 15.

141. Mors nullius miseretur, nulli compatitur,
omnibus sequitur, insperata venit, nulli parci,
corpus et anima separata, finis est laborum.
Lib. 4, de Propriet. rer., cap. 11.

HUGO CARD.

142. Triplex est mors, naturae, culpae, et gra-
tiae: in prima moritur caro, in secunda moritur
animus, in tertia moritur totus homo. *Prose.*

143. Prima separat animam a carne, secunda

dividit gratiam a mente, tertia sejungit totum homi-
nem a curis saeculi.

144. Prima est omnium, secunda malorum,
tertia bonorum.

145. Mortui prima morio sepeliuntur in mundo,
secundi in inferno, tertii in coelo. Super *Gen.*,
cap. 23.

146. Juvenes mortem habent a tergo, et senes
ante oculos. *Ibid.*, cap. 27.

147. Mors nulli parci, omnia domat, a nemine
superatur, dilectos separat, et ab omnibus time-
tur. Super *lib. Judic.*, cap. 16.

148. Homo non tam cito incipit vivere, quam
incipit mori. Super *Psalm.* lxxxix.

149. Mors nihil aliud est, quam exitus de car-
cere, finis exilii, laboria consummatio, ad por-
tum applicatio, peregrinationis finitio, oneris gra-
vissimi, scilicet corporis, depositio, de equo fu-
rioso, id est de carne, descensio, de ruina domo
liberatio, omnium agritudinum terminatio, om-
nium periculorum evasio, omnium malorum
consumptio, omnium vinculorum disruptio, de-
biti naturalis solutio, reditus ad patriam, in-
gressus ad gloriam. Super *Ecclesiasten*, cap. 7.

150. Mortis modus est subitus et imperceptibilis,
nihilque certus est mortis: hora autem mor-
tis ac loco et modo nihil incertius. *Prose.*

151. Nescit enim homo finem suum, nec quan-
tum ad tempus, nec quantum ad locum, nec quan-
tum ad modum. Lib. 5, *Contemplat. de morte*,
cap. 3.

152. Nihil tam revocat a peccato, quam fre-
quens mortis cogitatio. *Ibid.*, cap. 4.

153. Nihil tantum valet ad domanda desideria,
quantum cogitare qualis sit ipsa futura mors.
Ibid., cap. 4.

154. Praevidenda est mors, ne preoccupemur:
honorum, ut ad bonum animemur; malorum,
ut in nostris affectibus temperemur. *Prose.*

155. Si enim mortem cogitando praevideamus,
minus sua perensio, cum ipsa venerit, nos gra-
vabit. *Ibid.*, cap. 5.

156. Lucrum est mori homini, qui bona morte
moritur: nam per bonam mortem committit ho-
mo timorem in securitatem. *Ibid.*, cap. 6.

157. Semper moritur, semper ultimus dies
primus et nunquam primus, dies ultimus depu-
latur, cum tamen semper ita vivere debeat, tan-
quam mori semper oporteat. *Prose.*

158. Tempus praesentis et mors appropinquat:
semper enim futura nascuntur, semper presen-
tia moriuntur: et quidquid est praeteritum, est
mortuum totum.

159. Morimur ergo, dum vivimus semper; et

tunc tantum desinimus mori, cum desinimus vi-
vere.

160. Melius est ergo mori vite, quam vivere
morti: quia nihil est vita mortalis, nisi mors vi-
vens.

161. Vita velociter fugit, et retineri non potest:
mors autem instanter occurrit, et impediri non
valet.

162. Hoc est ergo illud mirabile, quia quanto
plus crescit, tanto magis decrecit: quia quanto
plus vita procedit, tanto magis ad finem accedit.
Lib. 4, de *Contemptu mundi*, cap. 29.

JOAN. CASS.

163. Necessitati subitus mortis, vana spes im-
mature non prejudicat aetatis: quippe qua in-
fantes, pueros, adolescentes, pari ut senes sorte
praecipit. Collat. 21, *Abbat Theona*, cap. 8.

S. JOANNES
CHRYSTOST.

164. Est mors his, qui bene vivunt, translatio
quaedam ad meliorem, a momentanea vita ad per-
petuam et immortalem, finemque non habentem.
Hom. 26, super *Gen.*

165. Mors nihil est, quam somnus et peregrina-
tio et transmigratione a deterioribus ad meliorem.
Ibid., homil. 45.

166. Qui in peccatis moritur, miser est: etiamsi
super lectum, etiamsi praesentibus amicus omni-
bus spiritum exhalet, semper miser est. *Prose.*

167. Etiamsi domi suae quisquam moriatur, et
uxore et filiis praesentibus, et familiaribus et no-
tis abstulibus, virtute autem careat, mala hujus
mors est.

168. Etsi in aliena terra est, etsi humi jacens,
etiamsi in latrone incidat, etiamsi a bestia devo-
retur; virtute autem praeditus sit, preciosa ejus
mors erit. *Ibid.*, hom. 66.

169. Multo melius est mortem omnino despice-
re, quam eam effugere. Hom. 35, super *Math.*
Oyer. perfect.

170. Poena mortis quanto major fuerit, tanto
illustriorem reddat patientem. *Ibid.*

171. Mori non est malum, sed male mori pessi-
mum. *Ibid.*, hom. 30.

172. Sunt multi homines sic electi, quasi nun-
quam morituri. Hom. 47, super *Acta Apost.*

173. Mors requies est, studiorum et curarum ad
viam persequentium vacuitas. Hom. 1, in *dicturn*
Apost. De dormientibus nolo vos, etc.

174. Mortis tyrannus, et mors revera est illa,
quando nunquam permittitur mortuus ad vitam
reverti: quando vero post mortem vivendum erit,
et vitam meliorem, non est mors illa, sed dormi-
tio. Hom. 17, super *Epist. ad Hebr.*

175. Nihil aliud est mors, quam somnus, et
migratio, et translatio, et requies, et tranquillitas
portus, et perturbationis liberatio, et a vitiis curis
absolutio. Hom. 7, ad *populum Aniochenum*.

176. Mors indifferens est, et media. Non enim
malum est mors, sed malum, si mortuus tormen-
tis tradatur: neque est bonum mors, sed bonum,
si definitus saeculo cum Domino vivat. *Ibid.*,
hom. 69.

177. Mors tranquillius est portus, vita praesens
plena malis. *Ibid.*

178. Memoria mortis fecum semper quiescat,
tecumque simul evigilet. Grad. 45.

S. JOAN. CL.

179. Mortis meditatio est continentiae mater,
pudicitiae adjutrix, solitudinis quies, incentivorum
contractio vitiorum, cogitationum turpium adver-
satrix, contritio animae. *Ibid.*, grad. 26.

180. Cogitare debes, si jam mori deberes
et occumbere, anne istud faceres, et an auderes
mori in eo in quo te sentis statum? *De sanctima-
nialib.*

JOAN. GRES.

181. Periculosum est in tali statu vivere, in
quo quis mori non velit. In cap. 4 *Regul. S. Ben-
ned.*, verbo *fra.*

JOAN.

182. Qualis vis mori, talis vivo: qualis vis in-
veniri in morte, talis esto in vita: nec in eo statum
vivere praesumas, in quo mori non audes. *Ibid.*,
in caput 7, gradu 12.

JOAN.

TRITII.

183. Scitote, quis mors quotidie properat, et
singulis momentis pars vite non amplius rever-
sura extinguitur. Lib. 4, hom. 7, ad *Monachos*.

184. Qualis mori vis, talis nunc vivo: quia
mala mors esse non poterit, quam vita bonas in-
tegritas praecessit. *Ibid.*, homil. 25.

185. Secure moritur, cujus vita nullis hujus
mundi voluplatibus inquinatur. *Ibid.*

186. Male non moritur, qui bene vixit: et raro
bene moritur, qui semper male vixisse demon-
stratur. *Ibid.*

187. Secure moritur, qui bene vixit. *De vanit.*
et miser. hum. vite, cap. 3.

188. Mors semibus in aperto imminet, juveni-
bus in insidiis latet. *Ibid.*, cap. 5.

189. Qualis inveniri, o homo, in mortis hora
desideras, talis vivere omni tempore non omittas.
Ibid., cap. 6.

190. Omnis homo miser: mors ergo felices fa-
cit? Non facit, sed discernit: discernit inter feli-
cem et miserum. *Ibid.*, cap. 7.

191. Quid si dives, si potens, si nobilis fuerit
homo? mors auctoritatem terrenae potestatis non
metuit, divitiae non attendit, nobilitatem generis
non pavescit. *Prose.*

192. Pari in omnibus fertur vindicta, rapere om-
nes sine personarum acceptione didicit, parcere
nulli novit. *Ibid.*, cap. 8.

193. Quanto quisque diutius in mundo vixit,
tanto minus ad moriendum voluntarius erit.
Ibid.

193. Nihil morte certius, nihil in humanis durius, nihil horribilius. *Ibid.*, cap. 9.

195. Mors honores non metuit, divitias non atterit, aetatem non discernit: una est omnibus, nemini parcat, neminem reverentur, voluntatem hominibus non requirit, necessitatem omnibus indicit. *Prose.*

196. Nulla aetas de morte secura est, nullum tempus tutum, locus nullus sub caelo immunitus: aetas hominem moriturum non excusat, tempus non liberat, locus non preservat. *Ibid.*, cap. 10.

197. Venturi exitus ignorantia incerta est, et dum quisque mori non existimat, tollitur. *Prose.*

198. Unde unusquisque festinet, ne in iniquitatibus suis rapiatur, simulque finiatur vita cum culpa. Lib. 3, de *Summo bono*, cap. 62, sent. 4.

199. Sepe iniquus moriens, qui imitatione sua multos ad culpam traxerat delectatione peccati, multos a culpa revocat terrore tormenti. *Ibid.*, sentent. 7.

200. Quotidie dies ultimus appropinquat, quotidie ad finem tendimus, quotidie viam vitae transimus. *Prose.*

201. Ad mortem quotidie properamus, ad vitam terminum quotidie tendimus, momenti decurruntibus ad finem ducimur.

202. Finis noster absconditus est nobis, venturi exitus ignorantia nobis incerta est: improvisus est mortis occurus, incertus eventus et finis omnium.

203. Dum nescimus, repente mors venit: dum non estimamus, improvisi tollimur: dum ignoramus, repente subtrahimur. Lib. 4, de *Synonymis*.

204. Mors, viro requies. Lib. 3, epist. 12, ad *Theoclitum*.

205. Proborum virorum mortis somnus, molestiarum quidem finis est, malorum autem initium. *Ibid.*, epist. 311, ad *Daniclem*.

206. Qualitas mortis ex vita ratione pendet: nam sicut ipsa vita bonum est, si cum virtute vivit, malum si cum seclera: ita et mors ex praeteritis vitae actibus ponderanda est. Lib. 3, de *Divin. inst.*, cap. 19.

207. Nihil in morte nobiscum ferre possumus, nisi vitam bene atque innocenter actam. *Ibid.*, lib. 7, cap. 27.

208. Tot passibus quisque tendit ad mortem, quot diebus et horis vegetatur ad vitam. A qua profecto lege nullus cucursumque sit dignitatis atque conditionis, excipitur. *De Regimine prolata*, cap. 15.

209. Equissimum percutitur hac animadversione peccator, ut mortem obliviscatur sui, qui dum viveret oblitus est Dei. *De contempt. mundi*, cap. 15.

210. Nunquam mors est morturo improvisi,

nee in inordinatum incidit finem, qui se novit esse mortalem. Serm. 5, de *Sejun. septimi mensis*.

211. Qui revera et strenue Christiani sunt, confidunt et gaudent migrantes a corpore. Homil. 5.

212. Quid post mortem impendat, miseri dum adhuc vivitis considerate. In suo *Octavio*.

213. Sit cogitatio vestra dies mortis: mors enim, quae in insidiis junioribus est, volis sententibus est in janua. Epist. 6, *Ad quemdam Iudi moysi*.

214. Dulce est in amicorum amplexibus mori, ehorum lacrymis excipi, cum suis progenitibus sepeliri. *Ibid.*, epist. 16, ad *Richard. episc. Syracusan.*

215. Quanto recessimus longius a die natiuitatis nostrae, tanto propinquiores mortis termino facti sumus. *Ibid.*, epist. 141, ad *Gualter. Rothomag. episc.*

216. Omnes morimur, et sicut aquae, quae non revertantur, dilabimur. *Ibid.*, epist. 172, ad *Auditores*.

217. Mirabilis est ista regula mortalium, nunquam fallitur, et omnes fallit, fallacia videlicet veridica. *Ibid.*, epist. 173, ad *Quendam*.

218. Nulla facultas, mortis imperio resistit. *Ibid.*

219. Habet humanae conditionis fragilitas debita solvere certa morti. Hinc nescit importune mortis exactio quidquam debitum humanae relinquere aeri, sine differentia, discretionis illud extorquens. *Ibid.*, epist. 178, ad *Reginum quamdam*.

220. Mortalitas et si poena sit homini, tamen veritas attendenti misericordia est. *Ibid.*, serm. 20 in *Latam*.

221. Cuius vita moritur in culpa, ejus mors vivit in poena. Serm. 45.

222. Bonum est, bene vivere; sed longe melius, bene mori: non tamen bene moritur, qui bene non vixerit. *Ibid.*, super *Job*, cap. 42.

223. Naturalis homo subiacet mortalitati: non ex infirmitate creationis, sed ex poena transgressionis. *Prose.*

224. Nam poena non mori, habuit ex creatione: mori vero inevitabiliter, habet ex peccatione. *De Panibus*, cap. 17.

225. Mori natura est, necesse est deperire. Mors aniequam veniat, non est: cum autem venerit, venisse nescitur. Serm. 101.

226. Mors est desperationis domina, incredulitatis mater, permissa corruptionis, inferni parens, diaboli coniunx, omnium malorum regina. Serm. 418.

227. Mors captivata, vasata, interficit omnes, quos natura presentem perducit ad vitam. *Prose.*

228. Ducit reges, trahit populos, gentes impellit, non divitiis redimi, non flecti precibus, non chrymis molliri, non viribus unquam potuit ista perari. *Ibid.*

229. O quam beate moritur, qui moriendo oritur: quam feliciter temporalem vitam finit, qui vivere perpetuatur incipit. Serm. 47, *De S. Vitale mart.*

230. Mors licet aliis sit incerta, procul dubio tamen senibus est propinqua. Opusc. 33.

231. Dicendum est duplicem esse mortem: alteram hominis, alteram animae. Hominis mors, est animae a corpore separatio; animae vero mors, est corruptio virtutis, et assumptio vitii. Lib. 1, *legis Allegorie*.

232. Mors mala, quo dunturior, eo gravior. *De praesentibus et poenis*.

233. Bonum virum non mori, sed abire, percipimus est. Lib. *Quis rerum divinarum haeres sit*.

234. Est mors naturalis, et poenalis. Naturalis est per quam anima separatur a corpore; poenalis vero est cum anima a virtutis vita emoritur, et vivit in vita vitii. Lib. 1, *legis Allegorie*.

235. Nihil est pretiosius pro te, Christo, mori. In *Peristephano. De hymno sancti Quirini Martyr*.

236. Profecto est, quam putas mortem: non est legendus, qui antecedit, sed plane desiderandus: cur enim immoderate fers abisse, quem mox subsequeris? *De patient.*, cap. 9.

237. Sic te in omni facto et cogitatu deberes tenere, quasi hodie esses moriturus. Lib. 1, de *Imit. Chr.*, cap. 23.

238. Si hodie mori non es paratus, quomodo cras eris? Cras est dies incerta, et quid scis si crastinum habebis. *Ibid.*

239. Quam felix et prudens, qui talis nunc nifitur esse in vita, qualis optat inveniri in morte. *Ibid.*, sect. 4.

240. Multos porta mortis recipit: quia ubi liberius pergitur, facilius pervenitur. Homil. 2, de *Arcta vita*.

241. Quid pretiosissima esse potest illa morte, quae in conflictu pugnae hostilibus telis nescit cadere? *Ibid.*, homil. 15, de *Bono martyrii*.

242. Hoc est vere eximiae virtutis indicium, persecutionis tempore, plus morti favere, quam vita. *Ibid.*

243. Nihil profecto liceret morti, si scirent miseri causas vitare peremendi. *Ibid.*, homil. 19.

244. Mors aeterna, mors est sine morte, finis sine fine, defectus sine defectu: quia mors illa semper vivit, et finis semper incipit, et defectus deficere nescit. Super *Psaln. 1.*, vers. 4.

245. Omnium rerum nihil horribilius est morte, nam omnium rerum est extremum. Lib. 3, *Moral.*, cap. 6.

246. Mors repentina non gaudere malorum: Felices obveni, quorum sine crimine vita est. Lib. 4, *Diutius*, metr. 93.

247. Vive memor mortis ut sis memor et saluti. In dictis *Sapient.*, ex Ansonio, dict. 2.

248. Neque gravis mors forti viro potest accedere, neque immatura consulari, neque misera sapienti. Orat. 4, *pro Catilina*.

249. Omnium rerum extremum, mors est. Lib. 6, epist. 21, ad *Toranum*.

250. Quasi poma ex arboribus crada si sint, aveluntur: si matura et decocta, decidunt; sic vitam adolescentibus vis auferit, senibus maturitas. *De Senect.*

251. Non censeo legendam esse mortem, quam immortalitas consequitur. *Ibid.*

252. Sine mortis meditatione tranquillo animo esse nemo potest. *Ibid.*

253. Moriendum certum est, et id incertum an hoc ipso die. *Ibid.*

254. Nihil morti similis, quam somnus. *Ibid.*

255. Sapientissimus quisque aequo animo moritur, stultissimus iniquissimus. *Ibid.*

256. Non me vixisse poenitet, quoniam ita vixi, ut non frustra me natum existimem: et e vita ita discedo tanquam ex hospitio, non tanquam e domo: commorandi enim natura diversorium nobis, non habitandi dedit. *Ibid.*

257. Moriendum est omnibus, quae enim nobis in vita potest esse jucunditas, cum dies et noctes cogitandum sit, jam jam esse moriendum. Lib. 4, *Trauel. quest.*

258. Quam optabiliter illud mortis iter jucundum esse debet, quo confecto nulli reliquis cura, nulli sollicitudo ait futura! *Ibid.*

259. Non miserabiliter vir clarus emoritur. *Ibid.*

260. Teneamus nullum esse malum, quod sit a natura datum hominibus, intelligamusque si mors malum sit, esse malum sempiternum: nam vitas misere mors finis esse videtur, mors si est misera, finis nullus esse potest. *Ibid.*

261. Quamquam sensus abierit, tamen summis bonis laudis et glorie (quamvis non sentiant mortui) non carebunt. *Ibid.*

262. Non tam cumulus bonorum jucundum esse potest, quam molesta decessio. *Ibid.*

263. Cum supremus ille dies mortis non extingueret, sed connumerationem afferet loci, quid illi optabilis? *Ibid.*

ARISTOTEL.

CATO PORT.

CHILOLACE-
DEMION.

CICERO.

S. IUDIN
HISP.S. ISID.
PUL.

LACT. FIRM.

S. LAURENT.
JUSTINIAN.

S. LEO I.

S. MACRUS
AEGYPT. SE-
NIOR.
MINUT. PUL.

PETR. DLS.

S. PETRUS
DAMIANDUS.

PHILO JUD.

PRUDENTIUS.

TERTULLIAN.

THOMAS
A KEMPIS.S. VALER.
EPISCOP.S. PETRUS
CHRYSOLOG.CHRISTUS IV
PAPA.

MINUS
FOUR.

264. Eis mori est, alterius arbitrio mori. In suis sent. sent. 41.

265. Cujus mortem amici expectant, vitam odorant. *Ibid.*, sent. 78.

266. Est honesta turpitudine, pro bona causa mori. *Ibid.*, sent. 161.

267. Mori necesse est, sed non quoties volueris. *Ibid.*, sent. 229.

PHATO.

268. Mors est omnium bonorum maximum, et tamen mortem perlinescunt homines, quasi recte accessit illam omnium malorum esse maximum. *Sisygia 4*, in *Apolog.*

269. Difficile est mortem effugere, sed sensu difficilior est ejus improbitatem evitare. *Ibid.*

270. Non prius mortem sibi conspiciere oportet, quam necessitatem aliquam Deus immiserit. *Sisygia 4*, in *Dialogo Phaedonis.*

271. Post mortem longe melius est bonis, quam malis. *Ibid.*

272. Qui philosophiae studium recte amplexi sunt, se hanc unam in rem omni animi intentione tota vita incumbunt, ut de morte cogitent : cum vero mors ipsa accesserit, absurdum est omnino hae de re eos indignari. *Ibid.*

273. Inconveniens argumentum est, eum quem mortuorum indignante conspexeris, minime esse querentem sed querentem : id est non sapientem, sed corporis studio teneri. *Ibid.*

274. Si puris animis decederit, nihil a corporis contagione secum trahens, ad divinum quoddam et immortale proficiatur, quo cum pervenerit, omnino felix evadit. *Ibid.*

275. Cum ex humilibus magnos et insignes viros evasisse conspicias, eos in morte e miseria in magnam felicitatem transdisse patet. *Sisygia 4*, lib. 10, de *Legibus.*

276. A malis mors abducit, non a bonis. *Sisygia 6*, in *Dialogo Arctoch.*

PLIN. II.

277. Magni viri mortalitas magis finita, quam vita est : vivit enim, vivetque semper. Lib. 2, *epist. 1 ad Rom.*

278. Mihi videtur acerba semper, et immatura mors eorum, qui immortale aliquid parant. Lib. 5, *epist. 5, ad Martia.*

279. Qui posteros cogitant, et memoriam suis operibus extendunt, his nulla mors repentina est. *Ibid.*

280. Dum suppetit vita enitatur, ut mors quam paucissima, quae aboleri possit, inveniat. *Ibid.*

GENEVA.

281. Nulli natura in aeternum spiritum desit, statutaque nascentibus in finem vite dies est. *Sisygor. 2.*

282. Omne tempus, omnis vos locus doceat, quam facile sit transire a natura. *De divina Provid.*, cap. 6.

283. Nulla res magis proderit, quam cogitatio mortalitatis. Lib. 3, de *Ira*, cap. 42.

284. Ultimeum malorum est, ex vivorum numero exire, antequam moriaris. *De tranquill. animi*, cap. 3.

285. Male vivet, quisquis nesciet bene mori. *Ibid.*, cap. 14.

286. Vivere tota vita descendum est; et quod magis fortasse miraberis, tota vita descendum est mori. *De Brevit. vite*, cap. 7.

287. Tu occupatus es, vita festinat : mors inferim aderit, cui, velis nolis, vacandum est. *Ibid.*

288. Erus, non perdidit lucem frater tuus, sed securiorem sortitus est : non reliquit ille nos, sed accessit. *De Consolat. ad Polybium*, cap. 28.

289. Quid est mori hominem mori, cuius tota vita nihil aliud, quam ad mortem iter est? *Ibid.*, cap. 30.

290. Quisquis ad vitam editur, ad mortem destinatur. *Ibid.*

291. Nihil de hodierna die promittitur, nihil de hae hora : instat a tergo mors, quae rapina rerum omnium est. *De Consolat. ad Marcianum*, cap. 10.

292. Nemo nimis cito moritur, qui videtur diutius, quam vixit, non fuit. *Prose.*

293. Fixus est cuique terminus, manebit semper ubi positus est; nec ullam ulterius diligentiam aut gratiam promovebit. *Ibid.*, cap. 20.

294. Infantium in se pueritia convertit, pueritiam pubertatis, juvenentem senectus, senectutem mors absorbit. *Ibid.*, cap. 20.

295. Nunquam magnis ingenii chara in corpore mors est : exire atque erumpere gessunt, aere has angustias ferunt, vagi per omne sublimis, et ex alto casuati humana despiciere. *Ibid.*, cap. 23.

296. Si quid te velat bene vivere, bene mori non veiat. *Epist. 47.*

297. Pejores morimur, quam nascimur. *Epist. 22.*

298. Percepit sapientiam, si quis tam securus moritur, quam nascitur. *Ibid.*

299. Quid est turpius, quam in ipso limine aeternitatis esse sollicitum? causa autem haec est, quod inanes omnium honorum curam, quorum in fine vite desiderio laboramus. *Ibid.*

300. Non potest stare paratus ad mortem, qui modo incipit vivere, et non incipit mori. *Epist. 43.*

301. Si moriar, desinam egrotare posse, desinam alligari posse, desinam mori posse. *Epist. 24.*

302. Mors nos aut consumit, aut emittit. *Ibid.*

303. Quotidie morimur; quotidie enim demittitur aliqua pars vita : et tunc quoque cum crescimus, vita decrescit : infantium amissimus, deinde pueritiam, deinde adolescentiam, usque ad hes-

ternum quidem transit temporis, perit : hunc ipsum, quem agimus diem, cum morte dividimus. *Ibid.*

304. Vir fortis ac sapiens non fugere debet e vita, sed exire. *Ibid.*

305. Incertum est, quo te loco mors expectet, itaque tu illam omni loco expecta. *Epist. 26.*

306. Meditare mortem. Egregia res est, mortem condiscere : supervacuum forsitan putas, id discere quo semel utendum est? *Prose.*

307. Hoc est ipsum, quare meditari debemus : semper descendum est, quod ai sciamus, experiri non possumus. *Ibid.*

308. Hoc tibi ante diem mortis praesta, ut moriaris in te vita. *Epist. 27.*

309. Nihil habet quod speret, quem senectus ducit ad mortem. *Epist. 30.*

310. Puto fortissem eum esse, qui in ipsa morte est, quam qui circa mortem est. *Ibid.*

311. Mortem venientem nemo hilaris excipit, nisi qui se ad illam diu composuerit. *Ibid.*

312. Mors me sequitur, fugit vita. *Epist. 49.*

313. In omni loco aequae tenne intervallum est, ubique se mors tam prope ostendit, ubique tam prope est. *Epist. 49.*

314. Ante senectutem curavi, ut bene viverem : in senectute curo, ut bene moriar. *Prose.*

315. Bene autem mori, est libenter mori. *Epist. 61.*

316. Nescio quo hinc iturus sis, quae aedes expectet animam soltam legibus servitutis humanae. *Epist. 65.*

317. Nihil est clausum, cui non mors aperta non sit. *Epist. 66.*

318. Meditare mortem. Bella res est, mori sua morte : illud tecum cogites, nemo nisi suo die moritur : nihil pardis ex tuo tempore, nam quod relinquit, alienum est. *Epist. 69.*

319. Citius mori, vel tardius, ad rem non pertinet : bene mori aut male, ad rem pertinet. *Prose.*

320. Bene autem mori est effugere male vivendi periculum. *Epist. 70.*

321. Nihil aeterna lex fecit, quam quod animi, introitum nobis ad vitam dedit, exitus nullus. *Ibid.*

322. Quid stultius, quam fastidiose mori? *Ibid.*

323. Ubiunque desinas, si bene desinas, sed et fortiter desinendum : non est res magna vivere (maiores servi tui vivunt, omnia animalia), sed magnum est bene mori, prudenter, fortiter. *Epist. 77.*

324. Vila, si moriendi virtus abest, servitus est. *Ibid.*

325. Sape debemus mori, nec volumus : morimur, nec volumus. *Ibid.*

326. Nemo tam imperitus est, ut nesciat sibi quandoque moriendum : tamen eum prope accesserit, tergiversatur, tremat, plorat. *Prose.*

327. Nonne tibi videtur stultissimum omnium, qui dixerit quod ante annos mille non vixerat? aspe stultus est, qui flet quod post annos mille non vivet.

328. Haec paria sunt : non eris, nec fuisti, utrunque tempus alienum est. In hoc punctum conjectus es ; quod ut extendas, quousque extendes? quid fies? quid optas? perdis operam : rata et fixa sunt, atque magna et aeterna necessitate ducuntur eo ibis, quo omnia eunt.

329. Quod tibi novum est? ad hanc legem natus es : hoc patri tuo accidit hoc matri, hoc majoribus, hoc omnibus ante te, hoc omnibus post te. *Ibid.*

330. Non morbi hunc mortis esse, sed naturae metum credas : morieris, non quia aegrotas, sed quia vivis. *Epist. 78.*

331. Si contra mortem te preparaveris, faciet te firmum assidua meditatio. *Epist. 82.*

332. Mors non est gloriosa, sed fortiter mori, gloriosum est. *Epist. 82.*

333. Magna exercitatione durandus est animus, ut conspectum mortis, accessumque patitur : mors contemni debet, magis quam solet. *Ibid.*

334. Aequat omnes civis, impares nascimur, pares morimur. *Epist. 91.*

335. Quid interest, quam cito exeat, unde utique exeundum est? non ut diu vivamus curamus, sed ut satis. *Epist. 92.*

336. Ille obit viridis, sed officis boni quod exercutus est : in nulla parte cessavit, licet ejus aetas imperfecta sit, vita perfecta est. *Epist. 92.*

337. Mors per omnes il : qui occidit, sequitur occisum : quid ad rem pertinet, quando vires, quod exire non possit? *Ibid.*

338. Cui nasci contingit, mori restat : intervallis distinguimur, exitu aequamur. *Epist. 99.*

339. Semper ad latas mors est; et nemo scit, quam prope versetur. *Epist. 101.*

340. Effugere mortem non potes, contemnere potes : contemnes autem, si sepe cogitaveris. *Epist. 107.*

341. Sic vivamus, sic loquamur, ut paratos nos inveniat atque impigros datum. *Ibid.*

342. Quiaquid facies, respice ad mortem. *Epist. 114.*

343. Nihil mihi videtur turpius, quam optare mortem. *Epist. 117.*

344. Scit quo existurus sit, qui unde venerit meminit. *Epist. 120.*

345. Mors malum non est, quid quereris? sola jus sequuntque generis humani. *Epist.* 123.

346. Mullos vitam diferentes, mors juncta praevenit: itaque omnis dies velut ultimus judicetur. *De Moribus.*

347. Mors omnia abscondit: alia nos torquent, mors omnia devorat. *De remediis fortuitor.*

348. Si fortuna tibi palam mortem minetur, omnes terreculas ejus deludas. *Ibid.*

349. Morieris. Ista hominis natura est, non poena. *Prose.*

350. Morieris. Hac conditione intrasti, ut exires.

351. Morieris. Gentium jus est, quod acciparis reddere.

352. Morieris. Peregrinatio est vita: multum cum itambulaveris, demum redendum est.

353. Morieris. Nascenti tibi natura protinus hunc posuit terminum.

354. Morieris. Stultum est timere, quod vitare non possis: istud non effugit, etiam qui distulit.

355. Morieris. Nec primus, nec ultimus: multi te antecesserunt, omnes sequentur.

356. Morieris. Hic est humani officii finis, ad hanc conditionem cuncta giuntur.

357. Morieris. Nihil grave est, quod semel est.

358. Morieris. Nemo hac re melius mortalibus mirari potest. *De remediis fortuitor.*

359. Mori est felix, antequam mortem invocet. In suis *Prose.*

360. Beatus vir, cujus animam nemo reprehendit, ad Deum euntem. *Sent.* 35.

361. Mortis quidem ipse tibi causa non fias: si quis autem vult te corpore exorere, ne indignaris. *Ibid.*, sent. 312.

362. Animam mors non perdit, sed mala vita. *Ibid.*, sent. 384.

363. Mors religiosi, facit vitam beatam. *Ibid.* sent. 347.

364. Vita perit, mortis gloria non moritur. In *dictis sapient.*, ex Ausonio, dict. 2.

365. Digni morte sunt ii, qui in morte juvent. *De potest. et sap. Dei*, cui titulus *Pimander*, cap. 4.

366. Mors efficitur dissolutione corporis: moritur enim corpus, quando hominis vitalis ferre posse desitit: est ergo mors corporis dissolutio, et corporis sensus interitus. *De volunt. divina*, cui tit. *Asclepius*, cap. 10.

367. Sicut certum est, mori neminem solere, qui non vixerit: ita nec vivere aliquem posse, qui non sit moriturus. *Lib. 5, Dictor. memorabil.*, cap. 10.

Vide etiam *Tit. Anima*, sent. 239; *Consideratio in genere*, sent. 29; *Detractio*, sent. 97; *Dilatatio*, sent. 14, 15; *Palam*, sent. 74; *Felicitas*, sent. 98; *Martyrium*, sent. 28, 33, 44, 106; *Meditatio*, sent.

86, 90; *Monachus*, sent. 143; *Mors*, 72; *Necessitas*, sent. 11; *Novumtum*, sent. 2; *Peccatum in genere*, sent. 11, 12; *Sauctitas*, sent. 16, 48; *Su-perbis*, sent. 83; *Tinor mortis*, per totum; *Viro-nam encomis*, sent. 71; *Vita humana*, sent. 75.

MORS CHRISTI.

SENTENTIAS PATRUM.

1. Passio Christi nostra redemptio est, mors Christi vita nostra est. *Serm.* 56, de *Cruce Christi*.

2. Christus mortis malo, quo nos exorere vellet, indutus est. *De Moribus Eccles.*, cap. 2.

3. Nos immortalitate male usi sumus, ut moremur: Christus mortalitate bene usus est, ut viveremus. *Lib. 1, de Doctrina christ.*, cap. 14.

4. Christus in cruce mortuus est, ne quisquam aliquod genus mortis, quod homines ignominiosum arbitrantur, horretet. *De fide et simbolo*, cap. 5.

5. Christus resurrexit nunquam moriturus, ne ab illo quisquam se disceret mortem contemnere, quasi nunquam victurus. *De catechis. rudib.*, cap. 22.

6. Christus mortuus est, qui mortuos suscitavit. *Ibid.*

7. Non habebat Christus quare moreretur, et mortuus est: tu habes quare, et mori dignaris. *Tract.* 3, super *Joan.*

8. Vita aeterna mori voluit, sed de tuo, non de suo: accepit a te ubi moreretur pro te. *Ibid.*, tract. 26.

9. Morte Christi pejus nihil fuit, inter omnia genera mortium: mors protendebatur, ne dolor citius finiretur. *Ibid.*, tract. 36.

10. Passurus Christus exitia, praemisit obsequia, non solum eis pro quibus erat subiturus mortem, sed etiam illi qui cum fuerat traditurus ad mortem. *Ibid.*, tract. 55.

11. Non est mors Christi nostrorum gloria meritorum, sed medicina morborum. *Ibid.*, tract. 110.

12. Dignare seque animo pali per meritum tum, quod Christus pati dignatus est, ut te a sempiterna morte liberaret. *Ibid.*, tract. 3.

13. Assumpsit vitam mortem, ut vita occideret mortem. *Ibid.*, tract. 26.

14. Christus mortem nostram moriendo destruxit, et vitam resurgendo reparavit. *Lib. Melit.*, cap. 15.

15. Nihil tam ad mortem amarum, quod morte Christi non sanetur. In *Manuali*, cap. 22.

16. Occiditur ad tempus vita, ut in perpetuum a vita occideretur mors. *De quatuor virt. charit.*

17. Extremum moriendi genus elegit Christus, ut nullam mortem martyres formidarent. Apud divum Bonavent. *Serm.* 6, in *Paras.*

S. AMEDO-

SIUS.

S. AUGUST.

18. Recce pro mendace veritas necatur, addicitur innocentia pro reo, moritur vita pro mortuo. *Serm.* 1, *Don.* in *Romis.*

19. Triumphavit Christus de morte, quam diabolus propinaverat per asutias suas homini: sed ut occideret mortem, restituit est morte; non potuit mors mori, nisi in vita. *Homil.* 35, *Ex quin-quag. homil.*, esp. 3.

20. Illi sunt a mortis vinculo liberi, pro quibus mortuus est inter mortuos liber. *Lib. 6, contra Julian.*, cap. 45.

21. Nolite timere cruces et mortem, quia si nocuerint homini, non ea pateretur homo, quem suscepit Filius Dei. *De Agone christiano*, cap. 11.

22. Mors Christi non diminuit deo divinitatis, sed depositio corporis: non defectio Deitatis ipsius, sed separatio carnis ipsius. *Contra serm. Arian.*, esp. 9.

23. Christus commendans dilectionem suam in eos, quibus erat daturus indebitam vitam, pati pro eis voluit indebitam mortem. *Lib. 4, ad Bonifac.*, cap. 4.

24. Christus humilitate nostrae mortalitatis indutus, et a peccatoribus et pro peccatoribus mortuus est. *De catechis. rud.*, cap. 47.

25. Christus ideo solvere potuit moriendo peccata, quia mortuus est et non pro suo peccato. *Lib. 10, de Civit. Dei*, cap. 24.

26. Christus habuit pro nobis moriendi non necessitatem, sed potestatem. *Ibid.*, lib. 13, cap. 23.

27. Mortuus est Christus duobus Geomins Consulibus octavo Kalendas Aprilis. *Ibid.*, lib. 18, cap. 54.

28. Christus non pro nullis, sed pro impiis mortuus est, ut iustificarentur. *Epist.* 105.

29. Mortuus est Christus non discedente vita, sicut passus est non pereunte potentia. *Contra Felician.*, cap. 14.

30. Credo mortuum esse Filium Dei, non secundum poenam injustitiae, quam ex toto non habuit, sed secundum legem naturae quam pro humani generis redemptione suscepit. *Ibid.*, cap. 18.

31. Parva erat pro nobis Dei nostri humilitas in nascendo, accessit etiam ut mori pro mortalibus dignaretur. *De Fide et simbolo*, cap. 5.

32. Christus non mortuus est pro fidelibus, sed mortuus est ut faceret fideles. *Homil.* 6, *Ex quin-quag. homil.*

33. Descendit Christus et mortuus est, et ipsa morte liberavit nos a morte: morte occisus mortem occidit. *Tract.* 42, super *Joan.*

34. Nunc vita Christus? et tamen mortuus est Christus: sed in morte Christi mors mortuus est, quia vita mortua occidit mortem. *Ibid.*

35. Crede in Christum factum propter te mortalem, ut illum capias immortalam. Vivehat, morieris: mortuus est, ut vivas; bibit mortem, ne mors biberet hominem. *Ibid.*, tract. 14.

36. Christus voluntate et potestate, non necessitate natus, et mortuus est. *Ibid.*, tract. 37.

37. Christi fides, morte ejus firmata est. *Ibid.*, tract. 52.

38. Christus mortuus est, quando voluit. *Ibid.*, tract. 119.

39. Ideo in carne venit Christus, ut moreretur pro nobis. *Tract.* 6, super *Epistolam Joan.*

40. Nusquam legi in divinis auctoritatibus mortuum esse Christum pro eis, qui nullum omnino habuerunt peccatum. *Lib. 6, contra Julian.*, cap. 4.

41. Non morior necessitate peccati, sed obedientiae voluntate. *De natura et gratia*, esp. 24.

42. Mors in Christi morte fugatur. *Serm.* ad *Milites templi*, cap. 11.

43. Quanto sane indignus moritur, qui mortem non meruerit, tanto is justius pro quo moritur, vivit. *Ibid.*

44. Christus cum homo esset, potuit mori: cum justus, non debuit. *Ibid.*

45. Vita Christi, vivendi regula extitit: mors, a morte redemptio. Ila vitam instruxit, mortem ista destruxit; vita laboriosa, sed mors pretiosa, utraque vero admodum necessaria. *Prose.*

46. Quid enim Christi prodesse poterat sive mors nequiter viventi, sive vita damnabiliter morienti?

47. Nunc ergo quia utrumque nobis pariter necessarium erit, et pie vivere, et secure mori: et vivendo vivere docuit, et morlem moriendo securam reddidit. *Ibid.*

48. Christus, ut viveres, mori voluit. *Epist.* ad *Quendam*.

49. Turpe est, et valde alienum, immo contra naturam, ut sub capite moriente, membrum vitae non careat. *Serm.* 2, *De plur. Mart.*

50. Nulla mors sanctae Majestatis melius convenero potuit, nisi quam nobis perfecte salutis indicia dederunt. *Super Psalm.* xxii, vers. 18, *Foderunt manus meas, etc.*

51. Res vetusta erat, ut homo moreretur; quod ne semper valeret in homine, res nova facta est, ut Deus moreretur. *Ibid.*

52. Redemptor noster ut a morte potiussemus eripi, ipse magis occidi. *Super Psalm.* xxvii.

53. O vere miranda et divina commutatio! accepit necem, reddidit salutem: pertulit injurias, tribuit honores; dolorem sumpsit, contulit suspirataem. *Super Psalm.* xxx, vers. 1.

54. Tu morti imperas, et absrupta eliditur,

S. BERNARD.

S. BONAV.

CASSIODOR.

S. CYPRIAN.

inanescit corruptio, ubi ager (ta medente) sanatur. *Prose.*

55. Gustasti mortem pro filiis hominum, ut qui tecum mortui erant, tecum viverent. *De Resurr. Christi.*

S. CYRIL. 56. Non coeete Christus reliquit vitam, non violenter mortuus est, sed voluntate sua. *Colochee.* 43.

S. RICHARDUS. 57. Nos Christus mors vivificavit, nos Resurrectio erexit, nos Ascensio consecravit. *Homil. 2, de Ascens.*

GLOSS. ORD. 58. Mirum quid! mors erat anima, per quam vivebat dissolutus, et per eam victus est a Christo. *Super Epist. ad Hebr. cap. 2, in illud: Ut per mortem destrueret eum.*

S. GREGOR. 59. Redemptor noster suscepit mortem, ne mori timeremus. *Lib. 14 Moral., cap. 29. Super illud Job 19: De terra surrecturus sum.*

S. GREGOR. 60. Si Christus ipse indebitam mortem non suscepisset, nunquam nos a debita morte liberasset. *Ibid., lib. 17, cap. 16. Super illud Job. 2: Commisit nos ad verum eum, etc.*

61. Dominus noster pro nobis mortem solvit indebitam, ut nobis mors debita non noceret. *Ibid., lib. 3, cap. 14. Super illud Job 26: In fortitudine illius, etc.*

62. Christus moriendo docuit mortem non motui, resurgendo docuit de vita confidi, ascendendo de celestis patrie hereditate gloriari. *Lib. 27 Moral.*

63. Redemptor noster suscepit mortem, ne mori timeremus. *Ibid., lib. 14, cap. 27.*

64. Redemptor noster moriendo, mortem superavit, eamque resurgendo consumpsit. *Homil. 99, super Evangel.*

S. GREG. 65. Agnoscamus mysterii virtutem, et qua gratia Christus sit mortuus. *Serm. de Paschate et ignoscenda obsequendi tarditate.*

HAYMO. 66. Mortem assumpsit vita aeterna, mori voluit: sed de tuo, o homo, non de suo: accepit a te ut moreretur pro te, assumpsit ergo vita mortem, ut vita occideret mortem. *Serm. 2, fer. 4 Pentecost.*

HILARIUS. 67. Invenit Deus ad pervagandum in se mortis sui sacramentum, cum toto aetate consummasset se omne humanarum passionum opus fastidatus esset, inclinato capite tradidit spiritum. *Lib. 10, de Trin.*

HUGO A S. 68. Christus descendit, suscepit, sustinuit, vicit, restauravit. Descendit ad mortem, suscepit mortalitatem, sustinuit passionem, vicit mortem, restauravit hominem. *In Sallustio de Arch. animae.*

69. Nulla dilectio maior, nullus amor sincerior, nulla charitas sanctior, nullus affectus ardentior: mortuus est Christus pro his imbecis, nihil in me quod amaret inveniens. *Ibid.*

70. Omnis gloria Dei, et omnis salus hominum, in Christi morte posita est. *Homil. 33, super Matth. oper. imperf.*

71. Nulla est res, quae amplius ad salutem hominum pertinet, quam mors Christi. *Ibid.*

72. Origo rerum, auctor naturae, quare nasci voluit, nisi quia mori voluit? *Serm. 6, in fer. 5, Passion.*

73. Christus ipsum libens mortem suorum suscipit ad salutem, ut majorem contempta mortis, quam de ipso hoste victoriam referat et triumphum. *Ibid.*

74. Christus de Deitatis secreto ad nostram servitutem venit. Ut nos suae redderet libertati, nostram mortem suscepit, ut nos ejus morte viveremus. *Ibid.*

75. Christus se pro suis, dat pennis, corpus obiectat morti, ut illos neci subtrahat, illos reserret ad vitam. *Ibid.*

76. Mortuus est Christus, ut tibi immortalitatem donaret. *Homil. de Cruce Domini.*

77. Mors Domini eorum quidem, qui Crucem eum fixerunt, et non crediderunt ejus adventum, damnatio est: salvatio vero eorum, qui credunt in eum. *Lib. 4, Advers. haeres., cap. 47.*

78. Usque ad mortem Christus pervenit, ut sit primogenitus ex mortuis: ipse primatum tenens in omnibus, princeps vite, prior omnium, et precedens omnes. *Ibid., lib. 2, cap. 39.*

79. Propter hoc Christus mortuus est, ut liberos feceret servos suos, post danda haec eos constitueret regno caelorum. *Ibid., lib. 5, cap. Tractatus.*

80. Mortalis erat secundum carnem, sapiens magnificus operibus: sed iudicibus Chaldaeis armis comprehensus, clavibus et cruce aeternum toleravit finem. *Lib. 4, de Divin. instit., cap. 13, verbo graeco post Sybillam.*

81. Mors Christi, oppressio et triumphus demonum fuit. *Homil. 17, in cap. 49, Genes.*

82. Factus est Deus homo mortalis, ut moriendo diabolum vinceret: nisi enim homo esset, qui moriendo diabolum vinceret, non iuste, sed violenter homo ei tolli videretur, qui se illi sponte subiecit. *Lib. 3, Sentent., dist. 19.*

83. Totum Christiani nominis et pondus et fructus, mors Christi est. *Lib. 3, Advers. Marcion., cap. 8.*

Vide etiam tit. *Oeciois*, sent. 69: *Resurrectio Christi*, sent. 30, 33.

MORTIS TIMOR.

Vide *Timor mortis*.

MORTIFICATIO.

Definitio. Quid est mors, seu mortificatio, nisi se-

S. JOHANNES CHRYSOST.

S. IRENEUS.

LACT. FIRM.

ORIGEN.

PETRUS LOMBARDUS MAGISTER SENT.

TERTIUS.

S. ANTONIN.

S. AMBROS.

pultura vitiorum, virtutum suscitatio? *De bono mortis*, cap. 4.

Mortificare corpus, seu castigare, est jejuniis illud agere, et illa ei dare, quae ad vitam proficiant, non ad luxum. *Super I Cor. ix, in illud: Castigo corpus meum.*

Mortificatio nihil est aliud, quam sui ipsius abnegatio spontanea, fractio conservativa, violentia virtuosa, odium amoremque, ac salutaris perditionis. *De Mortificat. vivificat., art. 1.*

Mortificatio est privati amoris extinctio, ac divinae charitatis adeptio. *Ibid., art. 2.*

HUGO A S. 6. Afflicto carnis est, per quam lascivae mentis seminaria, castigazione discreta comprimuntur. *De fruct. carnis et spiritus*, cap. 15.

S. JOAN. 6. Mortificatio est inimicitia adversus corpus, atque adversus gulae concupiscentiam inexorable bellum. *Gradu 15.*

HUGO A S. 6. Divitio. Triasunt genera mortificationis. Primum, iniquitatis, per penitentiam; secundum, carnis, per abstinentiam; tertium, voluntatis, per obedientiam. *Lib. 1 Miscellan., codicis 2, tit. 75.*

S. NICOL. Comparatio. Ut hostis ablatius terrorem amplius non afferat, sic corpus mortificationem animam non perturbat. *Orat. 1, de Gula.*

SENTENTIAE PATRUM.

COLLECTOR. 1. Immortificationis morbo laborat, qui passionibus animi, cupiditatibusque carnis, sive in illicitis, sive in licitis facile obsequitur, et indulget.

S. AMBROS. 2. Quid excelsius et magnificentius, quam exercere mentem, affligere carnem, et in servitutem redigere, ut obediat imperio, consiliis obtemperet, et impigre obsequantur propositum animi ac voluntatem? *Lib. 1 Offic., cap. 36.*

3. Mortificetur avaritia, moriatur concupiscentia. *Lib. 2 Offic., cap. 6.*

4. Moriatur caro nostra cupiditatibus, sit captiva, sit subdita, nos legi mentis nostrae repugnet, sed bonae servituti subiecta moriatur. *Lib. 1, de Praesul., cap. 42.*

5. Qui per mortificationem nocet corpori, juvat spiritum. *Ibid., cap. 43.*

6. Mortificatio est remissio peccatorum, abolitio criminum, erroris oblitio, assumptio gratiarum. *De bono mortis*, cap. 4.

7. Apud Deum non tam valet abstinentia ciborum, quam mortificatio vitiorum. *Part. 3, tit. 3, cap. 7, § 5.*

8. Cum corpus per flagella atteritur, cor circa libidinis delationes non vagatur. *Part. 4, tit. 3, cap. 7, § 18.*

9. Mortificatio passionum et vitiorum ad contemplativam vitam multum requiritur. *Part. 4, tit. 40, cap. 5, § 2.*

10. Omnes corporales sensus mortificare, nihil est aliud quam offerre se Deo in sacrificium. *Part. 4, tit. 45, cap. 35, § 3.*

11. Cum castitas in corpore, humilitas in opere, abstinentia in cibo, vilitas in habitu resplendet, praesumpta sunt interna mortificationis et sanctificationis. *Serm. Dom. 1 Adventus.*

12. Sic de carne nostra sit medicina, sicut de serpente theriaca: caro fuit serpens in opere, dabit theriacam in posu. *Serm. Dom. 11, post Trinit.*

13. Non satis est ut moriantur vitia, nisi marcescant corporis luxus. *Lib. 2, contra Julian., cap. 5.*

14. Nemo ibi moritur, quo nemo pervenit, nisi huic saeculo moriatur, non morte omnium, qua corpus ab anima deseritur; sed morte electorum, qua etiam cum in carne mortali adhuc maneat, cor sursum ponitur. *Tract. 65, super Evangel. Joan., de cap. 13.*

15. Morere ut vivas, sepelire ut resurgas. *De Verbis Apostoli, serm. 15.*

16. Certe fortius pugnat, qui contra se pugnat. *Serm. 3, de Nativit.*

17. Cur corpus fame discrucias, cui turpiter peccando blandiris? *Serm. 4, fer. 3 Rogat.*

18. Cujus animus non moritur huic saeculo, in graviorem mortem, morte corporis trahitur. *Lib. 4, de Doctr. christ., cap. 20.*

19. Ut spiritum nostro opera carnis mortificemus, spiritu Dei agimur. *De continent., cap. 5.*

20. Nemo in caelo moritur, quo nemo pervenit nisi huic saeculo moriatur. *Tract. 65, super Joan.*

21. Hic extinguamus mortem, moriendo peccatis. *Homil. 16, Ex quinquag. homil.*

22. Mortificatio, seu affectum castigatio est, quibus animi ac tranquillitas, focundissimisque virtutum fons existens. *In Const., cap. 5.*


23. Credite mihi, et putata repulsi, et si fugata redemti, et reaccendantur extinctis, et si putata denuo excitantur. *Prose.*

24. Parum est semel passus, saepe putandum est, imo (si fieri possit) semper: quia semper quod putari oportet, si non dissimulas, invenis. *Serm. 58, super Cant.*

25. Bone mortuus es a corde, si jam non tibi vivere studeas, sed ei qui pro te mortuus est. *Prose.*

26. Bona mors, non vita, sed mortis: bona mors, et nequaquam abhorrenda, quae vitam etsi admittit, non perimit: admittit quidem, sed ad tempus, restitutam in tempore, duratam sine tempore. *Epist. 92, ad Hensium archiepisc. Senonens.*

27. Bona mors, quae vitam non aufert, sed transfert in melius: bona quae non corpus caedit, sed anima sublevarit. *Serm. 52, super Cant.*



S. BONAV.

28. Debet homo corpus suum mortificare, et sicut magister Pistorum in cruce suspendi. *Serm. 2, Dom. infra oct. Eypth.*

29. Mortificatione confunditur diabolus. *Serm. 3, Dominica 2, Quatrag.*

30. Mortificanda est caro ne superbiat: sed non est exterminanda, ne deficiat. *Serm. 3, de Deditatione.*

31. A seipso in seipsum rigida debet esse censura, et districta severitas. In *Speculo disciplin.*, part. 2, cap. 2.

F. C. S. ANTONIUS

ALBERT.

32. Somnæ afflictiones humillata corpora macerant, maculata corda purificant. *Homil. 4.*

33. Dum exterior afflictio voluntarie districtio nis infertur, tremendi iudicii offensa sedatur, et ingentia debita labor solvit exigunt, que vix consumpturus erat ardor æternus. *Ibid.*

34. Si nosmetipsos propria severitate distingimus, sententiam futuri iudicii prevenimus. *Ibid.*

35. Quid prodest, quod affligis corpus tuum, quando nihil proficit cor tuum? *Ibid.*, *homil. 27.*

CLEM. ALEX.

36. Voluptates contempere, ventrique dominari, est maximi imperii. *Lib. 2, Pædagog.*, cap. 10.

DIONYSIUS

CARTHUS.

37. Disce mori, disce te frangere, assuesce subjectione et abiectione gaudere, ac castigationibus gloriari. *Super hymn. temp. feriati ad Matutin.*

38. Que carni molestiora sunt, elige. In *Exhortat. ad Noct.*, art. 8.

39. Qui se mortificant, sunt quippe mortui proprie voluntati, sed vivunt Deo per ardentissimam charitatem. *De profectu spirit.*, art. 13.

S. EUSEBIUS

EMISENIENS.

40. Parum prodest carnis contritio, si non adhibeatur cordis sollicitudo et mentis intentio. *Prosec.*

41. Quid prodest passiones impugnari a famula, que pacem inventuram habere cum domina?

42. Quid prodest si extra civitatem geramus bellum, et intus patiamur excidium? *Homil. 8, ad Monachos.*

43. Quid prodest afflictio corporalis, si linguam nequitis et obtrectationibus polluiamus? *Ibid.*, *homil. 4.*

44. Quid prodest quod affligis corpus tuum, quando nihil proficit cor tuum? *Ibid.*

45. Si caro conteritur, et anima non fructificatur, simile est ac si campus arari non desinat, et unquam tamen messis appareret. *Ibid.*, *homil. 8.*

46. De contritione animi redimuntur crimina voluptatum. *Prosec.*

47. Per dure creces exercitibus, decepta dadum carnis gaudia puniuntur.

48. Mortificatione presentis, futurae mortis sententia prevenitur.

49. Dum exterior afflictio voluntarie districtio

nis infertur, tremendi iudicii offensa sedatur. *Ibid.*, *hom. 40.*

50. Nisi nostras hic quotidie ressecemus et circumcidamus passiones, deteriores non multo effici, quam fuimus: dum in sæculo viveverimus, perspicuum est. *Ibid.*, *hom. 7.*

51. Qui mortificari se appetunt, jam perfecte, si liceat, Conditoris sui faciem contemplantur. *Lib. 5 Moral.*, cap. 4.

52. Quasi mortui mundo in sepulchro absconduntur, cum mortificati exteriori in secreto interme contemplationis celamur. *Prosec.*

40. Turpe lucrum est, emere, et plura vendere: turpe est enim huiusmodi quaestibus studere. *Super 4, ad Thimothe.*, cap. 3.

41. Iustum est, ut qui est participes in negotiatione, participet in lucro. *Super Apocal.*, cap. 1.

42. Negotiator in mari spe lucrorum acquirendorum pascelit, et omnes erumnas animose excipit, ut anelis opibus suis domum redeat. *Homil.* 25, *super Genes*.

43. Damnosa mercatio est, si salus pro cibo impenditur, ut magna vilia comparantur. *Serm.* de *Jacob et Esau*.

44. Negotiatoris prosperata felicitas, apotheca multiplex est. *Homil.* 36, *super Mathi. Oper. imperfect.*

45. Homo mercator vix aut nunquam potest Deo placere. *Ibid.*, num. 38.

46. Negotiatorum substantia, aut ipsis viventibus peritura est, aut a malis haereticis dissipanda, aut ad extraneos et inimicos haereticos ipsorum ventura est: quia non potest ad bonum proficere, quod congregatur de malo. *Ibid.*

47. Substantia negotiatorum, dum vadunt et veniunt inter emptionem et venditionem, minuitur, et in necessitate nihil illis remanet, nisi solum peccatum. *Ibid.*

48. Quicumque rem comparat, non ut ipsam feni integram et immutatam vendat: sed ut opus faciat ex ea, ille non est negotiator. *Prose*.

49. Qui autem comparat rem, ut illam ipsam integram et immutatam dando lucratur, ille est mercator. *Ibid.*

50. Si quis rem comparatam vendit, mercator est et maledictus: quanto magis maledictus erit, qui non comparatam pecuniam, sed a Deo donatam sibi, dat ad usuram? *Ibid.*

51. Super omnes mercatores, plius maledictus

S. JOHANNES CHRYSOST.

R

est utriusque: quia mercator dat rem, ut jam illam non repetat, iste autem postquam feneraverit, iterum sua repetit, et aliena tollit cum suis. *Ibid.*

52. Quasi ira sunt digni, qui negotiationes sequendo non veniunt ad Deum? *Ibid.*, hom. 41.

53. Quando non labore manuum nostrarum, sed aliter lucra quocunque modo consequimur, ut puta honores gerere, ut divites permanere aliquid, uti mercari, omnia hoc negotio appellatur. *Ibid.*

54. Difficile est, ut quis negotians intret in regnum caelorum. *Ibid.*

S. HIERON. 55. Quis negotians non propterea negotiatur, ut inde alatur? Lib. 4, *altera*, *Horat.*, cap. 49.

S. LAURENT. JUSTIN. 56. Bona negotio haec est, quae misericordem in momento divitem facit. *De Regimine prolatis*, cap. 8.

S. PAULIN. 57. Tanto studiosius et quaestuosius nostra negotio debet agitari, quanto rex noster aeternus Jesus, illo temporalis Salomone praestantior est. *Epist. 4, ad Sever.*

SALVIANUS. 58. Quid aliud cunctorum negotiantium vita, quam fraus atque perjurium? Lib. 3, *de Gubern. Dei*.

TREOPHIL. 59. Negotiatorum genus avarum est, et lucri cupidissimum. *Super Matth.*, cap. xxxi.

S. THOMAS AQUINAS. 60. Negotio illa honesta est, et christiano legitima, quae permissa, quae pecuniis vel res, vel pecuniis, rei familiaris augenda causa, permittuntur: 2, 2, quae 77, art. 1.

61. Negotiari propter res necessarias vite consequendas, omnibus licet: propter lucrum vero, nisi id sit ordinatum ad aliquem honestum finem, negotiari ex se turpe est.

62. Negotiator avidus acquirendi, pro damno blasphematur, pro pretiis rerum mentitur et peccat. 2, 2, quae 77, art. 4.

S. VALER. EPISC. 63. Nunquam negotio sine fraude agitur, ubi ad hoc solum vilis emitur, ut carius distrahatur. *Hom. 20, de Avaritia*.

SENTENTIA PAGANORUM.

ARISTOTEL. 64. Dignis est quidem mercatorum vita, sed virtuti adversa. *Lib. 7, Polit.*, cap. 9.

CICERO. 65. Difficile est finem fieri pretio, nisi libenter feceris. *Orat. 9, in Verrem*, lib. 4, art. 5.

66. Sordidi putandi sunt, qui mercantur a mercatoribus, quod statim vendunt carius: nihil enim proficiunt, nisi admodum mentiantur. *Lib. 1, de Offic.*, num. 159.

Vide etiam tit. *Clericus*, sent. 6; *Negotium*, sent. 20.

NEGOTIUM.

S. AUGUST. *Etymologia*. Negotium dictum est eo quod negot

otium: quantum mali est, quod negat otium.

Super Psalm. lxx, enarrat. 1, vers. 17.

Definitio. Negotium est susceptio diligens alienius rei particularis boni vel mali, tendens ad aliquem finem sive bonum sive malum.

SENTENTIA PATRUM.

1. Nemo invidet otio meo, quia meum otium, magnum habet negotium. *Epist. 110, ad Erodianum*.

2. Otium sanctum quaerit claritas veritatis, negotium iustum suscipit necessitas caritatis. *Lib. 19, de Civit. Dei*, cap. 19.

3. Impossibile est illis, qui negotiis secularibus impleti sunt, ut eor semper sursum habeant. *Super Psalm. 11.*

4. Non continuo gratulandum est omnibus hominibus, quos videmus agere negotia caelestia, quia et illi pestilentiam sedent aliquando in cathedra Moysi. *Ibid.*

5. Recedente necessitate, omnia negotia necessitatis interdicuntur necesse est. *Ibid.*

6. Majorum iura, negotia vocantur. *Lib. 1, Conf.*, cap. 9.

7. Nostra actio non frangatur negotio, nec frigida sit otio. *Epist. 81.*

8. Multi homines in negotiis suis concordent sunt, et ad Dei altare discordes. *Epist. 256.*

9. Non sane absentium negotium descendendum est, si quid quo adjuvari videatur, occurrerit. *Lib. 10, de Genes ad lit.*, cap. 15.

10. Cupiditatem negotii patitur homo in otio, et otii in negotio. *Annot. in Job*, cap. 7.

11. Vix homo preparatur, qui dimissis negotiis propriis, sollicitus est de alienis. *Serm. 57, in Sabbat. sancto*, art. 1, cap. 4.

12. Tanto negotia gravius ponderanda sunt, quanto inde majus periculum cernitur imminere. *Serm. 2, Fer. 3, Dom. 2 Quadr.*

13. Diligenter omne quod faciendum est, tracta apud te, et cum his qui te diligunt: tracta autem ante factum, qui post factum sors retractatio est. *Lib. 4, de Confid. ad Eugen. pap.*

14. Altitudo negotii non animum desiderat, sed eruditum, sed dignum: cuius aptioris potior, vita sanctorum, atque maturior, et opus illustret et consonet sanctitati. *Epist. 312, ad Guidonem abbat.*

15. Libenter amplector negotiationem tuam, quia negotium meum est. *Serm. de Cinqque negot.*

16. Nihil tam incommodum in negotiis accidere solet, quam si quid non observata temporis opportunitate peractum est. *Hom. 45, de Civit. Praelat.*

17. Mercatorum negotia, alienis laborantibus

COLLECTA.

S. AUGUST.

GILBERT. ANGLOR.

GLOR. ORD.

S. GREGOR. MAG.

S. BERNARD. SENENSIS.

S. BERNARD.

S. GREGOR. MAG.

S. HIERON.

RUGO A S. VICTOR.

S. CYRIL.

ALEX. quam maxime ad voluntatem accedant, nihil apud eos qui optimam vivendi rationem elegerunt, habent admirationis. *Ibid.*, hom. 16.

S. EUGEN. LUGDUN. 18. Removeantur illos iam vacua, quam coherentes sibi cause, in quibus, quoad vivitur, studium mortalium, dum subinde negotiis inchoatur, nunquam finitur. *In Epist. pavent. ad Valerian.*

19. Abrumpatur illa interminabilis secularium negotiorum catena, et ille de necessitatibus multis unus per totam vitam labor. *Ibid.*

20. Seculares semper intendunt negotiis; et plus dant negotiationi, quam quieti. *Serm. 45, super Cant.*

21. Si bonus miles esse vis, non implices te secularibus negotiis: quia notitia interea nequam conspicitur, nisi a terra sua seu seculari implicatione cessaveris. *Super Epist. II ad Timot.*, cap. 7, in illud: *Nemo militum Deo*.

22. Male homo vigilat, quando cum secularium negotiorum astus insolenter inquietat. *Lib. 23 Moral.*, cap. 42, num. 20.

23. Aurem cordis tumultus secularium negotiorum claudit, et quies secreta considerationis aperit. *Ibid.*

24. Negotia occupant, quae nobis incessanter apposita, a considerandis nobismetipsis, mentis nostrae oculum declinant. *Ibid.*, lib. 25, cap. 7.

25. In istis negotiis visibilibus, car extra se spargitur: et quid de se intrinsecus agatur, obliviscitur, dum extrinsecus occupatur. *Ibid.*

26. Magna est servitus secularium negotiorum, quibus mens vehementer attritur, quamvis in eis sponte desudet. *Ibid.*, lib. 30, cap. 42, num. 23.

27. Secularia negotia aliquando ex compassione toleranda sunt: nunquam vero ex amore requirenda. *Part. 2, Pastor.*, cap. 7.

28. Sunt pleraque negotia, quae sine peccato exhiberi aut vix, aut nullatenus possunt. *Proiec.*

29. Negotium quod ante conversionem sine peccato exitiit, hoc etiam post conversionem repetere, culpa non est. *Hom. 24, super Evang.*

30. Otiosa vite tranquillitas, negotiorum splendore pretiosior est. *Epist. 76, ad Olympium.*

31. Solitudo a negotiis libera, splendore cum negotiis conjuncto praestantior est. *Hab. apud B. Joan. Damasc.*, lib. 4 *Paral.*, cap. 37.

32. Secularia negotia aliquando ex compassione toleranda sunt, nunquam vero ex amore requirenda: ne cum mentem diligentius aggravant, hanc suo victam pondero ad ima demergant. *Lib. 3, super Lament. Hierem.*, cap. IV.

33. In quolibet negotio duo sunt necessaria, opus videlicet et ratio operis: quae ita sibi connexa sunt, ut alterum sine altero, aut inutile sit, aut minus efficax. *Lib. 5, Didac.*, cap. 5.

34. Non potest anima simul intenta esse temporalibus negotiis dispendiis, et caelestibus contemplandis. *Super Gen.*, cap. xxxv.

35. Negotium sanctum si imponitur, suscipiendum est propter proximi charitatem. *Super Ezech.*, cap. III.

36. Multi ita solliciti sunt de alieno negotio, quod perdit sum. *Super 1, ad Thesol.*, cap. 4.

37. Qui secularibus negotiis sunt dediti, adduci nequeunt ut rem aliquam incipiant, nisi prius aliquid lucri suboleat. *Homil. 11, super Gen.*

38. Omne negotium inter ementes et vendentes conficit mendacium. *Proiec.*

39. Diabolus semper ingerit compendiosa negotia, ut anima pecunia decipiatur.

40. Malum negotium pecunia, quod animam inviscat. *Homil. super Psalm. xc, vers. 6.*

41. Nihil sic libere loqui, et in verum discrimen fiduciam habere facit, sicut nullis secularibus obrui negotiis. *Serm. super illud: Salutate Praecor.*

42. Qui in negotiis, vel in qualibet arte occupatur, non facile quidquam supereminet, neque verbis, neque re, nec cogitationibus suscipit. *Homil. 5, super 1 Cor.*

43. Panper post negotia reliquum temporis in necessariis rebus consumens, magna consequitur pecunia. *Ibid.*

44. Negotium otio ad pietatem est opportunum. *Homil. 21, ad Popul. Antioch.*

45. Navis tempestibus non agitata, secundo vento navigat: et anima secularibus absoluta negotiis in portu quiescit. *Homil. 60, super Joan.*

46. Qui multa tractat et agit, is et sibipsum injuriam inferi et proximis. *Epist. ad Zenonem.*

47. In omni negotio tenet spirituali, quam humano principatum tenet amor. *De Amicit.*, cap. 8.

48. Beatus est homo ille, qui nulli rei, aut negotio temporario, et transitorio senet implicari. *Centur. 1, de Charit.*, cap. 18.

49. Qui mundanis negotiis vero atque ex animo renuntiat, divina charitatis particeps, efficitur. *Ibid.*, cap. 27.

50. Quomodo vincti diffidenter incedunt, sic cursum virtutis purum non absolvunt, viles negotiis implicati. *Paraves.* 263.

51. Quid prodest, si cum a negotiis recesserimus, eorum rumoribus interpellamur? *Ibid.*, in *Libro ascetico*.

52. Damnable est in clerico se curialibus aut secularibus negotiis immiscere. *Epist. 14, ad Sallianum. reg. Anglor.*

53. Negotiis secularibus te totum occupas et involvis in eo decet te, salute anime spreata, adeo

RUGO CARD.

S. JOHANNES CHRYSOST.

S. JOSTIN MART.

S. LAURENT. JUSTIN.

S. MAXIMUS MART.

S. SILVIAN. MART.

PETRUS BLESENSIS.

damnabiliter secularibus involvere. *Ibid.*, epist. 42, ad Robertum Cameracensem.

54. In negotiis amicorum gerendis, tantumdem bonae fidei exigitur, quantum et in propriis. Lib. 7, epist. 41.

S. PETERUS DAMIANUS. 55. Mens terrenis obtenebrata negotiis, frustra se in contemplationis culmen attollere nititur, dum actionum secularium merita, quasi congestis lapidum rudibus aggregatur. Lib. 1, epist. 55, ad Alexand. pap.

56. Secularium negotiorum ratio animam passionibus desiderii facit obnoxiam. Opusc. 12, cap. 25.

PHILO IDE. 57. Caput negotiorum est finis eorum. *De Scripse. Abel.*

TERULLIANUS. 58. Quanto in arcto negotium est, tanto operosior probatio est. *De Penit.*, cap. 9.

THEOPHILACTUS. 59. Si illi nec patrum sepulchri licuit, vas his qui monasticum professi, ad mundana regrediantur negotia. Super *Matth.*, cap. viii, in illud: *Sine mortui sepelire.*

THOMAS A KEMPIS. 60. Tanto longinquior fit homo a Deo, et frigidior in seipso, quanto occupatur et distringitur in negotio externo. *Medit.* 28, in *Dominica Palmor.*, cap. 2.

IN VIT. PAT. 61. Arduum est, ac perquam difficile, ut qui hujusmodi vitam negotiis, tanquam vinculis quibusdam strictis tenetur, quoque curis ac tumultibus distinctur, puram seipsum atque incommuni ab eis servet. Lib. 1, in *Vita SS. Basiliani et Joannit.*, cap. 42.

ARISTOTELES. 62. Magis expellendum est otium, quam negotium: negotia enim sunt cum labore et conatu. Lib. 8 *Polit.*, cap. 3.

63. In omni negotio quidquid faciendum est, ipsiusque voluptatem summè studio vitare oportet. Lib. 2 *Moral.*, cap. 9.

CICERO. 64. Clarorum virorum atque magnorum, non minus otii, quam negotii rationem exulare oportet. *Orat.* 31, pro *Plancio*, num. 65.

65. Caput est in omni procuratore negotii, et munera publici, ut avaritia pellatur etiam minus suspecto. Lib. 2 *de Offic.*, num. 76.

66. In omnibus negotiis primum aggrediare, adhibenda est preparatio diligens. Lib. 1 *de Offic.*

EPICETUS. 67. Cogita quid anteedere, quid sequi solent, atque ita non gerendum suscipio. In suo *Enchirid.*, cap. 35.

68. Homo, primum considera ejusmodi sit res quam aggredi volueris, flomde natura quomodo tu esse ferre queat, explora. *Ibid.*, cap. 36.

SENeca. 69. Estimanda sunt res que aggrediuntur negotia, et vires nostrae cum rebus, quas tentaturi

sumus comparanda. *De Tranquillit. animi*, cap. 5.

70. Illam felicissimum dixerim, qui nihil negotii secum habuit. epist. 52.

71. Nihil tam certum est, quam otiù vitia negotio discuti. Epist. 56.

72. Prospera negotia, cum divina suffragatione foventur, humana minus indigent. Lib. 4, *Dictor. memorab.*, cap. 7.

Vide etiam sit. *Dignitas*, sent. 29; *Felicitas*, sent. 136; *Natura*, sent. 71; *Religiosus*, sent. 34; *Secularium*, sent. 37; *Temperantia*, sent. 16.

NESCIRE.

Nescire, est ignorare essentialium rerum, aut factorum quorumcumque. *Vel*, Nescire, est scientia carere in subiecto capaci.

Differentia. Inter nescire et ignorare hoc interest: quod qui nescit, omnium notitia caret; qui ignorat, aliquid scit. Lib. 1 *de Different.*, Different. 43.

Ignorantia in hoc a nescientia differt, quod nescientia dicit simpliciter scientia negationem, seu essentiam: ignorantia vero importat scientiam privationem, dum scilicet alicui deest scientia eorum quae ipsius natu est scire. 4, 2, quest. 76, art. 2.

PROGENITIO. Origo tetius mali ab ignorantia descendit, et ipse est malorum omnium mater, ex qua incuria et ignavia gignitur. Lib. 5 *Recognit.*

Ignorantia mater errorum est, ignorantia vitiorum nutrix, et peccatum per ignorantiam inania praevadit. Lib. 2, *de Synonyma*, cap. 43.

SENTENTIA PATRIUM.

1. Non tibi deputatur ad culpam quod invitus ignoras, sed quod negligis querere quod ignoras. Lib. 3 *de Libero arbit.*, cap. 19.

2. Non quod naturaliter quae nescit, et naturaliter non potest, hoc animo deputatur in reatum; sed quod scire non studuit. *Ibid.*, cap. 22.

3. Non orabescendum est homini, confiteri se nescire quod nescit; ne dum se scire mentitur, nunquam scire mereatur. Epist. 457, ad *Optatum*.

4. Sunt quaedam, quae nescire quam scire sit malum. In *Enchirid.*, cap. 47.

5. Non est consequens ut continuo erret quicquid aliquid nescit, sed quisquis se existimat scire quod nescit. In *Enchirid.*, cap. 47.

6. Nemo ex me scire querat, quod me nescire scio, nisi forte ut nescire discat, quod sciri non posse sciendum est. Lib. 12 *de Civit. Dei*, cap. 7.

7. Non tibi deputatur ad culpam, quod invitus ignoras, sed quod negligis querere quod ignoras. *De Natura et gratia*, cap. 67.

VALERIUS MAXIMUS.

COLLECTOR.

S. ISIDORUS HISPALENSIS.

S. THOMAS AQUINAS.

S. CLEM. PAP.

S. ISID. HISP.

S. AUGUST.

S. BERNARD.

CASSIUS.

CLEM. PAPA.

S. CYRILL. HIEROSOL.

8. Nunc nescio, nec me pudet ut istud fatear nescire, quod nescio. Lib. 1 *de Anima et ejus orig.*, cap. 16.

9. Melius homini est fateri se nescire quod nescit, quam temere defensare quod nescit. *Ibid.*, cap. 19.

10. Non te quando aliquid nescis, existimabis scire: sed ut scias, discat nescire. *Ibid.*, lib. 4, cap. 24.

11. Id homo nescit negligentia sua, quod adhibita diligentia scire debuisset. *De Natura et gratia*, cap. 17.

12. Melius est nescire, quam errare: sed scire est melius, quam nescire. *Tract.* 21 super *Ecclij.*, *Joan.*, cap. v.

13. Melius est pie conlitter ignorantiam, quam tenere scientiam vendicare: quia temeritas peccata habet, sed ignorantia promeretur veniam. *Serm.* 15, ad *Fratr. in erem.*

14. Non omnia qui ignorat, immunitis est a poena. Ille enim ignorans potest excusari a poena, qui quod discretè non invenit: illis autem hoc ignoscere non poterit, qui habentes a quo discerent, operam non dederunt. Hab. apud *Gratian.* in *Decretis*, part. 1, dist. 37, can. *Non omnia*.

15. Infelix homo, qui scit omnia, le autem nescit: beatus autem qui te scit, etiam illa omnia nescit. Lib. 5 *Conf.*, cap. 4.

16. Certe nullius crimine maculat nescientiam. Epist. 48.

17. Cum labore discimus, sine labore nescimus. Lib. 22 *de Civit. Dei*, cap. 22.

18. Pejor est conditio scientium legem Dei, si non faciant, quam nescientium: ignorantia tamen simpliciter non excusat. *De Gratia et lib. arb.*, cap. 3.

19. Plus a peccatis distat, qui ejus aliquid nescire se scit, quam qui se putat scire quod nescit. Lib. 5 *de Anima et ejus orig.*, cap. 2.

20. Innocentes sunt etiam dum nesciunt. *De Eccles. unilat.*, cap. 2.

21. Multa scienda nesciuntur, aut sciendi inveniunt, aut discendi desidia, aut verecundia impediunt. Epist. 77, ad *Hugonem de S. Victore*.

22. Ipsa est profunda ignorantia, nescire quod pecces. Super *Psalm.* ii, vers. 23: *Et nescivi*.

23. Nihil gravius est, quam si id quod ignorat quis, scire se credit: et defendat verum esse quod falsum est. Lib. 5 *Recognit.*

24. Grande malum est ignorantia, non enim aliud est ignorantia, nisi non cognovisse quod expedit: ubi autem cognovis, perit ignorantia. Epist. 3, *de Offic. sacerdot.*

25. Haec maxima est scientia; in divinis ignorantiam fateri. *Catech.* 6.

26. Aliud est nescisse, aliud scire noluisse: nescire enim ignorantia est; scire noluisse superbia. Lib. 25, *Moral.*, cap. 11, num. 48, super illud *Job.* xxxiv: *Et omnes vias ejus*.

27. Nemo bene judicabit quod ignorat. *Ibid.*, lib. 27, cap. 1.

28. Qui ea quae Dei sunt, sapienter, à Domino sapientur: et qui ea quae Dei sunt, nesciunt, à Domino nesciuntur. Hab. in *Decret. Gratian.*, part. 1, dist. 38, can. *Qui ea*.

29. Melius est aliquid nescire scire, quam cum periculo discere. Epist. 22, ad *Enoch.*

30. Non nos pudet nescire quod nescio. Lib. 1, *Dialog. advers. Pelag.*

31. Non parum est scire quid nescias; prudentis hominis est, nosse mensuram suam. Epist. 33, *advers. Vigil.*

32. Nullus excusatur per ignorantiam: quia tot doctores habet, quot creaturas videt. Super *Prov.*, cap. vi.

33. Qui nescit, facile ratione ducitur: qui vero scire credit cum nesciat, non potest facile veritatem suscipere, sed majori sudore optis est, ut antequam vera inciderent, falsa ex animo ejus ejiciantur. Homil. 76 super *Matth. Oper. perfect.*

34. Ignorantia negligentia filia est. Homil. 42 super *Matth. Oper. imperf.*

35. Qui scire se dicit, is potissimum ignorat quod se scire dicit: sed qui se ignorare dicit, parum aliquam veritatis novit. *Serm.* 19, super *Epist. ad Ephes.*

36. Melius est bene ignorare, quam turpiter scire: illud enim nullam reprehensionem habet, hoc venia omni carere debet. *Orat.* 5 *de Falo*.

37. In non est ignorantia jam excusabilis, nisi scitur quid sit illud quod ignoratur. Lib. 4, homil. 4, ad *Monachos*.

38. Turpe quidem est nescire quod scire jubetur, turpius non discere, turpissimum vero contemnere. *Ibid.*

39. Quod sine peccato nescitur, non est cum periculo discendum. Epist. 33, ad *Fratr. Bernard. Minorit.*

40. Interdum quaedam nescire convenit: sed nullus in culpa major est, quam ille qui Deum nescit. Lib. 2 *de Sum. bono*, cap. 4, sent. 5.

41. Nescire simpliciter, ad ignorantiam pertinet: noluisse vero scire, ad contumacem superbiam. *Prose.*

42. Voluntatem quippe proprii domini velle nescire, quid aliud est, quam velle dominum superbiendo contemnere?

43. Nemo igitur se de ignorantia excuset, quia Deus non solum eos judicat, qui a cognitione sua

S. GREGOR. MAGNUS.

S. HIERON.

HUGO CARD.

S. JOANNES CHRYSOST.

JOAN. TRIT.

S. ISIDORUS HISPALENSIS.

revertentur, sed etiam et illos, qui nescierunt. *Ibid.*, cap. 17, sent. 6.

44. Ignorans quid sit culpa dignum, non sentit: ignorantia nec quando delinquit, agnoscit. Lib. 2, de *Synonymis*, cap. 13.

LACT. FIRM.

45. Non ali ex veritas exigenda est, qui se nescire fatetur. Lib. 6, de *Divin. inst.*, cap. 12.

46. Qui se palam scire quod nesciunt, inopie arrogantiorque desipiunt. *Ibid.*, cap. 18.

S. LAURENTIUS JUSTIN.

47. O besecientie quanta sunt miseria! sub ipsa jacet ratio, discretio periclitatur, fluit mens, fingitur humilitas, virtus deperit, turbatur pax, ordo confunditur, disperditur gratia, desideria sacra concepta frigescent. De *interiori conflictu*, cap. 8.

48. Ubi dominatur ignorantia, ignavia pravaleat. *Ibid.*

S. LEO 3.

49. Si vix in laicis tolerabilis incertitia, quanto magis in eis qui presumunt, nec excusatione est digna, nec venia! Epist. 28.

50. Ignorantia in graves nonnunquam incidit lapsus. Epist. 13, ad *Pulcherium Augustinum*.

PHILO JUD.

51. Agnoscere suam ignorantiam, finis est scientie. De *Migrat. Abrahe*.

SENTENTIE PAGANORUM.

ARISTOTEL.

52. Ignorantia nostri, rerumque aliarum provenit ex eo quod non ducimur, nisi sensu ad discernendum. Lib. 12, *Theolog.*, cap. 20.

PLATO.

53. Pessimum ignorantie genus est, ut is qui nescit, scire se putet. *Sizigia*, 2 in *Dialogo Sophiste*.

54. Qui res suas ignorat, eadem sane ratione res aliorum ignorabit. *Sizigia* 4, in *Dialogo I Alcibiadis*.

SENECA.

55. Temeritas est, damnare quod nescias. Epist. 91.

56. Omnes male habet ignorantia veri, tanquam ad bona feruntur, decepti rumoribus. Epist. 118.

Vide etiam tit. *Definitio*, sent. 42; *Magister*, sent. 45; *Origo*, sent. 43; *Scriptura sacra*, sent. 426.

NIHILUM.

SENTENTIE PATRUM.

S. AMBROS.

1. Nihil est quiddam est diaboli, quod nullam potest habere perpetuitatem, atque substantiam. Lib. 2 de *Jacob*, cap. 5.

S. ANTONIN.

2. Nihil est quod in mundo appareat veri et firmi boni: nihil enim est, quod de se tendit in nihilum; et sicut omnia ex nihilo facta sunt, ita ex se debeant redire in nihilum. Part. 2, tit. 5, cap. 14, § 3.

S. AUGUST.

3. Vita, que fructu corporis delectata negligit Deum, inclinatur ad nihilum. De *Veru relig.*, cap. 14.

4. Sine protectione Dei nihil est. Super. *Psalm* LXII, vers. 8.

5. Hec est tota scientia magna hominis, scire quia ipse per se nihil est. Super. *Psalm* LXX, conc. 1.

6. Falsum probare non potest, qui probat nihil. Lib. 1, *contra Academ.* cap. 4.

7. Qui nihil approbat, nihil agit. *Ibid.*, lib. 3, cap. 15.

8. Omnis defectus tendit ad nihilum; et interitum nihilum magis proprie oportet accipi, quam cum id quod aliquid erat, nihil fit; quare tendere ad nihilum, est ad interitum tendere. De *immort. anime*, cap. 7.

9. Omnia de nihilo Deus creavit. Lib. 1 de *Lib. arb.*, cap. 2.

10. Scri non potest, quod nihil est. *Ibid.*, lib. 2, cap. 20.

11. Detracto penitus omni bono, omnino nihil remanebit. *Ibid.*

12. Omnis defectus ex nihilo est. *Ibid.*

13. Quod nulla res est, omnino nihil est. Lib. 1, de *Doctr. christ.*, cap. 2.

14. Creatura, que beata esse potest, non ex se ipsa potest, quia ex nihilo creata est. Lib. 12, de *Civit. Dei*, cap. 1.

15. Peccatum nihil est, et nihil fiunt homines, cum peccant. Tract. 1, super *Joan.*

16. Ante mundum Christus, ante Christum nihil. *Ibid.*, tract. 38.

17. Ad nihilum redactus est homo, nihil est homo. Quomodo tamen penitus nihil est, quem magnificat Deus? Quomodo nihil, erga quem appositum est cor divinum? Respiremus fratres, et si nihil sumus in cordibus nostris, forte in corde Dei potest aliud latere de nobis. Serm. 5, *Delect.* *Eccles.*

18. Ecce quasi non sumus sic sumus coram Deo, quasi nihilum et imane reputati: putantes nos aliquid esse, cum nihil sumus. Serm. de *quinque negotiationibus*.

19. Nihil ex nihilo existere, vera sententia est, cui nemo unquam veterum refragatus est. Lib. 5, de *Consolat. philos.*, prosa 1.

20. Nihil sunt et nihil fuerunt homines, scilicet sine valore in se: cum peccant. Super. *Sep.*, cap. 3.

21. Sine charitate homo nihil est. *Ibid.*, cap. 9.

22. Nihil omnia sunt, in quibus homo glorietur. Super. *Psalm* XXXVI.

23. Caneat ex nihilo facta sunt, et in nihilum tenderent, nisi ea auctor omnium manu retineret. Lib. 16 *Moral.*, cap. 16, num. 13.

24. Peccator, quia peccando ad nihilum tendit, cum nihil illud, cui inhasit, deserit, quasi ad esse redit. Lib. 5, in *I Reg.*, cap. 17.

S. BERNARD.

BORTIUS.

S. BONAV.

GLOS. ORD.

S. GREG. MAG.

HAYRO.

25. Omnis creatura, que non adhaeret illi, qui semper habet esse, nihil est. Serm. *Dom.* 16, post *Pent.*

HUGO A S. VICTORE.

26. De nihilo nihil in nihilum nil posse reverti: Et redit in nihilum quod fuit ante nihil. Lib. 1, *Diates.*, cap. 7.

HUGO CARD.

27. Peccator ad nihilum devenit, quia recessit ab eo qui est, quia socius fit ejus qui non est, quia conjungit sibi peccatum quod non est, quia melius est non esse quam in gehenna esse. Super. *Psalm* LVII.

PETRUS BL.

28. Homo ex se nihil est: si autem aliquid est, ex Dei munere est. Super. *Sapient.*, cap. vi.

PHILO JUD.

29. Graviter decepti sunt, qui putant se aliquid esse, cum nihil sint. Epist. 107, ad *Amic. suum*.

30. Sicut ex nihilo nihil fit, sic nihil corruptione redigitur in nihilum: nam ex non existente impossibile est quidquam fieri, et ens prorsus interire impossibile creditur. Lib. *Quod mundus sit incorruptib.*

RICHARD A S. VICTORE.

31. Nihil in nihilum recidere natura patitur: sed unde est initium, eodem finis reddit. Lib. 2 de *Victimis*.

32. Discat quisque quam nihil sit, et per seipsum quam nihil possit. Part. 1, lib. 2, de *Erol. hom. inter.*, cap. 30.

TERTIULL.

33. Nos nihil sumus, et tamen magis de nobis ostendimus. Part. 1, de *Baptism. Christi*.

34. Qui nihil fueras priusquam esses, Mem nihil factus es, cum esse desideris: cur non posses esse rursus de nihilo ejusdem auctoris voluntate, qui voluit esse de nihilo? In *Apology. advers. Gentes*, cap. 48.

THEOMAS A NEMPSIS.

35. Omnia ad nihilum tendunt, que foris infida parent. In *Hortulo rosar.*, cap. 10, sect. 2.

SENeca.

36. Omnis dies, omnis hora, quam nihil sumus, ostendit. Epist. 101.

NIMIETAS.

SENTENTIE PATRUM.

S. ANTONIN.

1. Cave quod est nimium, omnis enim vehementi salti inimica est, et excessus omnis in culpa. *Prose.*

S. AUGUST.

2. Bonarumque rerum consuetudo nimia, pessima est. Part. 3, tit. 3, cap. 1 § 9.

3. Nimieta cibi, calorem naturalem suffocet. Part. 4, tit. 4, de *Temperantia*, cap. 4, § 1.

4. Quis est, qui non in cibo rapitur aliquando extra metas necessitatis? Lib. 10, *Conf.*, cap. 31.

5. Res que nimia est, modo eget. De *Beata vita*, in *disput.* 3, diei.

6. Quomodo optulatur quod nimium est, cum incommoedus sit sepe, quam parum? *Ibid.*

7. Quidquid vel parum vel nimium est, quia modo eget, obnoctium est aegestas. *Ibid.*

8. Illud preclarum est, et non immerito diffamatur, hoc primum in vita esse utile, ut esse quid nimis. *Ibid.*

9. Ipsa bona, que per se bona sunt, aliquid contrahunt, cum excedunt. De *Vera et falsa penit.*, cap. 8.

10. Tantum valet ordinatio Creatoris, et ordo creature, ut in rebus ad attendendum concessis, etiam cum modus excedit, longe sit tolerabilis, quoad in eis que concessa non sunt, vel unus, vel rarus excessus. De *Bono conjugii*, cap. 11.

11. Qui fit nimium justus, ipso nimio fit injustus. Tract. 95, super *Joan.*

12. Omnis nimieta in vitio deputatur. Serm. S. BERNARD. 63, ad *Sororem*.

13. Nunquam nimis dicitur, quod nunquam nimis fit. Super. *Epist. ad Philip.*, cap. v.

14. Duce temperantie modum, qui per licentiam queris excessum. De *Singulari clericor.*, cap. 9.

15. Nimieta salubri piorem consilio refranda est. Lib. 5, in *I Reg.*, cap. iv, super illud: *Nahis contradiit.*

16. Philosophorum sententia est, moderatas esse virtutes: excedentes autem modum atque mensuram, inter vitia deputari. Epist. 8, ad *Demetriam*.

17. Pluvia illa optima est, que sensim descendit in terram; subdus et nimis imber in preceps arva subvertit. Epist. 10, ad *Furiam*.

18. Difficile est modum tenere in omnibus; modus virtus est, vitium nimieta reputatur: quod una et brevi sententia exprime posse sumus: Ne quid nimis. Epist. 27, ad *Fulvich.*

19. Morti ex saturitate nimis concitantur. Lib. 2, *advers. Jovian.*

20. Immoderata jejuniis, et ardor abstinence, et inordinatae vigiliae, intemperantiae coarguuntur: idque nimietae sui parant, ut hanc ipsa postea nec mediciorum quidem flori possint. *Prose.*

21. Quod laudabile est in tempore suo, illi de nimietae culpabile.

22. In bonis rebus quiddam modum excesserit, vitium est. Epist. 1, ad *Demetriam*.

23. Virtutes discretionem querunt, et nimietae omnis in vitio est. Lib. 1, super *Prov.*, cap. 4, super illud: *Averte pedem tuum a malo.*

24. Non sola crapula vini mentem inebriare consuevit, verum etiam cunctarum escarum nimieta vacillantem eam, ac nutantundam reddidit, omnique integritatis ac puritatis contemplatione dispoliat. Lib. 5 de *Canob. inst.*, cap. 6.

S. BRUNO.

S. CYPRIAN.

S. GREGORIUS MAG.

S. HIERONYM.

JOAN. CASS.

25. Si Sodomitas sola nimietas patris ad pruruptum flagitiorum precipitum vitio satietatis impetigi, quid censendum est de his, qui regelo corpore percipionem carnium, ac vini, immoderata libertate prassumunt, non quantum expetit imbecillitas, sed quantum animi libido suggesterit, usurpantes? *Ibid.*

26. Quisquam mensuram distributionis excesserit, necesse est ut modum quoque remissionis excedat. *Ibid.*, lib. 6, cap. 23.

27. Vetus sententia est: Nimietales aequalitates sunt. *Collat. 2, Abbat. Moysi, cap. 16.*

28. Esca potusque est nimietas castiganda. *Collat. 22, Abbat. Theonae, cap. 6.*

29. Nec valet quidquam non per imbecillitatem perhibere, ne dum quid nimis. *Prosec.*

30. Nam quidquid cum modo et temperamento fit salutare est: quidquid autem nimis et ultra modum est, periculosum fit.

31. In omni ergo opere modum et temperamentum oportet habere: nam omnia quod excedit, periculosum est.

32. Sicut aqua, que si nimio imbres prebeat, non solum nullum usum collibet, sed etiam periculum exhibet. *Lib. 2 de Sum. bono, cap. 44, sent. 14.*

33. Nimietales omnis in vitio deputatur: omnia autem quod cum modo fit, salubriter fit. *Lib. 2 de Signo, cap. 16.*

34. Omnia quod nimis est, vitium est. *Ibid.*

35. Nimietales edaces et libacis dederat, non cibi neque poculi natura contemnat. *Serm. 4, Quadrag.*

36. Quocumque super mensuram sunt, demonum sunt. *In Sent. in fine positus, sent. 78.*

SENTENTIA PAGANORUM.

37. Nimii labores, cibique nimii, valetudinem auferunt. *Lib. 2 Educ. ad Nicomach., cap. 2.*

38. Omne nimium, quod in voluptatibus reperitur, esse vituperabile perspicuum est. *Lib. 3 Moral., cap. 11.*

39. Omne nimium grave, et odiosum est. *Ibid.*, lib. 4, cap. 7.

40. Quicquid plus est, iniquum seu iniquale est: sed non quicquid est iniquum, plus est. *Ibid.*, lib. 5, cap. 2.

41. Quod nimium est fugito: parvo gaudere memento. *Lib. 2 Disticho, metr. 21.*

42. Somnus et vigilia modum si excesserint malum. *Consuetor. 2, aphorism. 3.*

43. Omne nimium nature inimicum. *Ibid.*, aphorism. 11.

44. Omne nimium certe in magnam quandam contrarietate mutationem solet erumpere. *Syryg. 4, lib. 8, de Regu.*

45. Periculum non est, ne sit nimium quod esse maximum debet. *Lib. 8, epist. ad Marzin.*

46. Voluptas nocet nimia: in virtute non est verendum, ne quid nimium sit, quia in ipsa est modus. *De Beati vita, cap. 13.*

47. Vitiosum est ubique quod nimium est. *De Tranquillitat. carnis, cap. 9.*

48. Nunquam nimis dicitur, quod nunquam satis dicitur. *Epist. 27.*

49. Magni animi est, mediocriter malle quam nimia: illa enim utilia sunt, si haec eoquod superfluum, nocent. *Prosec.*

50. Sic segetem nimis sternit uberitas, sic rami opere nimio franguntur, sic ad maturitatem non pervenit nimia fecunditas. *Epist. 39.*

51. Omne quod homini plus est, quam necesse sit, inimicum et est. *Sant. 132.*

52. Nil nimium, satis est, ne sit et hoc nimium. *In Dicitu Sapient. ex Ausonio, dist. 6.*

NOBILITAS.

Etyologia. Nobilitas dicitur, quasi non vilis; cujus et nomen et genus scitur. *Lib. 16, Etymol., verbo Nobilit.*

Definitio. Nihil aliud est nobilitas humana quam dum hominum fama, et quaedam in exterioribus vita honorabilis. *Serm. 1, de Uno martyra. Nobilitas est virtus generosorum morum. Sisygia 6, de Defina.*

SENTENTIA PATRUM.

1. Extra paradisum vir factus est, et mulier intra paradisum; ut advertas quod non loci, non generis nobilitate, sed virtute unusquisque gratiam sibi comparat. *De Paradiso, cap. 4.*

2. Probati viri genus, virtutis prosapia est. *De Noc et Aros, cap. 4.*

3. Quid te iactas de nobilitatis prosapia? non datur nobilitati palma, sed virtuti. *De Nobilitate, cap. 13.*

4. Commune malum nobilitatis est superbia. *S. ANTONIUM, Part. 2, tit. 3, cap. 4, § 4.*

5. Ridiculus est nobilitas, que attenditur ex parva corporis ratione generis. *Ibid.*

6. Unum hominum est, quod habet nobilitas carnis, que quasi quoddam frugum est, cuod debet colihere homines, ne male faciant. *Ibid.*

7. Nobilitas sola est, que animum moribus ornant. *Ibid.*

8. Non estimatur etiam ab Ethnicis sapientibus nobilitas carnis, sed animi ex optimis moribus resultans. *Part. 2, tit. 4, cap. 4.*

9. Signa vera nobilitatis animi sunt: liberalitas, mansuetudo, virilitas, magnanimitas, gratitudo. *Ibid.*

10. Nobilitas in tribus consistit: in sua causa,

PLINIO L.

SENTECA.

STERTUS PR.

TRAIRES PR.

S. HODORUS HISPALENSIS.

S. BONAV.

PLATO.

S. AMBROS.

S. ANTONIUM.

S. BERNARD.

in sua substantia, in sua efficientia: in sua causa, si a nobili origine principium ducit; in sua substantia, si nobilem essentiam, et proprietatem in se possideat; in sua efficientia, si nobiles effectus ex se producat. *Part. 4, tit. 15, cap. 3, § 5.*

11. Ubi nobilitas originis perficitur, et ornatur nobilitate morum et operis, utraque alteri prestat incrementum laudis. *Prosec.*

12. Nobilitas carnis non laudatur, sed vituperatur, quando deest nobilitas mentis.

13. Nobilitas autem mentis sine nobilitate carnis tanto amplius laudatur, quanto etiam propriam vincens naturam laudabiliter operatur. *Ibid.*, cap. 3, § 4.

14. Questus turpitudinis tunc est, quando hi qui nobiles dicuntur, dehonestari videntur. *Prosec.*

15. Facile imitatores invenit honesta nobilitas. *In Quest. veteris et novi Testam., quest. 116.*

16. Magis gaudent pudica nobilis generis, nobilitate sanctitate. *Epist. 179, ad Probam et Juliam.*

17. Nobilitas est generatio spiritalis, quam carnis. *Serm. 1, Dom. Quinquag.*

18. Mala nobilitas est, que se per superbiam apud Deum reddit ignobilem. *Serm. 1, Fr. 5, in cura Dom.*

19. Cur te iactas de generis nobilitate? nunquid omnium nascenti conditio una est? nunquid moriendi una conclusio? *Prosec.*

20. Quis nobilitum inquam patris est sine sanguinis emanatione? nunquid nobilis simul cum paupere per eundem, dum nascitur, meatum transit? *Serm. 48, ad Erat. in oratio.*

21. Hostis plures superbos tenet nomine nobilitatis, et de his plures nomine auctoritatis. *Lib. 8, Conf., cap. 4.*

22. Corporalis nobilitas atque opulentia, morum intelliguntur esse, non tua. *Epist. 143.*

23. Nemo nobilis, nisi quem nobilitas virtus. *In suis Proserp., verbo Nemo.*

24. Summa apud Deum est nobilitas, clarum esse virtutibus. *Ibid., verbo Summa.*

25. Beneficia tu in nobilitas, que pro gloria certantibus ceteris, de contemptu glorie gloriofius sublimaris, et sublimius gloriaris. *Prosec.*

26. Insignis plane atque illustrior, quod de paucis facta es, quam quod orta de magnis: illud namque Dei munere tantum est, hoc tuorum. *Quod laum est tanto carius est, quanto rarius.*

27. Si in visis virtus rara est avis in terris quanto magis in hominibus fragilis, et nobilis?

28. Minime est Deus acceptor personarum. Nescio tamen quomodo virtus in nobili plus placeat: an forte, quia plus claret? siquidem ignobilis cum caret gloria, non facile liquet utrum quia

nobis, an quia non possit habere. *Epist. 113, ad Sophiam virg.*

29. Quam sit inane, quam futile nobilitatis nomen; quis non videat? qui si ad claritudinem referatur, aliena est. *Prosec.*

30. Videtur namque esse nobilitas quedam de meritis veniens laus parentum.

31. Quod si claritudinem prescriptive facit, illi sint clari necesse est, qui habentur: quare splendendum te, si tuum non quis, aliena claritudo non efficit.

32. Quod si quid est in nobilitate bonum, id esse arbitror solum, ut imposita nobilitas necessitudo videatur, ne a majorum virtute degenerent. *Lib. 3, de Consolat. philot., prosa 6.*

33. Una est sola nobilitas facere voluntatem Dei: nec in patribus nobilitas magnam sapiamus, nisi eis similes fuerimus. *Super Joann., cap. viii, in illud: Opera patris vestri facite.*

34. Nobilis est Christus secundum carnem, nobilitas secundum animam, nobilissimus secundum divinitatem. *Serm. 3, de Ascen.*

35. Ille epud Deum nobilitas est, non quem nobilitas generis, sed quem devoto fidei et sancta vita commendat. *Lib. 1, Pharesa, cap. 49.*

36. Nullum ad commendationem hominis dignitas prosapie meritum, sed fides affert. *Ibid.*

37. Dominus non attendit in potentibus mundi, carnis nobilitatem sed nobilitatem morum. *De Eccles. hierarch., part. 2, cap. 3.*

38. Sine causa est a foris vel genere, vel honore conspicuus, qui non est intus ingenuus. *Rom. 4, Et Euseb. Eius., hom. 3 Pasche.*

39. Nobilitas generis, vel virtutis gloria, postores illustrat. *De Cardinal. oper. Christi, in prefat. cap. 1.*

40. Nomen instabilis fortuna est nobilitas. *Epist. ad Damas. Pap. de morte D. Hieron.*

41. Quod facilis, non differatis, frequentissimo vestimenta permotus, ne forte vestra disperset nobilitas, nec sit qui vos excedat ut in inferno verecundiam receptis et confusionem. *Ibid.*

42. Discite vi nihil ubi de nobilitate generis assequatur: licet avo, patre, socio, inartio consiliis pridem fueris inter scapulares illustres. *Prosec.*

43. Nunc in eo te illustrem fieri cognosce, in quo tibi virtus humilitatis accrescit.

44. Nobilitatem carnis, que superbie fomes est, objice: et nobilitatem spiritus, perniciosa nocuis humilitate sociare. *Epist. 2, ad Gallum, cap. 16.*

45. Vera nobilitas non subsistit ex divitis, sed cognoscitur in moribus. *Tract. de Machab.*

46. De prosapia carnis evacuatis a gloria Christi, si alia te nobilitati presumas. *Serm. 18, super Cant.*

NOETUS.

S. BONAV.

S. CESARIUS ABELAT. ET FERRIS. EMBIAEN. S. CYPRIAN.

S. EPISTIUS CESARIENSIS.

FULGENT.

S. GAUDENT.

GILBERTUS. FOURET.

S. GREGOR.
MAGNUS.

47. Ad nobilitatem internam proles, virtutis nobilitate sublevantur, qui stultam sapientiam mundi despiciunt, et sapientem Dei stultitiam concupiscunt. Lib. 20 *Moral.*, cap. 16, nom. 17.

48. Tanto ad nobilitatem quisque erigitur, quanto per acceptam imaginem ad similitudinem Christi ex imitatione renovatur. *Ibid.*, num. 17.

49. Nonnulli selet nobilitas generis parare ignobilitatem mentis, ut minus se in hoc mundo despiciant, qui plus ceteris se aliquid fuisse meminerunt. Lib. 2, *Dialog.*, cap. 23.

50. Non te generis nobilitas extollat, ne super te causa iactantias rapiaris: sed omnibus inferiorum te sentias, et sic in te spiritum superbie extinguas. Super *Septem Psalm.*, *Psal.* Super *Psal.*, vii, vers. 10.

51. Nobilitatem semiplenum bonum videtur, quod sine adiectione et favoris praesidiis relinquatur. Lib. 12, in *Registro*, indict. 7, cap. 17, epist. 17, ad *Aclepiodotum patricium*.

52. Nobilitas que trahitur ex carnis origine, recte fidei virtutibus est illustranda. Lib. 3, in 1, *Reg.*, cap. 1, super illud: *Hi sunt dii, qui percurserunt*.

53. Carne magnorum virorum se filios esse gloriuntur, qui eorum nobilitatem fidei non sequuntur. *Ibid.*

54. Nobilis dicitur, qui superna conversatione conspicuus est, et de mundana vite rusticitate nihil habet. Lib. 4, in 1, *Reg.*, cap. 19, super illud: *Eccc est vir Dei in civitate*.

55. Viri Dei nobiles sunt, qui dum fertiter ea que divina sunt agunt, et nihil degenerositas habent: quia in magna luce omnia sue conversationis radios profertunt celestis originis. *Ibid.*

S. GREG.
MAY.

56. Nobilitas vera, imago est conservatio, et ad exemplar configuratio, quod operatur verbum et virtus. Orat. 7, in *Funeris Gorgoniae Sororis sua*.

57. Nequam philosophicum est, eam nobilitatem admirari, que ex fabulis et sepulchris procedit, ac jam diu superstitia tollit: nec illam, que ex sanguine oritur, ac literis: sed quam pietas ac mores suis consignansignis. Orat. 21, ad *Heronem philosophum*.

58. Unusquisque nobilis est, qui illud quod ex virtute est, et ad archetypum inclinatur, consecutus est et custodit. *Provec.*

59. Ignobilis vero omnis, qui malitia confundit, et formam aliam, hoc est anguis more tendit. Orat. 23, ad *Arianos*.

S. BERNON.

60. Nobilem familiam Virgo virginitate sua nobiliorum facit. Epist. 8 ad *Demetrium*, pag. 64.

61. Nulli te unquam de generis nobilitate proponas: neque obscuriores quasque, et humiliores

loco natus, te inferiores putes. Epist. 14, ad *Celantiam*.

62. Summa apud Deum nobilitas est, clarum esse virtutibus. Quid apud Deum in viris nobilitas Petro, qui piscator et pauper fuit? Quid in feminis Beata Maria illustrans, que sponsa fabri describitur? *Ibid.*

63. Frustra sibi aliquis de nobilitate generis applaudit, cum universi pariter honoris, et ejusdem apud Deum pretii sint, qui uno Christi sanguine sunt redempti. *Ibid.*

64. Nihil eo nobilior, qui opibus et nobilitate contemptus, fit paupertate et humilitate nobilior. Epist. 16, ad *Principiam*.

65. Gloriosior ille sub vero Imperatore Christo, non qui nobilior, sed qui fortior est. Lib. 1, *adv. Jovinianum*.

66. Nobilitas tua ad hoc tantum memineris, ut cum claritate generis morum sanctitate contentas: et cum nobilitate corporis, animi virtute nobilior proficias. Epist. 4, ad *Demetriadem*.

67. Ille clarus, ille sublimis, ille sit nobilis, ille tunc integram nobilitatem sua servare se putat, si digne servare vitis, ab eisque non superari: a quo eam qui superatur, hujus et servus est. *Ibid.*

68. Non est quod sibi aliquis de nobilitate generis blandiatur, si ex meliori parte vitiorum sit famulus: multo est indignius mente servare, quam corpore. *Ibid.*

69. Quid tibi in generis nobilitate blandiris et complacere? duos homines ab exordio fecit Deus, ex quibus totius humani generis silva descendit. *Provec.*

70. Mundanam nobilitatem non naturae equitas prestat, sed cupiditatis ambitio. Epist. 14, ad *Mauritium filium*.

71. Nullus tibi ignobilitatis locus, nec degener quisquam est, quem divine nativitas ornat nobilitas, nisi apud illos qui non putant humanis celestia preponenda: aut si putant, quam vanum est, ut se illis in minoribus preferant, quos sibi in majoribus pares esse sentiant. *Ibid.*

72. Dignitas originis, in operum consistit exemplis: et prospere gloria, fidei imitatione retinetur. Super *Matth.*, cap. 2.

73. Nobilitas generis non salvat hominem, sed quandoque penam ejus aggravat. Super *Psal.*, xxxix.

74. Nobilitas sola est animi, quem moribus ornat. In *Prologo*.

75. Que utilitas est ex claris et probis parentibus originem ducere, bonae autem vite et turpis esse expertem? *Provec.*

76. Magna tibi erit gloria, si parentes et pro-

genitores tui fuerint ignobiles et obscuri, ipse autem virtutibus floreat. Rom. 23, super *Gen.*

77. Quid infidelis gloria? soepe qui clarus erat et nobilis, repente contemptibilis fit et ignobilis: et e diverso soepe obscuro subito claruscit. Rom. de *Habenda cura salutis praxim*.

78. Et si nullus clarus habearis, atque nobilis, nihil hinc tamen inglorio aliquo melior existis: imo ad hoc ipsum multo inhonoratior, multoque despectior. Rom. 4, super *Matth.*, *Oper. perf.*

79. Nihil confert ad eminentiam liberis patris nobilitas: depravatio enim voluntatis, vici privilegia natura, que peccantem non modo nobilitate patris, verum etiam ipsa libertate expellunt. *Ibid.*, hom. 9.

80. Una sola et vera et communis nobilitas cum Christo est, ut voluntatem Dei facias: hic nobilitatis modus multo melior aliis nobilitatibus atque uberior. *Ibid.*, hom. 45.

81. Nihil de parentum nobilitate quidquam nobis arrogamus, nisi probum eorum vitam sequamur. *Ibid.*

82. Si nobilitatem tuam ostentare placet, libertatem animi ostende. *Ibid.*, hom. 59.

83. Quid prodest ei quem sordidant mores generatio clara? aut quid nocet ei generatio vilis, quem mores adornant? *Provec.*

84. Ipse se vacuum ab omnibus bonis actibus ostendit, qui gloriatur in patribus. Rom. 3, super *Matth.*, *Oper. imperf.*

85. Aurum de terra nascitur, sed non est terra: aurum quidem eligitur, terra autem contemnitur: sic nobilitas. *Ibid.*

86. Melius est de contemptibili genere clarum fieri, quam de claro genere contemptibilem nasci. *Provec.*

87. Qui de claro genere clarus nascitur, gloria claritudinis ejus, non est ejus solus, sed communis videtur cum genere: qui autem de contemptibili genere clarus equalitur, tota gloria claritudinis ejus, solus ejus est.

88. Qui de contemptibili genere, contemptibilis nascitur, turpitudine contemptibilitatis illius, non ejus solus est, sed etiam generis ejus: qui autem de claro genere contemptibilis nascitur, omnis turpitudine illius, solus ejus est.

89. Melius est ut in te glorientur parentes, qui telem filium habent, quam tu glorieris in parentibus. *Ibid.*

90. Tu qui magna de nobilitate majorum te iactas, ultra proavos atque avos tuos si progrediaris, invenies multos e genere tuo agones forsitan aut eapones fuisse: ad alteros e contrario: progrediaris tu aliquantulum ultra parentes, et invenies multo te clariore fuisse. *Ibid.*

Tom. III.

91. Nihil aliud certe est nobilitatis genus, quam verbi sonitus ab omni re destitutus, quod in extremo illo die probe scietis. Rom. 59, super *Matth.*, *Oper. perfect.*

92. Generatio clara non liberat, quem vita maculata ligat. In cap. 2, *Regul. S. Benedicti*, verbo *Coput*.

93. Qui vitis dominatur, ille nobilis est. *Ibid.*

94. Ille clarus, ille sublimis, ille nobilis, ille tunc integram nobilitatem suam ostendit, si de dignetur servire vitis, et ab eis non superari. *Ibid.*

95. Quid prodest ei, quem majores sordidant, generatio clara? aut quid nocet illi generatio vilis, quem mores adornant? *Ibid.*

96. Vera nobilitas a probis moribus conflata nata est, ac firma et stabilis dignitas virtute comparatur. Lib. 2, epist. 294, ad *Serenam*.

97. Que potest firma esse nobilitas, que opes, que potentia, cum possit Deus reges quoque ipsos inferiores infimis facere? Lib. 5, de *Diab. inst.*, cap. 16.

98. Nobilitate generosus es, parentes tuos laudans: omnes tamen pari sorte nascimur, sola virtute distingimur. In suo *Octavo*.

99. Quid iactas genus tuum? quem teipsum facis? vaga et incerta est hominum generatio: et quandoque putatur filius principis, qui filius est culinarii histriconis. Epist. 3, ad *Quendam nobilem*.

100. Quanto est celebratior titulus tue nobilitatis, tanto gloriosius tibi editit ad cumulum laudis: si alios in Christi ministerio superas sanctitate, que generalitate transcendit. Epist. 15, ad *Epic. Carotenam*.

101. Veram et commendabilem reputo nobilitatem, cum generis claritate virtutem. *Ibid.*, epist. 49, ad *Decum Carotenam*.

102. Nobilitatem Sanctorum octo semper amittit, nec te ad agendum aliquid generositas carnis, sed potius linea provoct, sanctitatis. *Provec.*

103. Frivolum est, proavorum iactare titulos, sed gloriosum est, Sanctorum precedentium equiparare triumphos.

104. Non tam delectatior sublimitate natalium, quam spiritalium decore virtutum. Lib. 7, epist. 44, ad *Beatrix ducta*.

105. In humano genere ille nobilis dicitur, qui claris majorum titulis insignitur. *Serm.* 26, de *Nativ. B. M. V.*

106. Quoniam nobilitas ex parte purgaturque mentis ars est precipua, nobiles dicendi sunt sol prudentes et justis, etiam si e vernis aut empitiis nati sint. *Provec.*

107. Multis vero prognatis ex honestis majoribus, nullus locus esto inter nobiles. De *Nobilitate*.

JOAN. TIT.

S. IUSTI.
PELLESI.

LACT. PISM.

MINUTUS
PELIX.

PET. BLES.

S. PETRUS.
DAMIAN.

THEO. JUD.

108. Si Deus nobilitati formam vocemque daret humanam, sic allocutura esset: Gentilitas non sanguine solo estimatur apud veritatem iudicem, sed factis studiisque similibus. *Ibid.*

109. Satis liquet nobilitatem virtuti potius tribuendam, quam illustri generi. *Ibid.*

110. Quid prodest nobilitas generis, ignobilium preesse ferunt animam? *Ibid.*

111. Liqueat nobilitatem nihil prodesse indignis hac prerogativa generis. *Ibid.*

112. Generis nobilitas, etiam deterritis obicit. *Lib. de Abraham.*

113. Genus deductum ab illustribus majoribus, generosioris factis demonstrare, proferunt est turpissimum. *Lib. de Joseph.*

114. Absit ut me nobilem Sanguis parentum preestet, aut lex curas: Generosus Christi seculi nobilitat viros. *In Porciophano, de Hyano S. Romani Martyr., vers. 125.*

115. Non aliud videtur nobilitas in omni mundo, quam unus homo in grandi populo, *Lib. 3, de Gubern. Dei.*

116. Tanta est miseria hujus temporis, ut nullus habeatur magis nobilis, quam qui est plurimum dives. *Ibid.*

117. Quicumque ex nobilibus, qui mala horrent, irasci talibus debent, qui facinorosis sordidissimis nobilitatis nomen infamant. *Ibid., lib. 4.*

118. Virtus est longe illustrior nobilitate majorum. *Super 2 Reg., quest. 84.*

119. Nobilis est et ingenuus, quem nobilitas sua virtus, in *Horatio rosar., cap. 9, sect. 3.*

120. Inter nobiles, nil virtute nobilior: inter ignobiles, nil vitio deterior. In *Euthymii monachar., cap. 6.*

121. Qui appetunt se de nobilitate, et non loquentur vitam nobilitatem et nobilitatem, non debent dici nobiles, quia degenerant. *Prose.*

78. Si vis ergo profectus esse, hilariter et cum magna vultu alacritate suscipe jubentis imperium; ut voluntati cordis, simplicitati operis, vultu hilaritatem adjungas. *Ibid.*

79. Velociter est obsecrandum obedientiae; velociter enim currit sermo Dei, et velocem habere desiderat sequentem. *Ibid.*

80. Fidelis obediens nescit moras, fugit crastinum, ignorat tarditatem, praeripit praecipientem, parat oculos visui, aures auditui, linguam voci, manus operi, hinc pedes; totum se colligit, ut imperantis colligat voluntatem. *Ibid.*

81. Tu cum voluntatem cordis, simplicitatem operi, hilaritatem vultui in obedientia conjungas, adde velocitatem, ut sis ad implendum velocior. *Ibid.*

82. Nihil proderit fortiter obedire, si contigerit infideliter superbire. *Ibid.*

83. Modus vere obediendi divinis praecipitis, hic est: sit sedulitas in prosecta virtutis; sit profunditas in descensu humilitatis; sit firmitas in affectu charitatis. *Super Luc.*, cap. vi.

84. Verus obediens debet esse silens a murmuratione, purus intentione, placens executione, silens ore, purus corde, placens opere. *Serm. 3, Dom. infra octav. Epiph.*

85. O quam detestabile vitium obedientiae contrarium, per quod angelus de caelo, homo de paradiso occidit! *Serm. 3, Dom. 3 post Epiph.*

86. O confusio summi et perversio detestanda! quia majoris tui obedientiae bruta, quam rationalia: nam apes in tantum regi suo obediens

sunt, ut ad ejus imperium exeant et subsistant vadant et redeant, et castra ponant. *Prose.*

87. Ei non obediens eris, cui obediunt caelestia agmina; obediunt, velint nolint, demonia; obediunt omnia caelestia corpora; et obediunt quatuor elementa, et omnia animalia? *Serm. 1, de SS. Apostolis.*

88. Quae nequitia, quam perversitas! quia leo rugit, omne animal gressum figit, expectans imperium sui regis; et summus Rex summam utilitatem servo mandati, et non est qui obediat. *Serm. 1, de SS. Evangel.*

89. Obedientia est schola Salvatoris, nobile genus martyrii, palma triumphalis, scala paradisi. *Tit. 4, Diates*, cap. 2.

90. Obedientia est navis ad caelum transiens, clavis caelum aperiens, avis ad caelum ascendens. *Ibid.*

91. Obedientia est summa in merito, vicina Deo, proxima caelo. *Ibid.*

92. Libentius obediunt ei, qui diliguntur, quam qui timeant: obedientia dilectionis propriae est voluntaria, timoris autem magis est coacta. *De Sex. a. S. Seraphin*, cap. 6.

93. Perfecta obedientia sua imperfecta relinquit. *Part. 1, in Speculo discipuli*, cap. 4.

94. Domus obediens nec verbum expectat, ubi de superioris sibi constitit voluntate. *Ibid.*

95. Nunquam de majorum sententia judicent, quorum officii est obedire, et implere quae iusta sunt. *Ibid.*

96. Felix servitus, non sum, sed alterius propter Deum obedire voluntati. *Ibid.*

97. Secure per omnia obediunt, ubi contra Deum nihil praecipitur. *Ibid.*, part. 2, cap. 3.

98. Necessitate obediit, qui cogitur invitus; et libenter esset liber, si posset, vel auderet. *Lb. 2, de Profectu relig.*, cap. 10.

99. Ut melius valeas esse obediens, cogita semper quando vox praecipientis sonat in auribus tuis, quod vocem istam, non tanquam ab homine audias, sed tanquam ab ipso Deo. *In Octo collat.*, collat. 3.

100. Non est obediens, sed negligens, qui secandum expectat mandatum. *Ibid.*

101. Nemo ad perfectionis sentiam currendam magis expeditus est, quam verus obediens. *In Speculo discipuli*, part. 1, cap. 4.

102. Habenda est plane in agendis obedientia sanctae auctoritatis, sine qua nec etiam ipsa bona, bona sunt. *Ibid.*

103. Magnum est peccatum inobedienciae, quo totus perit mundus: magna est virtus obedientiae, qui totus salvatus est mundus. *De Lavabit. Eccles.*, cap. 1, de Paradiso.

S. BRONN.

104. Primus homo inobediens factus, seipsum perdidit et nos : secundus homo factus est obediens usque ad mortem ut salvaret nos. *Ibid.*
- S. CYPRIAN.** 105. Obedientia, quae omnium disciplinarum mater est, magna exercitatione indiget, quae sui normam studii a Christo Domino sumpsit. *De Duodecim abusum.*, cap. 3.
- S. BIADOCH.** 106. Obedientia juxta et aditus charitatis est in Deum, repudiat enim arrogantiam, parit autem humilitatem. *De Perfect. spirit.*, cap. 11.
- DIONYSIUS CARTHUS.** 107. Obedientia virtus est castitate et paupertate prestantior. *De Profess. monast.*, art. 12.
108. Religiosus non se excusat ab adimplentione ejus quod sibi injungit superior, quasi melius aut sublimius quid acturus; quis quidquid fecerit extra obedientiam, non placet Deo. *Ibid.*, art. 13.
- S. REBERM.** 109. Vir obediens precipiendis non resistit, jubentibus non adversatur, reprehensus non irascitur. *De Obedientia.*
- S. EUSEBIUS CAESARIENSIS.** 110. Non est obediens, sed negligens, qui secundum expectat mandatum. *Epist. ad Damar. Popp. de morte D. Hieron.*
111. Hoc semper vera optat obedientia, nunquam sine obtemperare voluntati, sed reverenter aliena. *Ibid.*
- S. EUSEBIUS KESBEN.** 112. Ita inobedientia obdurat animam, quam semel cepit, ut ad suscipienda praecepta nec auctoritate, nec ratione flectatur : sed quod pessimum est sibi soli credat, et hoc solum rectum, quod obdurat corde concepit. *Hom. 3. ad Monachos.*
113. Quanto humiliores et obedienciores fuerimus, tanto super nos levius ac dulcius jugum Domini sentiamus. *Ibid.*
114. Quantum obedienciores fuerimus prepositis nostris, in tantum obediens Deus orationibus nostris. *Ibid.*
115. Videmus per inobedientiam animarum opera non respici; jejunia non audiri, vota non suscipi. *Ibid.*
116. Nullus senior tam indoctus appareat, ut putet quod cum non deceat obedientia, quam Deum decuit. *Ibid.*
- A. FRANCIS ASSISIENSIS.** 117. Quidquid subditus facit aut dicit, quod ipsesciat quod non sit contra voluntatem praelati sui, dum bonum sit, quod facit, vera obedientia est. In suis *Opusc.* in *Admonit. ad fratres*, cap. 3.
118. Quanto contemptibilior praevidet, tanto magis humilitas obediens placet. In suis *Opusc.*, collat. 4. *de Obedientia.*
119. Summa obedientia est, in qua superioris voluntas inferiora voluntatem gubernat, et nihil quod suum sit, aut appareat, habeat caro, vel sanguis. *Ibid.*, oraculo 15.
120. Quid desperatius, quam obedientias neglector, aut contemptor. *Ibid.*, oraculo 19.

121. Obedientia est fidei opus, prolatio vere spei, argumentum charitatis, mater humilitatis, genitrix pacis. *Ibid.*, orac. 27.
122. Perfecta obedientia est illa, qua religiosus facere omittit quod sibi melius et consultius videtur, ut quod minus rectum et consonum iudicat, compleat. *Ibid.*, serm. 5.
123. Fertilissimus est obediencie fructus, nihil est temporis vero obediens sine lucro. *Ibid.*
124. Talis esse debet verus et perfectus obediens, ut carnis ad obediendum sit. In suis *Opusc.*, exemplo 2.
125. Si dominis temporalibus precipiuntur servi cum tremore obedire, quanto magis aeterno illi regi regum, et Domino omnium dominantium? In *Annot. super Psalms.* II, vers. 11 : *Servite Domino cum timore.*
126. Si subditus credit quod praeceptum praelati sit contra Deum, secure non obediens, licet juraverit ei obedire in omnibus; quod intelligendum est de licitis, et justis, et honestis. In *Decret. Gratiani.*
127. Obedientia est complenda sine mora, et observanda. *Super Genes.*, cap. xvii, in illud : *Statim in ipso die.*
128. Iter regni Dei est obedientia. *Super Math.*, cap. vii.
129. Adam si in obedientia perseverasset, sensus corporis ad nullam malam voluptatem vertentur. *Super Apocal.*, cap. 17.
130. Sola obedientia est, quae fidei meritum possidet, sine qua infidelis quisque convincitur, etiam si fidelis esse videatur. *Lib. 35. Moral.*, cap. 10, num. 12.
131. Nunquam per obedientiam, malum fieri debet : aliquando autem debet per obedientiam bonum, quod agitur, intermitteri. *Ibid.*, num. 43.
132. Debet obedientia et in adversis ex suo aliquid habere, et in prosperis ex suo aliquid omnimodo non habere. *Prose.*
133. Quatenus et in adversis tanto sit gloriorior; quanto divino ordini etiam ex desiderio jungitur : et in prosperis tanto sit verior, quanto a presenti ipsa quam divinitus percipit gloria, funditur ex mente separatur. *Ibid.*, num. 13.
134. Redemptori suo non obediens, qui innocens non est : et innocens esse non potest, qui obedire contemnit. *Ibid.*, num. 14.
135. Obedientia non servili metu, sed charitatis affectu servanda est : non terrore pome, sed amore justitia. *Ibid.*
136. Sola virtus est obedientia, quae virtutes caeteras menti inserit, insertasque custodit. *Ibid.*, num. 12.
137. Obedientia victimis jure preponitur, quia

FRANCISCA
TITELM.

GLOSS. IER.

GLOSS. IER.

GLOSS. IER.

GLOSS. IER.

S. GREGORIUS
MAGN.

- per victimas aliena caro, per obedientiam vero voluntas propria maectatur. *Ibid.*, num. 15.
138. Obedientia aliquando si de suo aliquid habet, nulla est; aliquando autem si de suo aliquid non habet, minima est. *Prose.*
139. Nam cum locus superior imperatur, is qui ad percipiendam hanc obediens sibi virtutem evacuat, si ad hanc ex proprio anhelat.
140. Neque sub obedientia divigit, qui ad percipiendam hujus vite prospera, libidini propriae ambitionis servit. *Ibid.*, num. 13.
141. Qui obedire praeceptis celestibus student, dies suos in bono complect, et annos in gloria. *Ibid.*, lib. 26, cap. 22, super illud *Job xxxvi* : *Si audierint, et observaverint.*
142. Vera obedientia nec prepositorum intentionem discutit, nec praecepta discernit : quia qui omne vite suae iudicium majori subdidit, in hoc solo gaudet, si quod sibi precipitur, operatur. *Prose.*
143. Nescit judicare quisque perfecte didicerit obedire, quia hoc tantum bonum putat, si praeceptis obediens.
144. Praeceptum in hoc solo pensari debet, quod majoris praeceptum est, et qui obedientie bonum exequitur, non injunctum opus debet considerare, sed fructum.
145. Ad promerenda aeterna vite gaudia, non exquiritur qualitas operis, sed fertilitas propriae, et exortio aliena voluntatis.
146. Quisquis alieno imperio subditus est, hoc solum consideret, quia quod sibi secundum Deum injungitur, valde magnum et excelsum in lucro est menti, quod vitian praeparat in mercede retributionis.
147. Majoris est meriti charitatis injuncta refectione, jejunio propria deliberatione suscepto : qui jussus carum refectione invitatus, jejunium premium obedientiae manducando conquistavit. *Lib. 2. in I Reg.*, cap. iii, super illud : *Vade et dormi.*
148. Haec est forma electae obedientiae, ut in omni quod foris agitur, ad potentiam Conditoris ubique praesentem respiciatur. *Ibid.*, lib. 4, cap. 5.
149. Perfecta obedientia, quae hominibus exhibetur, minus est Creatoris, et oblatio Domini : quia hominibus pro Deo offertur, sed oblata hominibus, a Deo suscipitur. *Prose.*
150. Victimae enim sunt obsequia obedientium, quia cum hominibus pro Deo qui subjicitur, superbi spiritus superantur. *Ibid.*, super illud : *Septem diebus expectabis me.*
151. Victores sunt, qui obediunt : quia dum voluntatem suam alii perfecte subjiciunt, ipsi

- per obedientiam lapsis angelis dominantur. *Prose.*
152. Caeteris virtutibus demones impugnantur per obedientiam vero vincuntur. *Ibid.*
153. Plerique sunt fideles, qui praelati suis humiliter obedire sciunt, alta cogitare nesciunt : sciunt quidem imperata perficere, nesciunt aliis imperanda praevidere. *Ibid.*, lib. 4, cap. 5.
154. Tenenda est subditis virtus obedientiae non remissa. *Ibid.*, lib. 5, cap. 4.
155. Si obediencius prepositis nostris, obediens Deus orationibus nostris. *Hab. apud D. Antonin.* part. 4, tit. 5, cap. 14, § 3.
156. Bonum est obedire majoribus, et parere praefectis. *Epist. 8, ad Demetriad.*
157. Initium obedientiae est, quid precipiatur velle cognoscere : et pars est obsequii, didicisse quid facias. *Epist. 1, ad Demetriadem.*
158. O felix et abundans gratia! in obedientia summa virtutum clausa est : nam simplici gressu hominem ducit ad Christum. In *Regula Monachar.*, cap. 6, *de Obedientia.*
159. Verus obediens, et qui pro Christo caret omni arbitrio voluntatis, nihil novit difficile, nihil injustum. *Ibid.*, cap. 8.
160. Ibi non est monasterium, non religiosi, ubi subditis obedientia deest erga praelatum : destructio est corpus expositum, cum membra discoriant a capite. *Ibid.*
161. Obedientia illa vera et perfecta est, quae in nullo contemnit. *Super II ad Cor.*, cap. ii, in illud : *In omnibus obedientes sitis.*
162. Qui innocens est obediens : et innocens esse non potest, qui obedire contemnit. *Super Regul. D. Aug.*, cap. 11.
163. Morbus inobediencie, languor est animae, et ex superbia tumore procedens. *Lib. 2, de Claustro anim.*, cap. 13.
164. Imponitur nomen obedientiae praecepto, facto, loco, ut designet, quod precipitur, monstrat quod agitur, nominet locum, in quo quis moratur : de praecepto, dicitur, injungitur ei obedientiam ; de facto, complevit eam ; de loco, apud eam moratur obedientia : prima est facilis ; secunda gravis ; tertia ad utrumque se habet. *Ibid.*
165. Hanc obedientiam multi desiderant, ut extra obedientiam esse queant : et sic fit, ut vocetur obedientia, cum non sit. *Ibid.*
166. Multis modis obedientia queri solet : auxilio, consilio, ingenio : auxilio parentum, consilio fratrum, simulationis ingenio. *Prose.*
167. Ut quod nimis parentum, vel exhortationibus fratrum non potest obtineri, saltem simulationis ingenio possit adipisci. *Ibid.*

S. HIERON.

HUGO A. S.
VICTORIS.

168. Hinc obedientia, que conceditur alicui parentum exactione, seu fratrum seductoria exhortatione, vel etiam boni operis simulatoria ostensione, obedientia nomen habet, sed re caret. *Ibid.*

169. Cita debet esse obedientia, ut fiat cum humilitate et sine tarditate. *Ibid.*, lib. 3, cap. 21.

170. Obedientia est victria servitus. Lib. 4, de Anima, cap. 16.

171. Obedientia est preceptorum ineluctatrix. *Ibid.*, cap. 16.

HUGO CARD.

172. Obedientia perfecta, est in abrenuntiatione propriæ voluntatis. Super *Psalm.*, xxxix.

173. Sola obedientia verissime est virtus, que totaliter vivit contra se et ubi etiam aliquid suum habet, aut nulla, aut minima est. Super *Prov.*, cap. xxi.

JOAN. CASC.

174. Obedientia est porta paradisi, et meritum regni. Super *Hiarem.*, cap. xlii.

175. Obedientia virtutem non solum operi manuum, seu lectioni, vel silentio, et quieti collat, verum etiam cunctis virtutibus ipsi præterunt, ut huic iudicent, omnia postponenda. Lib. 4, de *Canob. inst.*, cap. 12.

S. JOANNES CHRYSO.

176. Unum sane atque idem inobediens genus est, vel propter operationis instantiam, vel propter otii desiderium, superiora violare mandatum. Collat. 4, *Abbat. Dauleris*, cap. 20.

176 bis. Talem obedientiam Christus efflagitat, ut neque punctum temporis differamus, etiam si nos aliquid necessarium urgere videretur. *Homil.* 4, super *Math. Oper. perf.* In *Mad. de Venis post mes.*

177. Qui fidelis est, et ut oportet firmus, ratione non indiget, neque causa eorum, quas ei præcipiuntur, sed sola admonitione contentus est: imbecillior autem cognita rei rucinate, intelligentiam rem accipit, et quam promptissime parat. *Homil.* 26, super 1 *Cor.*

178. Etiam si preces, improbi fuerint, innumerisque scaterent malis, obedendum est eis. Super *Epist. ad Galat.*, cap. 4.

S. JOAN. CL.

179. Obedientia est sepulcrum voluntatis, et extitio humilitatis: nihil resistit, nihilque discernit, inertus in bonis, aut his que videntur mala. *Gradu.* 4.

180. Quanto fuerit in corde viridor fides, tanto corpus ad officia omnia et ministeria promptius occurrat. *Ibid.*

JOAN. GERS.

181. Obedientia est simulationis, propriique desiderii omnimoda remunitio. *Ibid.*

182. Tanto erit obedientia tua placenter Deo, tibi que fructuosior, quanto est indolentior illi, cui propter Deum subijci non refugis. Tract. de *Preparat. ad Alissan.*, consid. 8.

183. Oportet ut obedientia sit constans, si vera,

si hilaris, si affectuosa: constans illorum obedientia non est, qui ad ea que sibi placent, tantum obedire proponunt: vera illorum obedientia non est, qui pro lucro vel commodo temporali obediunt: hilaris illorum obedientia non est, qui cum murmure, vel responsione nolentis, que jubetur perficiunt: affectuosa illorum obedientia non est, qui etiam respondere non audent, rancorem tamen et malevolentiam in pectore versant. *Serm. de Verb. Dom.*

JOAN. TUD.

184. Nihil Deo adeo gratum est, et æmionibus horrendum, sicut obedientia. Super *prolog. Regul. S. Benedicti*, cap. 2.

185. Magna virtus obedientia est, que non solum in magnis, sed etiam in parvis Deo acceptabilis est. In cap. 3, *Regul. S. Benedicti*, verbo *Nihil*.

186. Vera obedientia ex ore rapit imperium jubentis, ut eodem momento, quo imperat major, obtemperet minor. *Ibid.*, in cap. 5, verbo *Ma.*

187. Obedientia in difficultatibus gravior est, et inobediencia in facilitatibus gravior. *Ibid.*, verbo *Acceptabilis*.

188. Monachus sine obedientia est monstrum diaboli. *Ibid.*, *homil.* 20.

189. Obedientia est Spiritus sancti domicilium, et quietum voluntatis propriæ sepulcrum. *Ibid.*

190. Obedientia est elationis et superbie omnis exterminium, et oculatorum persecutrix vitiorum. *Ibid.*

191. Obedientia est animæ vulnerata remedium, et totius observantia monastica fundamentum. *Ibid.*

192. Obedientia armatura est fortissima, cui nulla poterunt adversa nocere. *Ibid.*

193. Vera obedientia non murmurat, non habitat, non tristatur, non querit diverticulum, non tardat, non se excusat, sed ad mandatum excurrit læta. *Ibid.*

194. Obedientia est, que animam Deo reconciliat, et præter effusionem sanguinis Martyris coronat. *Ibid.*

195. Quando homo obediens extitit Creatori, obediens manat creatura homini. Lib. 4, de *Teol. relig.*, cap. 2.

196. Etiam in dubiis precepta, pravis prelati obedientium est: in preceptis autem manifeste malis, nullatenus est obedientium, etiam bonis prelati. *Epist. ad Cædram Jucea.*

197. Sicut sine dnce non confidunt de victoria, et sine gubernatore non perveniunt ad portum: ita et libertus obedientia impossibilis est in hujus vite pelago non periclitari. De *Lyrio vita*, tract. 6, de *Obedientia*, cap. 3.

198. Importabile omnis est obedientia super-

nienti, et humili voluntas propria. De *Companet. et complacent.*, cap. 2.

S. LEO. I.

199. Obedientia mollit imperium, nec dura tibi necessitate servitur ubi diligitur quod jubetur. *Serm. 4, de Jejun. septimi mensis.*

LEOPOLDUS BLOSICUS.

200. Ubi est incoluntia obedientia, ibi sana est forma doctrina. *Epist. 87, ad Episc. African.*, cap. 1.

201. Eximia virtus, eximia plane virtus, obedientia est: contra, nolle acquiescere, gravissimum omnino scelus est. In *Canan vita spirit.*, cap. 37.

202. O qui sciret quantus fructus in virtute obedientia laeas, quam religiose, etiam minima que sibi prescripta essent, impleret: quam prompto voluntatem alterius sua voluntate confecta reliquæ faceret! Lib. 4, *Enchirid. Parvulor.*, decanont. 5.

203. Nulla virtus, nullum virtutis opus Domino placet, si vitio inobediencie contaminetur. *Ibid.*

204. Obedientia tanta virtus est, ut vel minimum aliquod opus ex ea factum, quocunque illud fuerit, multo melius Deoque acceptius sit quolibet alio opere, quamlibet etiam magno, quod sine obedientia peragitur. In *Apology. pro Tralero*, cap. 6.

FET. BLES.

205. Nullum in hac vita charius digniusque sacrificium Deo omnipotenti offerri potest, quam cor humile, atque obediens. *Ibid.*

206. Placeat Deo, ut sicut dispendium patimur prima obedientia, ita mihi claudat obedientia cursum vite. *Epist. 105, ad Hubert. Cantuariens. Archiep.*

207. Sine omni delectu, sine omni exceptione faciat regulæ professor, quod injungitur sibi. Quid vero vel quale, vel quantum sit, quod injungitur, non discernat. *Ibid.*, *epist. 134, ad Vulthel. electum.*

208. Vir obediens vincit mundum, diabolum et seipsum. *Ibid.*, *epist. 137, ad Alexandr.*

209. Sicut obedendum est libenter, sic et hilariter, sic et volenter. *Præf.*

210. Obedientia enim sine mora placet Deo, non placet autem Deo in mora, et discipulatrix obedientia: ita que si quid præcipitur, disputando querit, cur, quare, quamobrem præcipiatur. *Ibid.*, *Serm. 32, de S. Augustino.*

S. INDOREUS BISPALENS.

211. Apud omnes qui recte sapiunt, nihil honestius habetur, nihil optabilius, quam Deo parere. De *Abrahamo.*

S. LAURENT. JUSTIN.

212. Obedientia ac patientia virtute fundati, majorum suorum non discutiant constituta, sed faciant. Lib. 2, de *Vita contempl.*, præfatione.

S. THOMAS AQUINAS.

213. Subdit in us tantummodo superioribus suis obedire tenentur, in quibus ipsis suis super-

rioribus subijciuntur, et in quibus ipsi superiores sublimioris potestatis precepto non adversantur. 2, 2, quest. 104, art. 5.

214. Obedientia tanto magis est meritoria et laudabilis, quanto minus habet de suo. *Ibid.*, art. 2, argum. 3.

215. Perfecta obedientie est, obedire in omnibus que non sunt contra Deum. Super 2, *Sent.*, dist. 45, quest. 2, art. 1, ad 2.

216. Perfecta obedientia de suo proprio questu nihil habere debet, nec parum, nec magnum eum amore villosi possidere. *Serm. 17, ad Novit.*, divis. 6.

217. Nil perfectius, nil salubrius, nil utilius, nil laudabilius, nil securius, nil quietius pro bona conscientia et pace cordis habenda, quam omni hora, sine contradictione, sine mora, sine flectione, sine aversione, prompte et libenter obedire. *Ibid.*, *Serm. 18, divis. 6.*

218. Sancta et felix obedientia pro Christo, que coalit portam aperit morituro. *Ibid.*, *Serm. 19, divis. 10.*

219. Fili, qui se subtrahere nullo ab obedientia, ipse se subtrahit a gratia. Lib. 3, de *Imit. Chr.*, cap. 15.

220. Ubi prompta obedientia, ibi læta conscientia. In *Horulo rosar.*, cap. 48, sect. 2.

221. Sine obedientia, aut parva, aut nulla sunt opera nostra assidenda, aut ponderanda. *Prose.*

222. Cum autem humili et prompta obedientia, etiam complacere Deo valde parva et vicia servitia. In *Hospit. pauper.*, cap. 5.

223. Verus obediens non est tardus, nec negligens, nec querulosus, sed pro posse paratus ad omnia Deo placita. *Ibid.*

224. Sive obediens orat, sive laborat, sive vigilat, sive dormit, sive loquitur aut tacet, sive stat aut ambulat, sive scribit aut legit, sive intrat, aut exit, sive comedit aut jejunit: omnia ex virtute obedientie in bonum et ad meritum ipsi convertuntur. *Ibid.*

225. Multo tutius obedire, quam precipere. In *Exercit. spirit.*, cap. 12.

226. Nemo tam quiete vivit, nemo tam securo moritur, sicut verus obediens. *Ibid.*

227. Omnis religiosus in obedientia vivens, paratus suam voluntatem frangere, atque predicto suo humiliter nitens obedire, iste veraciter in spiritu martyris efficitur, quamvis materialis gladio in collo non feriatur. *Serm. 11, ad Novit.*, divis. 5.

228. Qui ex voto domino suo parat, acquirit gratiam: invitata, accumulatur injuriam. *Homil. 3, de Arca vite.*

229. Prima monachorum virtus, est obedientia. Lib. 4, cap. 4.

THOMAS A KEMPIS.

S. VALER. EPISC.

IN VITIS PATR.

tinguit memoriam. *Ibid.*, lib. 4, cap. 10, super illud *Job. iii: Obscurum enim tenebrarum.*

18. Sicut mors hoc quod interficit, agit ut non sit in vita: ita et oblitio; hoc quod intercipit, agit ut non sit in memoria. *Ibid.*, cap. 17, super illud *Job. iii: Et umbra mortis.*

19. Quia per mortem funditus oblivioni traditur, quicquid vivendo cogitatur, quasi quaedam umbra mortis oblitio est. *Prose.*

20. Sicut agit mors interveniens non esse quod fuit in vita: ita interveniens agit oblitio, non esse quod fuit in memoria. *Ibid.*, lib. 25, esp. 4, num. 4.

21. Oblivio defere solet mentis custodiam, sicut aqua extinguit ignem. *Centur.* 2, sent. 1.

22. Qui semper preteritorum oblitiscitur, et futura desiderat, ostendit se presentibus non esse contentum. *Epist.* 33, ad *Cleophont.*

23. Oblivio non cadit in Deum, sed quemadmodum oblitisci dicitur, quando non juvat: ita dicitur recordari, quando juvat. *Super Genes.* esp. viii.

24. Duo oblivioni danda sunt: bona preterita, ne eorum fiat recordatio ad gloriam; et mala preterita, ne eorum fiat recordatio ad delectationem. *Ibid.*, cap. xxi.

25. Mens oblitiosa est quasi saccus peritiam, in quem quicquid mittitur, perditur. *Super Prov.* esp. iii.

26. Oblivio Dei malitiosa est, et omnia parit vitia. *Super Ezech.* cap. xxxii.

27. Nunquam potest aliquis oblitisci quod diligit, nec retinere quod odit. *Homil.* 32, super *Math.* *Oper imperf.*

28. Oblivio nihil quidquam parit, quod maneat ornamenti. *Serm.* *Quod nulla recidat vitiorum memoria.*

29. Fieri non potest, ut quisquam a recta via deflectat, nisi animus ipsius Dei oblivione prius laborarit. *Lib. 1, Parall.* cap. 12.

30. Equissime percutitur hac animadversione peccator, ut moriens oblitiscatur sui, qui dum viveret oblitus est Dei. *De Contemptu mundi.* cap. 45.

31. Sicut oblitio mandatorum Dei, proculdubio vitium est: sic illate injurie oblitio, non parva virtus est. *Lib. 6, epist.* 5, ad *Monac. Cluniae.*

32. Mors reminiscitiae est oblitio. *De Migrat. Abrahae.*

33. Oblivio non est passio voluntaria, sed eternum quoddam accidens.

34. Oblivio mortuus est memoria. *De Congressu querende erudit. Gratian.*

35. Tanquam secundarum rerum prosperitate corumpuntur, tanta morum insolentium pravitate

vitiantur, ut et Dei penitus oblitiscamur et nostri. *Lib. 6, de Gubern. Dei.*

36. Oblivio parvipensionis est evidens signum, ea enim, quae magna aestimamus, magis memoriam infingimus. 1. 2. *Quaest.* 47, art. 2, ad 3.

SENTENTIA PAGANORUM.

37. Etiam oblitisci quod scis, interdum expedit. *In suis Sent.* sent., 108.

Vide etiam tit. *Civitas*, sent. 38; *Injuria*, sent. 14; *Miscicordia Dei*, sent. 70.

OBSTINATIO.

Definitio. Pertinacia est voluntas fugiens minorationem prohibitis, dicta vel facta sua irrevocabiliter defendens. *Part. 4, Centilogii*, sect. 48. *Obstinatio* est indurata in malitia mentis pertinacia. *Super Ecclesiastic.* cap. iii, *Petrus Lombardus*, lib. 2, dist. 52.

Divisio. Sunt tres species obstinationum: prima eorum, qui non penitus obstatini, ex correctione proficiunt; secunda eorum, qui ex comminatione deteriores fiunt; tertia eorum, qui emendationem promittunt, sed non faciunt. Ex correctione Manasses factus est melior; Nabal ex comminatione deterior; Pharaon ex afflictione durior. *Lib. 2, de Claustro animae*, cap. 15. *Obstinatio* in dubiis consistit: in presumptione, in desperatione. *Super Math.*, cap. iv.

SENTENTIA PATRUM.

1. Qui obstinatione mentis diem claudit extremum, reus est illo irremissibili peccato in Spiritum sanctum. *In Enchirid.* cap. 83.

2. Obdurate vivit, sive qui non convertitur, desperans de indulgentia peccatorum suorum, sive qui sic misericordiam Dei sperat, ut usque in vitae presentis in suorum criminum perveritate permaneat. *Prose.*

3. Sicut enim misericordia suscipit absolutique conversos, ita iustitia repellit penitentes obduratos. *De Fide ad Petrum*, cap. 3.

4. Ut est optimi propositi, laudandique consilii facile ad veritatem tradit: ita improbi obstinatione iudicet est, nullo citius ad transitum rationis infestis. *Lib. 2, de Anima et ejus orig.* cap. 16.

5. Si deprehensus falsitatis penitus non renitescit, et cognite non adheret veritati, obstinatio diabolica est. *Serm.* 1, *Advent.*

6. Rogo et obsecro vos, fratres, fugite obstinationem. *Serm.* 1, *de Septem psalmis.*

7. Quam difficile est accedere ad cor ejus, quod lapidea quaedam obstinatio clausit! *Serm.* 2, *Pascuae.*

8. Obstinati ita sequuntur errorem suum, ut nullis velint consiliis acquiescere. *Ibid.*, serm. 3.

9. Nequissima plane et perniciosissima peccata

est obstinatio, quoniam universos turbat, et fit omnibus discordie fomes, et materia scandalorum. *Serm.* 1, *de Septem psalmis.*

10. Obstinatio non permittit nos ad alterius cor ingredi. *Serm.* 5 *Assumpt.* B. M.

11. Crudelis obstinatio vlam misericordiam intercludit. *Serm.* 14, super *Qui habitat.*

12. Obstinatio est summa quaedam religionis subversio, et vero venenum insanabile. *Ibid.*, serm. 43.

13. Quae est obstinationis cauda? finis intentionis humanae: dum hinc quidem propriae quies inhaeret voluntati, inde finem aliquem meditatur, et fugit animo quod desiderat adipisci. *Ibid.*

14. Nulla gravior phrenesis iudicatur, quam impenitentia cordis, et peccandi obstinata voluntas: siquidem manus nefarias injicit sibiipsum, nec carnes, sed mentem laecat et corrodit. *Serm.* *de Converter. ad clericos*, cap. 4.

15. Sigillum diaboli obstinatio est. *Serm.* 8, *Pent.*

16. Obstinationum hominum ira irrevocabilis est; qui ne decemum predicationes audiant, procurant sibi voluntariam surditatem. *Super Psalm.* lvi, vers. 4.

17. Multi peccatorum in sua obstinatione mansuri sunt. *Super Psalm.* lxxiv, vers. 8.

18. Obstinari nonnunquam deteriores existunt ex verbere, quia aut contumaci pertinacia duriores sunt, aut, quod pejus est, in blasphemiam etiam exasperationem prosiliunt. *Lib. 26 Moral.* cap. 22, num. 25.

19. Divino iudicio cum obstinatis agitur, ut qui noluerunt mala vitare cum possent, non possint vitare cum volunt. *Prose.*

20. Saepe enim ad Dominum cum precibus veniunt, liberari a peccatis petunt, sed exaudiri non possunt, qui cum possent, noluerunt. *Lib. 4, in I Reg.* cap. ii, super illud: *Greges quoque vestro addeccinabit.*

21. Durus ille, qui dum superbo corde corporalia agit, ejus mentem gratia sancti Spiritus non emollit. *Ibid.*, cap. 3.

22. Obstinatos corrigere, insipientia est. *De Inst. novit.* cap. 14.

23. Obstinationi tribus modis mederi oportet: implastro, unguento, ferro: exemplo bonis operis, verbo comminationis, disciplina correptionis. *Lib. 2, de Claustro animae*, cap. 43.

24. Inter abusiones huius saeculi, sola major est senis obstinatio. *Ibid.*, cap. 15.

25. Obstinatio carnalibus delectatur, loquacitate gaudet, importuna et gravis est omnibus, more pecorum prona ad vitia, trucidia tumens,

ad injurias manifesta, ad omnia mobilis, luce veritatis carens, seipsam palpans. *Ibid.*

26. Pertinacis est, ex irrationabili, et inflexibili mentis obstinatione, meliori nolle cedere. *De Fructu carnis et spiritus*, cap. 4.

27. Ex duritia infidelitas nascitur. *Hom.* 6, super *Epist.* ad *Hebr.*

28. Sicut solida corpora et dura non obsequuntur manibus medicorum: sic et animae obduratae non obsequuntur verbo Dei. *Ibid.*

29. Pessimum malum senis, est obstinatio. *Super prolog.* *Royal. S. Benedict.* cap. 2, text. 4.

30. Suis homo demeritis induratur, et dum quod in se est, facere negligit, quod Deus facit, gratiam largiendo, nequaquam sentit. *Epist.* 8, ad *Monach. laps.*

31. Contumacia redargui non potest, nisi exemplo. *Lib. 4, de Div. inst.* cap. 24.

32. O odiosa durities! qua se homo non sentit, nec alium: nec pietate flectitur, nec precibus movetur, exemplis non inducitur, minis non terretur, beneficiis duratur, flagellis non eruditur, frontosus ad turpia, pronus ad illicita, subdi nescius. *Part. 4, de Grad. charit.* cap. 4.

33. Obduratos horrenda tormenta excipiunt: nam sine magnis laboribus molle fieri nequeunt. *Heccatitud.* 2, sent. 67.

SENTENTIA PAGANORUM.

34. Ferox et adversus omne remedium contumax est. *De Consolat. ad Helian.* cap. 46.

Vide etiam tit. *Accedere ad Deum*, sent. 18; *Damnatio*, sent. 9; *Defensio*, sent. 14; *Discere*, sent. 24; *Peccatum in genere*, sent. 330; *Presumptio*, sent. 16; *Voluntas in genere*, sent. 95.

OBVIATIO.

SENTENTIA PATRUM.

1. Fortis est viri non dissimulare, cum aliquid imminet, sed praetendere, et tanquam explorare de specula quadam mentis, et obviare cogitatione provida rebus futuris. *Lib. 4, Offic.* cap. 38.

2. Heresibus pallulantibus est celeriter obviandum. *Epist.* 91.

3. Cum possis obviare perveris, si declines obviare, consensus erroris est. *Super Psalm.* lxxxi.

4. Primis quisque titillationibus obviare debet. *De Jejunio et tent. Christi*, cap. 6.

5. Preoccupandus est aditus, cumetis insidias, ne hostilitas prior obrepens occurrat improvidis. *Prose.*

6. Salutare remedium est in insidiis prevenire potius, quam praeveneri. Anticipare potius, quam anticipari, viribus fortibus congruit. *De Singulari. clericor.* cap. 23.

7. Quicumque sunt sanctitatis amator, de-

RESYCHUS.
S. HIERON.
REGG. CARO.
S. JOHANNES CHRYSOST.
S. JOAN. DAM.
S. LAURENT. JUSTIN.
S. PETRUS DAMIAN.
VIRILO JUD.

S. THOMAS AQUINAS.
MEMOR. PA.
S. DOMIN.
REGG. CARO & PETRUS LOMBARDUS REGG. I & S. VICTOR.
S. BONAV.
CASSIODOR.
REGG. CARO.
S. GREGOR. MAGNUS.
S. AUGUST.
REGG. CARO & S. VICTOR.

S. JOHANNES CHRYSOST.
JOAN. TRIT.
LACT. TYRM.
RICHARD. A S. VICTOR.
THELLAS- SICS.
SENECA.
S. AMBROS.
S. AUGUST.
CASSIODOR.
S. CYRILIAN.
S. CYRILL.

ALEX. hendi diaboli fraudibus perquam impigre obviare
 ire, totaque se illi contentione virum opponere.
Hom. 12, de Festis Paschal.
 8. Oportet nos generose admodum voluptati-
 bus, que ad gravitatem impellunt, obviare. *Ibid.*,
 hom. 18.

**S. CYRILLUS
 ALEXAND.** 9. Priusquam floreat, radicibus erue malum, ne
 si ab initio neglexeris, postea ne quidquam inci-
 das, et ignem magis excites. *Prover.*

10. Lippitudinem incipientem tempestive
 cura, ne cum exaceratus fueris, tum demum frus-
 tra medicum queras. *Chalcid. 2.*

**S. DAMASUS
 PAPA.** 11. Qui potest obviare et perturbare perversos,
 et non facit, nihil est aliud quam favere impietati
 eorum. Hab. in *Decretis Gratiani*, part. 2, cap. 23,
 quest. 3, can. *Qui*.

**S. FRANCIS
 ASSISIENS.** 12. Instant religioni discrimina : nisi detractoribus
 obviatur. In suis *Opus*, apophthegm. 17.

GRIGOR. INT. 13. Qui desinit obviare, cum potest, consentit.
Super Psalm. lxxxii.

**S. GREGOR.
 MAGNUS.** 14. Sicut nemo obestit largitati Dei vocantis,
 ita nullus obviat iustitiam relinquente. Lib. 11
Moral., cap. 5.

15. Si parve rei aditus, antequam diu pateat,
 non elaudatur, usq. fit latior, et erit consuetudine
 licitum, quod ratione constat esse prohibi-
 tum. Lib. 7 in *Registro*, ind. 2, cap. 119,
 epist. 119, ad *Syagrium episc.* Augustod.

**S. GREGOR.
 YACINAT.** 16. Perspicuum est hominem, iis, que supra
 se sunt, reluctari sique obistere non posse. *Super
 Eccles.*, cap. vi.

HUGOCARD. 17. Qui sapientia obviat in vita, ipsa obviat
 ei in morte, suscipiendo in gloria. *Super Eccle-
 siastic.*, cap. xv.

S. INNOC. III. 18. Negligere, cum possis obviare, nihil est
 aliud quam favore perversos. *Prover.*

19. Non caret scrupulo conscientie occulte,
 qui manifesto facinori desinit obviare. Hab. in
Decret. Gratiani, dist. 83, can. *Error*.

S. LEO I. 20. Quidquid sublimibus desideratis, obviat,
 amputandum est. *Serm. 7, Quadrag.*

PETR. BLES. 21. Non caret scrupulo societas perversa, qui
 manifesto facinori desinit obviare. *Serm. 45 ad
 Sacerdotes*.

**S. PETRUS
 MACTRITUS
 ABB. CLEN.
 THOMAS
 A KEMPIS.** 22. Non tutum est valde obviare torrenti. Lib. 3,
 epist. 6 ad *Pantium*.

23. Tunc facilius hostis vincitur, si extra limen,
 statim ut pulsaverit, illi obviatur. Lib. 1
 de *Init. Chr.*, cap. 13, sect. 5.

24. Qui parvos non vitat defectus, paulatim
 labitur ad majores. *Ibid.*, cap. 25.

S. VALER. 25. Suum corpus taxit, qui armato hosti pre-
 cibus obviavit. *Hom. 13.*

SENTENTIE PAGANORUM.
 26. Occurendum augecentibus vitis, et me-
 dendum est. Lib. 9, epist. 37 ad *Paulin*.

OCCASIO.
Etymologia. Occasio dicitur, quasi occurrens
 actio.

Definitio. Occasio est occurrens opportunitas tem-
 poris casu proveniens.

Occasio est pars temporis habens in se alienius
 rei idoneam faciendi aut non faciendi oppor-
 tunitatem. Lib. 1, de *Invent. rhet.*

Occasio est temporis vigor ad id quod conducit.
Syllogis 6, de Definit.

SENTENTIE PATRUM.
 1. Qui occasionem damni dat, damnum quo-
 que dedisse videtur. Part. 2, tit. 4, cap. 9.

2. Si qui occasionem prestat mortis corporalis,
 reus tenetur, et incurrit poenam inferni : quanto
 magis, qui est occasio mortis anime alterius.
 Part. 2, tit. 4, cap. 5, § 4.

3. Occasiones malorum, sunt vana que inge-
 rantur sensibus nostris. Part. 3, tit. 18, cap.
 10, § 4.

4. Turpe est presentis temporis occasionem di-
 mittere : et postea aliquando quod preclarum
 est revocare. *Conc. 25, ad Adolescentes*.

5. Occasiones, deesse non possunt periferis. In
 suis *Proem.*, verbo *Occasiones*.

6. Subtrahenda nobis occasio est, et opportuni-
 tas fugienda peccati. *Serm. de Septem donis
 Spiritus sancti*.

7. Qui opportunitatem deserit, opportunitas
 eum fugit. In *Speculo discipl.*, part. 1, cap. 12.

8. Ad vitium vix occasio deerit, si qualibet ad-
 mittatur. *Ibid.*, cap. 22.

9. Qui vitium cavere desiderat, vitii occasio-
 nem praevenit. *Ibid.*, cap. 32.

10. Gravissimum apparet esse peccatum,
 quando aliquis occasionem preberit, unde al-
 terius conscientia polluitur. *Super Psalm. lxxvii*,
 vers. 22.

11. Ubi major peccandi occasio, ibi diligenter
 adit custodia. In *Hymnium temp. feriati ad
 Pranam*.

12. Ne occasionem proheas quarentibus occa-
 sionem, *De Recta vivendi ratione*, cap. 18.

13. Quandiu quis occasiones noxias non vitat,
 impossibile erit a cordo ejus perturbations pra-
 varum cogitationum, et incipiendum improbarum
 concupiscentiarum recedere. *De Mala conversatio-
 ne*.

14. Tolle originem cause, et mox occasionem
 removetis offensam. *Serm. contra Diversa vitia*.

15. Nonnunquam culpa fortium, occasio vir-

MAGNUS. tatis filii : et virtus infirmorum, occasio peccati.
 Lib. 11 *Moral.*, cap. 26, num. 26.

16. Cum occasio reprobus perpetrandi peccati
 deest, desideriorum cogitationes eorum cordibus
 nullatenus desunt. *Ibid.*, lib. 12, cap. 9, num. 9.

17. Occasio rapiendi subtrahitur, si bene prius
 jus possidendi disponatur. Part. 3, *Pastor*, cap. 4,
 admonit. 22.

S. HIERON. 18. Arripe occasionem, et fac de necessitate
 virtutem. In *Regula monachor.*, cap. 30, de *Pacien-
 tent*.

19. Qui malos percutit, eo quod mali sint, et
 habet causam interfectionis, ut percutiat possi-
 mos, minister Dei est. Lib. 3, super *Ezech.*, cap.
 ix, super illud : *Et unusquisque vix interfectionis*.

20. Aufer occasioem his, qui volunt occasio-
 nem. *Super Epist. ad tit.* cap. ii, in illud : *In
 sermone suo*.

21. Occasiones peccatorum faciunt ruere in
 peccatum, et peccata faciunt ruere in infernum.
Super Hierem., cap. 4.

S. INNOC. III. 22. Qui occasionem damni dat, et damnum de-
 disse videtur. *Serm. 1, Dom. 1, Advent.*

23. Occasiones commotionum in conversatione
 humana deesse non poterunt. Lib. 9, *Canob. inst.*,
 cap. 7.

24. Sicut occasionem salutis diversis modis
 Deum cognoscimus operari : ita nostrum est occa-
 sionibus a divinitate concessis, vel auxilio vel
 remissio famulari. *Collat. 3, Adbat. Paphnutii*,
 cap. 12.

25. Selpso homines occasionibus hujus mundi,
 ex ipso mundo nascentibus; invicem comedunt et
 impugnant. *Homil. 39, super Math. Oper. Imper.*

26. Sicut bonus rogat, ne occasionem peccandi
 incurrat; sic et malus optat, ut inveniat occasio-
 nem nocendi. *Ibid.*, homil. 46.

**S. JOHANNES
 GREYSSOT.** 27. Volentibus non abest occasio justa vel in-
 justa : sumunt enim occasionem iniqui, valde in-
 solens et intolerabile existimant, quidquid illud
 non sonat, quod intus amant. In *Dialog. duorum
 milit. Franci et Angli*, in addit.

JOAN. TRIT. 28. Melius est occasionem fugere, quam incaute
 perire. Lib. 1 de *Tent. relig.*, cap. 49.

29. Difficile est assueti relinquere, et a pristinis
 vitis, presente occasione, abstinere. *De Inst.
 vitæ veteri*, cap. 2.

30. Culpa nunquam melius vincitur, quam ubi
 occasio tentationis evitatur. *Grat. 5, in Conventu
 abbat. habita*.

S. ISID. HISP. 31. Tolle occasionem peccandi, aufer materiam
 delinquendi, si vis esse tutus : scilicet occasio pec-
 candi, voluptatem facit. Lib. 2, de *Synonym.*, cap. 4.

PETR. BLES. 32. Qui opportunitatem deserit, opportunitas
 eum fugit. *Epist. 11, ad Quemdam cleric.*

33. Ubi vulgus in compositum occasionem peccandi
 accepit, non facile desistit, novis certis
 priora cumulis. Lib. in *Flacium*.

34. Quanto virtutis quisque fuerit, melius patet
 occasio adversitatis : occasiones namque homi-
 nem fragilem non faciunt, sed qualis sit, ostendunt.
 Lib. 1 de *Init. Chr.*, cap. 16.

SENTENTIE PAGANORUM.
 35. Deo occasio quidem est, tempus autem oppor-
 tunum non est : eo quod nihil sit Deo confere-
 rens. Lib. 1 *Prior*, cap. 37.

36. Rem tibi quam nosces aptam, dimittere noli :
 Fruste capitata est, sed post occasio calva.
 Lib. 2 *Distichor.*, metr. 68.

37. Quamprimum rapienda tibi est occasio prima :
 Ne rursus queras, quæ jam neglexeris ante.
Ibid., lib. 4, metr. 31.

38. Non tantum presentis, sed et vigilantis est,
 occasionem observare properantem. *Epist. 22.*
 Vide etiam tit. *Peccatum*, sent. 315; *Perire*, sent.
 50; *Vitium*, sent. 97, 98.

OCCISIO, SEU HOMICIDIUM.

Etymologia. Homicidium vocabulum compositum est
 ex homine, et caedo : qui enim eodem in
 hominum fecisse conceptus erat, homicidium
 veteres appellabant. Lib. *Etymolog.*, cap. 29,
 verbo *Homicidium*.

Homicidium dicitur ab homine et caedo, verbo :
 unde dicitur homicida, hominem caedens. *Super
 Epist. ad Rom.*, cap. 4, can. 29.

Definitio. Homicidium est hominis occisio illegi-
 time facta. Part. 2, tit. 8, de *Ira*, cap. 8.

Divisio. Tria sunt genera homicidii, que pari
 pena plectuntur : interfectio fratrum, detrahitio
 et odium. *De Similitudinibus*, cap. 147.

Homicidiorum tria sunt genera, et pondus eorum
 paritas est : qui occidit fratrem suum, et qui
 odit, et qui detrahit. *Epist. 1.*

SENTENTIE PATRUM.
 1. Mihi quidem est prestabilis communi vi-
 deatur usui, sapientem de periculo, quam inspi-
 cientem evadere; tamen non videtur quod vir
 christianus, et justus, et sapiens quæro sibi vi-
 tam aliena morte debeat : utpote qui etiam in
 latronem armatum incidit : ferientem referens
 non possit : ne dum saltem defendit, pietatem
 contamine. Lib. 3 *Offic.*, cap. 4.

2. Indices occidendo reos, juridice occidunt
 mandato Dei, qui lege statuit ut rei occiderentur.
 Part. 2, tit. 14, cap. 4, § 9.

3. Si in justo bello homo occidat, non est homi-
 cidium. Part. 2, tit. 7, de *Ira*, cap. 8, § 1.

4. Latronem insidantem in itineribus secur-

PHILO JUD.

THOMAS A KEMPIS.

ARISTOTEL.

CATO, PORT.

SENECA.

S. ISID. HISP.

S. REMIGIUS

S. ANTONIN.

S. ANSELM.

S. CLEMENS PAPA.

S. AMBROS.

S. ANTONIN.

8. AUGUST.

dum leges eulibet licet occidere. *Ibid.*, cap. 8, § 2.

5. Si homicidium est hominem occidere, potest tamen accidere aliquando sine peccato. *Prose.*

6. Nam miles hostem, et iudex vel minister ejus nocentem, et cui forte invito aique imprudenti telum manu fugit, non mihi videtur peccare, cum hominem occidit, et homicida isti appellari non solent. *Lib. 1 de Lib. arbit. cap. 4.*

7. Non lex justa est, quae dat potestatem vel viatori ut latronem, ne ab eo ipse occidatur, occidat? vel culpam viro, aut homine, ut violentus sibi stupratorem irruentem ante illatum stuprum, si possit, interimat? nam lex in eo populo, quem regit, minoribus malefactis, ne majora committerentur, dedit licentiam. *Prose.*

8. Multo est enim mitius, eum qui alieno vitæ insidiatur, quam eum qui suam tuetur, occidi: et multo est immoivius invitum hominem stuprum perpeti, quam eum a quo vis illa, infertur, ab eo cui inferre conatur, interimi.

9. Sed illi homines lege inculcata, quemodo inculpati queant esse, non video: non enim lex eos cogit occidere, sed relinquit in potestate.

10. Liberum quis itaque est neminem necare pro his rebus, quas inviti possent amittere, et ob hoc amare non debent.

11. De vita enim fortasse, culpam fit dubium, utrum anima nato pacto aseratur, dum hoc corpus interimitur: sed si auferri potest, contemnenda est: si non potest, nihil metiendum.

12. De pudicitia vero quis dubitaverit, quin ea sit in ipso animo constituta, quandoquidem virtus est? Unde a violento stupratore eripi nec ipsa potest.

13. Quidquid igitur crepturus erat ille qui occiditur, id totum in potestate nostra non est: quare quemadmodum nostrum appellandum sit, non intelligo: quapropter legem quidem non reprehendo quae tales permittit interfici: sed quo pacto istos defendam, qui interficiunt, non invenio.

14. Quomodo apud divinam providentiam, sunt isti peccato liberi, qui pro his rebus, quas contummi oportet, humana caede pollati sunt? *Lib. 1 de Lib. arbit., cap. 5.*

15. Cum homo ab homine occiditur, multum distat utrum fiat nocendi cupiditate, vel injuste aliquid auferendi: sicut fit ab inimico, sicut a latrone: an ulciscendi, vel obediendi oribus, sicut a iudice, sicut a carnifice: an evadendi, vel subveniendi necessitate, sicut interimitur latro a viatore, hostis a milite. *Epist. 54, ad Maculanium.*

16. Aliquando, qui causa mortis fuit, potius in culpa est, quam ille qui occidit. *Ibid.*

17. De occidendis hominibus ne ab eis quisquam occidatur, non mihi placet consilium, nisi forte

sit miles, aut publica functione teneatur. *Epist. 154, ad Publilianum.*

18. Fas non est ut reus occidatur, cui venia, si ipsum poenituerit, reservatur. *Epist. 184, ad Bonifac.*

19. Apud belligeros viros, victus dicitur et viator occisus. *Epist. 190.*

20. Cum David Saulis occidendi potestatem accepisset, maluit parcere, quam ferire. *De Spirit. et litteris, cap. 31.*

21. Cum minister iudicis occidit eum, quem iudex iussit occidi, profecto si id sponte facit, homicida est; etiamsi enim occidat, quem scit occidi a iudice debuisse. *In Quæst. super Exod., quæst. 39.*

22. Si non licet privata potestate hominem occidere, vel nocentem, cupis occidendi licentiam lex nulla concedit; profecto etiam qui seipsum occidit, homicida est: et tanto fit nocentior, eum se occidit, quanto innocenter in ea causa fuit, qua se occidendum patavit. *Prose.*

23. Nam si Jude factum merito detestamur, eumque veritas iudicat, eum se laqueo suspendit, scelerata illius traditio auarise potius, quam expiatio commissum: quoniam Dei misericordiam desperando extirpabiliter penitens, nullum sibi salubris poenitentiae locum reliquit:

Quanto magis a sua neco se abstinere debet, qui tali supplicio quid in se puniat non habet?

25. Judas enim cum se occidit, sceleratam hominem occidit: et tamen non solum Christi, verum etiam suæ mortis reus finivit hanc vitam: quia licet propter suum scelus, alio scelere occisus est. *Lib. 1 de Civit. Dei., cap. 17.*

26. Non ipse occidit, qui ministerium debet jubenti, sicut admniculum gladius est utenti. *Ibid. cap. 21.*

27. Samson non aliter excusatur, quod seipsum cum hostibus ruina domus oppressit, nisi quia spiritus latenter hoc jussurat, qui per illum miracula faciebat. *Ibid.*

28. His exceptis, quos vel lex justa generaliter, vel ipse fons justitiae Deus specialiter occidi jubet, quisquis hominem, vel seipsum occidit, homicidii criminis innotuit. *Ibid.*

29. Duae sunt maxime viles, atque usitate mortis eorum, qui seipsum interimit, laqueus et precipitium. *Lib. 2, contra Litt. Pelagianos, cap. 49.*

30. Illi acerbissimum sanguinem fundunt, qui Christum, quantum in ipsis est, in homine occidunt. *Tract. 8, super cap. 1, Evang. Joan.*

31. Christiane, quid tu persequeris in Christiano? hoc tu persequeris in christiano, quod melius habet. Hoc enim vis auferre unde vivit; vivit temporaliter secundum spiritum vite, quo corpus

animatur: hoc illi vis tollere quod accepta a Domino, hoc illi vis tollere unde vivit. *Ibid.*

32. Homicida dicitur diabolus: non gladio armatus, non ferro acinetus ad hominem venit; verbum malum seminavit, et occidit. *Prose.*

33. Noli putare la non esse homicidam, quando fratri tuo mala persuades: si fratri tuo mala persuades, occidis. *Ibid., tract. 42, cap. 8.*

34. Nondum manus armata est, nondum faucibus obedit, nondum insidias preparavit, nondum venena quæsit, et reus homicidii in oculis Dei, qui fratrem odit, lenetur. *Prose.*

35. Adhuc vivit, quoniam querit occidere, et occidisse jam iudicatur. *Homil. 3 ex. LXXI Homil.*

36. Qui odit fratrem suum, homicida est. Gladium non eduxisti, non vulnus in carne fecisti, non corpus plaga aliqua fructuasti; cogitatio sola odii in corde tuo est, et teneris homicida, reus es ante oculos Dei. *Ibid., homil. 42.*

37. O si possemus videre animas homicidarum, suæ dubio plus plangereamus quam putrescentia corpora ulceratorum. *Serm. 2 Sabbat., post 3, Dom. Quadrag.*

38. Ipse occidit Christum, qui eum tradidit occidendum. *Serm. 2, Fer. 2, post Dom. Palmor.*

39. Haec tria animam capitaliter occidunt, scilicet blasphemis, homicida, castitatis suæ proflitor. *Serm. 1 Fer. 3, post Dom. Palmor.*

40. Periculosose decipiuntur, qui existimant eos tantum homicidas esse, qui manibus hominem occidunt, et non potius eos, per quorum consilium et fraudem et exhortationem homines extinguuntur. *Hab. in Decret. Gratiani, part. 2, de Penit. dist. 1, can. Periculosos.*

41. Si quis metuens, ne quid ei mali accidat, hominem occiderit, homicida erit. *Lib. 1 de Lib. arb., cap. 4.*

42. Qui metuens hominem occidit, cupit utique sine metu vivere. *Ibid.*

43. Tu occidere vis inimicum tuum, et ideo forte non facis, quia times iudicem hominem, non quia cogitas Deum: ignoras quia ille est testis cogitationum? illo viro quem vis mori, te homicidam tenet in corde. *De Decret. chorolis, cap. 3.*

44. Quamvis lex det potestatem occidendi hominem pro rebus, quas invite quis amittere potest: tamen lex non cogit occidere, sed relinquit in potestate. *Lib. 1, De Lib. arb., cap. 5.*

45. Ne fas est seipsum occidere. *Epist. 52.*

46. Christianus non nisi ab inimicis potuit occidi. *Epist. 59, in solut. quæst. 6.*

47. Non licet alterum occidere, etiam volentem et petentem, et vivere jam non valentem. *Epist. 61.*

48. Innocens invitus virgine cædendus non est, ne alius occidatur. *De Mendac., cap. 9.*

Tom. III.

49. Miles cum obediens potestati, sub qua legitime constitutus est, hominem occidit, nulla civitatis sui lege reus est homicidii; imo nisi fecerit, reus est imperii deserti atque contempti. *Lib. 1, De Civit. Dei., cap. 26.*

50. Multi quantalibet savitia crudelitatis occidi, quam Christum negare maluerunt. *Ibid., lib. 22, cap. 6.*

51. Cum multi innocentes ab aliis occiduntur, a seipso nullus innocens occiditur. *Lib. 1 contra Gaudent., cap. 13.*

52. Plus peccat, qui potestati innocentem occidendum livore tradit, quam potestas ipsa, si cum timore alterius majoris potestatis occidit. *Tract. 116, super Joan.*

53. Quis qui sine ulla legitima potestatis auctoritate hominem occidit, homicida est. *Epist. 61.*

- 9. Diligere Dei, est velle alicui bonum conferre: odisse vero, est gratiam iuste subtrahere. Super Epist. ad Romanos, cap. ix, art. 13.
10. Qui reus est divini odii, reus est aeterni supplicii. Super Math., cap. xii.
11. Sicut in imagine sua rex honoratur, vel contemnitur: sic Deus in homine vel diligitur, vel oditur. Hom. 42, super Math. Oper. imperf.
12. Nihil est tam invidiosum Deo, quam mens incocta, et animus impurus. In Epistola, cap. Colibenda.
13. Nihil odit Deus, nil punit in homine, nisi delictum. De Casu comend., cap. 21.
14. Peccatum, flos odium conciliat. Super Malachiam, cap. ii.

ODIUM SUI.

SENTENTIAE PATRUM.

- S. AUGUST. 1. Eger egrotantem se odit qualis est. De Decem choristis, cap. 8.
2. Odi quod sum, et non sum quod amo. Epist. 106.
3. Dilectio sui in malo, melius odium sui vocatur. De Doctrina christiana, cap. 23.

4. Qui non diligit Deum, etiam si se diligit, se odisse dicitur. Lib. 14, de Trinitate, cap. 14.
5. Sit hominis in animam suam amor ut peccet, odium ne peccet. Si male amaveris, tunc odisti: si bene oderis, tunc amasti. Felices qui odorant custodiendo, ne periant amando. Tract. 54, super Evangelium Joannis, cap. xii.

6. Oportet ut odieris in te opus tuum, et ames in te opus Dei. Ibid., tract. 42.

7. Homines ament fieri quod non sunt: odierint quod fuerunt. Hom. 27, ex lit. Hom.

8. Nullus potest perfecte invenire Deum, qui se perfecte non odit. In Stimulo amoris, part. 2, cap. 3.

9. Nullus vero Deum se perfecte diligit, qui non se veraciter odit. De Perfecte charit., art. 37.

10. Qui vere pauper est spiritu, seipsum odit, et alios diligit. In suis Opus. in Admont. ad fratres, cap. 14.

11. Inter officium et finem hoc distat, quod officium est in eis quae facere debemus, finis propter quem facimus. Lib. 2 contra Advers. legis, cap. 7.

12. Haec est pugna periculosa, et haec est gloria victoria: quae perit odisse quod amat, et amare quod odit. Homil. 35 super Math. Oper. imperf.

13. Odiium et abnegatio sui ipsius, est de necessitate salutis. De Perfectione vite spirit., cap. 10.

SENTENTIAE PAGANORUM.

14. Nisi, o fili, tuum corpus oderis, teipsum amare non poteris: quamprimum vero non te, sed Deum ipsum dilexeris. Lib. de Potest. et sup. Dei, cui titulus Pimander, cap. 4.

OFFICIUM IN GENERE.

Etymologia. Officium ab efficiendo dicitur, quasi officium: sed propter decorem sermoneis una immutata littera, officium solet mutari, vel certe ut ea agas, quae nulli officiant, sed pro sint omnibus. Lib. 1 Offic., cap. 8. Et Isidorus Hispal., lib. 6, Etymol., cap. 19.

Definitio. Officium est quod quoque efficere debet pro sua persone conditione.

Officium est, per quod dignitas constat. Super Epist. I ad Cor., cap. xii.

SENTENTIAE PATRUM.

- 1. Officium omne aut medium, aut perfectum est. Lib. 1 Offic., cap. 10.
2. Si appetitus rationi obediat, facile id quod decet in omnibus officiis conservari potest. Ibid., cap. 24.
3. Non defendas improbum, et sancta indigno committenda arbitraris. Ibid., lib. 2, cap. 24.
4. Pura ac sincera amicitia, humanitatis offi-

cia non vendit: gratis praestat, et citra mercedem. Homil. in Festum kalendas.

5. Non est finis miseriam, quamvis finis officiorum nostrorum in re instabili collocatur. Epist. 56, ad Diocorum.

6. Noveris non officiis, sed finibus a vitis discernendas esse virtutes. Prose.

7. Officium est autem quod faciendum est: finis vero propter quod faciendum est. Lib. contra Julianum, cap. 3.

8. Cunctis officiis in sacris litteris praeribitur norma vivendi: omnis enim ad bene vivendum provocatur seatus, etas et dignitas. De Verb. Dom., serm. 10.

9. Dedit Deus facultatem bene operandi in laboriosis officiis. Lib. 3 de Lib. arbit., cap. 20.

10. Nullae sunt occultiores insidiae, quam haec quae latent in simulatione officii. Lib. 19 de Civit. Dei.

11. Inter officium et finem hoc distat, quod officium est in eis quae facere debemus, finis propter quem facimus. Lib. 2 contra Advers. legis, cap. 7.

12. Arbitratur se non esse minoribus occupandum, qui se ad majora sentit idoneum. De Duodecim grad. humil., grad. 7.

13. Liber a culpa non est, qui alienum usurpat officium. In Speculo discipl., part. 4, cap. 5.

14. Cura officii diligens, maxima status integritas: neglectus officii, maxima vitio corruptio, maxima religionis deformitas. Ibid., cap. 16.

15. Ipse se ad officium ostendit prosum indignum, qui commodis presumit appetere, quod habere per gratiam non meretur. Lib. 4 in Registro, indict. 13, cap. 67, epist. 53, ad Childebert. reg. Franc.

16. Frustra pro quorundam voluptatibus, quis privetur, quem sua culpa vel facinus ab officii quo fungitur gradu deiecit. Ibid., lib. 10, indict. 5, cap. 8, epist. 8, ad Columbanum episcopum Neumidiae.

17. Incausum tenet magistris locum, qui non exercet officium. Ibid., lib. 25, cap. 12.

18. Non largus praemis, sed dignus meritis in officio eligatur. Ibid., cap. 67, epist. lib. 4, in diction. 13, cap. 67, epist. 23, ad Casterium noisarium.

19. Ille ad quodlibet officium perducatur, quem merum gravitas commendat et actio. Ibid., lib. 5, in diction. 14, cap. 107, epist. 7, ad Theodor. episc.

20. Ille ad officium eligatur, quem dignum vita et mores ostenderint: et nullus ex datione pecuniae, vel quamlibet patrocinio personarum, seu proximitatis, patiaris accedere. Ibid., lib. 7, in-

S. AUGUST.

S. BONAV.

DIONYSIUS CARTHUS.

S. FRANCIS. ASSESIUS.

S. HIERON.

J. IOANNES CHRYSOST.

S. BERNARD.

S. BONAV.

S. GREGORIUS MAGISTRUS.

S. AMBROS.

S. ESTI. EB.

COLLECTIO.

GILBERT. ORD.

S. ASTENSIS

diction. 1, cap. 5, epist. 5, ad Brunichildam reginam Francorum.

21. Omnibus enjundibet officii valde onerosa est novitas. Ibid., lib. 4, indict. 13, cap. 89, epist. 165, ad Andream scolastic.

22. Incongruum valde est, a suscepto officio quemquam suspendi, quem culpa non removel. Ibid., lib. 12, in diction. 7, cap. 1, epist. 1, ad Marianum episc. Ravenat.

23. Tolerabilius est antiquiorem fratrem in officio, quam novum et puerum tolerare. Ibid.

24. Si quis mutato ordine officia deserit, ad aliena non assurgit. Super Apocal., cap. 1.

25. Multi dimisso proprio officio, alienum officium usurpant. Super Hierem., cap. 22.

26. Odio dignus est, qui aliud quam quod profiteretur, exercet. Serm. de Moyse.

27. Quo majus est officium, eo majoris sit occasio contumeliam. Homil. 5 de Fide Annae.

28. Similitudo officiorum similitudinem exhibet meritorum. Serm. de Zachaeo.

29. Nihil sic in arrogantiam extollere consuevit, sicut officiorum ambitio. Homil. 4 ad Populum Antiochenum.

30. Immoquemque oportet suo officio fungi. Lib. contra Gentiles.

31. Nullum officium Deo charius est, quam quersere utilitatem, et saluti prospicere fratrum suorum. Oral. de B. Philogonio.

32. Officium curam requirit, cura mentem distrahit, abstractio studium liberarum impedit. Lib. 2 de vir. illustr. ordolis S. Bened., cap. 21.

33. Conturbat ordinem totum, qui non suo contentus officio, subripitalienum. Lib. 2 de Sum. bono, cap. 5, sent. 16.

34. Ille, qui se ad hoc officium vocari permisit, sic se vocaverit ut non repellat, sic se honoraverit ut non humiliet, sic se exaltaverit ut non confundat, non deiciat, vel allidat. Epist. 132, ad quemdam abbat.

35. Ministerium tuum plus oneris habet, quam honoris. Ibid., tract. de Inst. episc.

36. Quod fieri debet, semper fit non ut debet: et quod non est officium, interdum fit officio. Lib. de Cherubin.

37. Si tales officium, officio satisfacias. Serm. Dom. 3 Advent.

38. Non est novum meritum, ubi alterius praecedit officium: nec perfectioni ascribendum est, ubi muneribus numeris, praemissis officiis relictur officia. Homil. 12.

39. Nisi qui sobrius fuerit, ministerium suum implere non poterit. Ibid., epist. ad Monacho.

SENTENTIAE PAGANORUM.

- 40. Nullum est officium tam sanctum, quod

S. IOANNES CHRYSOST.

HAYKO.

HUGO CARD.

S. IOANNES CHRYSOST.

JOAN. TRITH.

S. ISIDORUS HISPALENS.

PETR. BLEB.

PHILO. SUP.

S. THOMAS A VILBA-NOVA.

S. VALERI. EPISC.

CICERO.

non avaritia comminuere atque violare solet. *Orat. 1 pro Quintio.*

41. Nihil est ad officia conservanda accommodatius, quam ut appetitus rationi pareant. Lib. 1 *de Offic.*

42. Studii officisque scientiæ præponenda sunt officia iustitiæ, quæ pertinent ad hominum utilitatem, quæ nihil homini debet esse antiquius. *Ibid.*

43. Omne officium quod ad conjunctionem hominum, et ad societatem tuendam valet, anteposendum est illi officio, quod cognitione et scientia continetur. *Ibid.*

EPICTETUS.

44. Omnia officia in universum mutuis affectionibus sunt medienda. In suo *Enchirid.*, cap. 37.

PLATO.

45. Quanto maximum est munus, tanto et majore otio, ac proinde maxima arte et diligentia indiget. *Sirgyia 4, lib. 2 de Repub.*

SENECA.

46. Turpe est credere oneri, luctare cum officio, quod semel recepisti. *Epist. 22.*

OFFICIUM DIVINUM.

Divisio. Divinum officium in septem horas canonicas dividitur: Matutinum, Primum, Tertium, Sextam, Nonam, Vesperas, Completorium. In *opus. de Officio Sacerdotis.*

SENTENTIE PATRUM.

S. AUGUST.

1. Quantum lævi in hymnis et canticis tuis, suave sonantis Ecclesie tue vocibus commotus acriter: voces illæ infuebant auribus meis, et eliquabatur veritas tua in cor meum, et ex ea actuabatur inde affectus pietatis. Lib. 9 *Confess.*, cap. 6.

2. Cum reminiscor lacrymas meas, quas fudi ad cantus Ecclesie in primordiis recuperatæ fidei mee, et nunc ipso commoveor non cantu, sed rebus que cantantur, cum liquida voce et convenientissima modulatione cantantur, magnam instituti hujus utilitatem rursus agnosco. Lib. 10 *Confess.*, cap. 34.

3. Adducor cantandi consuetudinem approbare in Ecclesia, ut per oblectamenta aurium infirmior animus in affectum pietatis assurgat. *Ibid.*

4. Cum mihi accidit ut me amplius cantus, quam res que canitur, moveat, pomaliter me peccare confiteor, et tunc mallem non audire cantantem. *Ibid.*

S. BENEDICT.

5. Ad horam divini officii, mox ut auditum fuerit signum, relictis omnibus quilibet fuerit in manibus, summa cum festinatione curratur, cum gravitate tamen, ut non scurrilitas inveniat fomiteum. In *Regula*, cap. 43.

S. BERNARD.

6. Nihil operi Dei præponatur. *Ibid.*

7. Divinum Officium bonum est, tum propter relevandos vite presentis labores, qui utique tele-

rabiliores fiunt exultantibus in laude Dei: tum quia nihil ita propriè quædam in terris representat cœlestis habitationis statum, sicut alacritas laudantium Deum. *Serm. 41 super Cant.*

8. Oblatio laudis, que Deo immolatur, triformis esse debet; affectuosa, ut mens concordet voci; fructuosa, ut edificationem pariat auditui; gratiosa, ut placeat Conditori. In suis *Sententiis*, verbo *Oblatio.*

9. Usurpamus officium angelorum, quorum sortimur consortium. *Serm. 7 super Cant.*

10. Vos moneo, dilectissimi, pure, semper ac strenue divinis interesse laudibus: strenue quidem, ut sicut reverenter, ita et alacriter Domino assistetis; non pigri, non somnolenti, non oscitantes, non parentes vocibus, non præcedentes verba similia, non integra transientes, non fractis et remissis vocibus, muliere quiddam balba de nare sonantes; sed virili, ut dignum est, et sonita et affectu voces sancti Spiritus pronentis; pure vero, ut nil aliud dum psallitis, quam quod psallitis, cogitatis. *Serm. 47 super Cant.*

S. BONA.

11. Isti qui stipendia accipiunt, si Officium divinum non implent, injustitiam exercent, et contra præceptum faciunt. *Serm. 1 de Omnibus sanctis.*

12. Officium divinum in Ecclesia Spiritus sanctus ordinavit fieri quinque de causis: primo, propter imitationem cœlestis consentus, quo Sancti et Angeli in celo assidue in præsentia Dei ejus laudibus sunt intenti; secundo, ut beneficium Dei memores, certis horis gratias pro his laudando et orando, ei jugiter referamus; tertio, ut nosmetipsos sic assidue ad devotionem excitemus, et ignem amoris Dei per hoc nobis (ne per desidiam, seu alias occupationes tepescat) continue reaccendamus; quarto, ut simplices fideles, qui per se nesciunt certa orandi tempora eligere, per hoc ad orationis studium assuetiorem; quinto, propter decorem religionis christianæ, quia decens est et congruum. *De Sex alis Seraph.*, cap. 8.

13. Impatientis et vani signum est hominis opus Dei non posse in choro usque ad finem expectare. *Proæc.*

14. Si monachus, sancto narrante Gregorio, lib. 2 *Dialog.*, cap. 4, post completum officium continuo recedentem, visus et demon a choro retrahere, quid de his, qui nec ipsius explicationem officii prestolantur? In *Speculo discipul.*, part. 1, cap. 22.

15. Officium divinum in choro et extra, non perturbatorie quidem, simalitics, ut aiunt, labitis, sed devote semper et integre persolvendum est. *Ibid.*, part. 2, cap. 1.

16. Dormitatio in officio tunc maxime imputa-

tur, et omisi dicitur restitutioe redimenda: quando ei occasione quis præstat. *Ibid.*, part. 1, cap. 15.

DIONYSIUS
CARTUSUS.

17. Officium divinum cum præcipua devotione incipere, alacriter continuare, delectabiliter consummare debemus. *De Fructuosa temp. deductione*, art. 1.

18. Signo surgendi auditio, mox omni mora postposita, omni torpore excesso, omni pigritia conculcata, cum interna jucunditate promptissime consurgendum est: utpote clangore buccinæ summi Regis excitante, atque ad Creatoris ac Regis cœlestis præconium, spiritalique prælium invitante, audio. *Proæc.*

19. Erubescat ergo tunc monachus, vel ad punctum tardare, aut caput sub operimento celare: et quamvis intensum sit frigens, nihilominus confestim de lectulo ad alloquendum, ad adorandum, ad laudandum Deum suum exsiliat. *Ibid.*

20. In Ecclesia, in choro tempore divini Officii, refrærendi ac custodiendi sunt oculi, ne aliquid devotionis atque internæ recollectionis impedimentum ingerant cordi. *De Prospectu spirit.*, art. 5.

S. EUSEBIUS
EMISEN.

21. Nunquam tedium tibi inest in Dei obsequio occupari. *Ibid.*, art. 10.

S. FRANCIS
ASSISIENS.

22. Studeamus ut cum obsequiis laborum vita concordet et consonet; sic enim pietas Dei ad nos flectit auditum. *Hom. à Epyphanta.*

S. GREGOR.
MAGNUS.

23. Clerici dicant divinum officium cum devotione coram Deo, non attendentes melodiam vocis, sed consonantiam mentis: ut vox concordet menti, mens vero concordet Deo. In suis *Opus. epist. 41, ad Capitul. generale.*

S. GREGOR.
MAGNUS.

24. Presbyter excommunicatus tenetur ad horas dicendas. In *Decretis Gratiani.*

S. GREGOR.
MAGNUS.

25. Non oportet ut qui semper ad stare debet Officio divino, inhiat terreno lucro, cui Deus hæreditas est. Quid ergo deesse potest illi, qui omnia habentem habet? *Super Deuter.*, cap. 48.

S. GREGOR.
MAGNUS.

26. Dignum est ut quanto quis prælatius est cœteris, tanto devotior sit in divinis Officiis. *Super 1 Paralip.*, cap. 18.

S. GREGOR.
MAGNUS.

27. Divina obsequia cum instanti fervore magnum devotionis exercenda sunt. Lib. 5, in 1 *Reg.*, cap. 11.

S. GREGOR.
MAGNUS.

28. Assuescas exemplo ad orationes et psalmos nocte consurgere, mane hymnos canere, tertis, sexta, nona hora stare in acie, quasi bellatricem Christi. *Epist. 7, ad Lætan.*

S. GREGOR.
MAGNUS.

29. Nullus est meriti ore divina Officia verbositate, et misera mente, que extrinsecus eminet, vagando circumferri. In *Regula monachar.*, cap. 33.

S. GREGOR.
MAGNUS.

30. Hora tertia oramus, hora sexta oramus et nona: media nocte consurgimus, deinde gallici-

tur, et omisi dicitur restitutioe redimenda: quando ei occasione quis præstat. *Ibid.*, part. 1, cap. 15.

31. Qui assumpti sunt ad divinum Officium, non debent nimium affectum erga parentes habere. *Super Gen.*, esp. xiv.

32. Si totum vite tempus oris obsequia occupent, laudes teneant, gratiarum actiones insistant, non poteris pensare quod debes. *Proæc.*

33. Danda est opera, ut totis viribus devotio mentis in divina obsequia exerceatur, et laudum gloriam os per omne tempus frequentare cogatur; non quo in istis debitum compensetur, sed ut devotiosis voluntas his exercitiis dignoscatur.

34. Quidquid fragilitas detrahit ad complendum, hoc devotio confert ad promerendum. *Serm. Quomodo primis homo.*

35. Nihil amarum, nihil durum est lingua profert, qui divinis Officiis assueta est. *Hom. super 1 Tim.*

36. Divini officii obsequium tunc est proculdubio laude dignum, cum fuerit laudabiliter consummatum. Lib. 4, epist. 16, *ad quemdam episc.*

37. Omnis monachorum sedulitas in orbem divini notatur obsequii. *Serm. 59, de S. Nicolao.*

38. Si Regi, vel terreno cubilibi optimati sue ditionis officiales reverenter assistunt: cum ante terribilem majestatis divinæ conspectum laudum præconia jubilamus, qua presumptionis audacia sedere presumimus? *Opus. 39, cap. 2.*

39. Cui virtutes angelicæ tremantes assistunt, terreni et corruptibiles homines stare despicunt? *Ibid.*, cap. 3.

40. Ecclesiasticis Officiis rite creditur angelicam semper adesse præsentiam. *Ibid.*, cap. 3.

41. In divinis Officiis non parva temporis portio consumitur, quibus tractum et intente canendis, tanto te majus necesse est studium adhibere, quanto non velut gratuitum in his obsequium Deo impendis, sed quasi debitum positum ut servus Domino reddis. Lib. 4, epist. 20, *ad Gildbert.*

42. Tertia hora Officium ideo fit, quia tertia hora Christi passio coepit, cum per Judæorum linguas tunc Dominus crucifixus est, et post resurrectionem ejus in die Pentecostes tertia hora Spiritus sanctus super apostolos descendit. Lib. 2, *de Instit. cleric.*, esp. 4.

43. Qui divinum Officium non dulco cantum, sed grave onus judicat, indicat se parum amare eum, qui psallit. *Super Psalm. LXXX.*

44. Valde graviter Deum offendunt multi, ad Officium pigre surgendo, tarde sepius veniendo,

HUGO CARD.

S. JOHANNES
CHRYSOST.S. PETRUS
DAMIANUSPETRUS
MAURITIUS
ABB. CLUN.

BARANUS

THOMAS
A KEMPIS.

tepede psallendo, verba currumpendo, crebris oscitatio, vage circumpiciendo, male advertendo, negligenter inclinando, de longitudine Paulmarum attendendo, ad finem festinando. *Ibid.*, serm. 16, divis. 1.

45. Ex divina colloquii nascitur amor Dei, edificatio proximi, odium mundi, desiderium regni caelestis, dolor de peccatis, fervor charitatis, renovatio lotus interioris hominis. *Ibid.*

46. Non pigeat, Fratres, omni nocte surgere ad vigilias nocturnales; sed facto signo, abijcitur torporum ab oculis, evagationem a cordibus, dissolutionem a moribus. *Serm. 1, ad Novit.*, divis. 2.

47. Spiritus sancti opere et arte, divinum Officium ordinatum est. *De Discip. claustr.*, cap. 8.

48. Vn illis, qui in divina Officio amore non caleat, sed ad extraneas fabulas se convertunt: qui nec erant, nec alios orare permittunt. *De Discip. claustr.*, cap. 8, sect. 6.

49. Qui a Dei laudibus torpescent, aut tacet, aut se absentat, non est amicus Dei. *Ibid.*, sect. 5.

50. Anterior tuo oris monedula quotidie laibus exhibens, ejusque sacrificium laudis verborum suavitate componas, atque ad officium operis deputati devotus occurras. *Hom. 8, de Arcis vita.*

SENTENTIA PAGANORUM.

51. Divina Officia procedere, humana sequi debent. *Lib. de Potest. et sap. Dei.*, cui titulus, *Præmander*, cap. 4.

Vide etiam tit. *Chorus*, sent. 38; *Evangelio mentis*, sent. 8, 9, 10, 11; *Laus Dei*, sent. 109.

ONUS.

SENTENTIA PATRUM.

S. ANDR. 1. Gravia, fili, gravia nimis delictorum pondera; nullum gravius est onus, quam peccatorum farcina, et pondus flagitiorum deprimit animam, curvatque usque ad terram, ne se erigere possit. *Lib. 5, epist. 18, ad Hieronimum.*

2. Suscipite jugum Christi, nolite timere quia iugum est, festinate quia leve est: non conterit colla, sed homest. *Prose.*

3. Quid dubitatis? quid procrastinatis? non allegi servitium viculis, sed mentem gratia copulat, non necessitate constringit, sed voluntate bonis operis dirigit. *De Hebæ et Sejuno*, cap. 22.

S. ANTONIN. 4. Sicut pondus grave, quod solus unus portat, alleviatur ex societate aliorum secum portantis: sic onus tristitia levius et melius fert unus, si alius secum ferat. *Part. 2, tit. 8, de Tristitia*, cap. 5, § 8.

S. AUGUST. 5. Magnam onus et arduum, etiam ad sustinendum difficile, veroc non ad suscipiendum temerarium sit. *Lib. 4, de Doctrina christiana*, cap. 4.

6. Justus injusto oneri est; quanto enim bonus est, tanto magis oneri est iniquitati illius. *Super Psalm. xxxvi, conc. 2.*

7. Jugum Christi amant suave est, non amant durum est. *De Verbis Apostoli*, serm. 12.

8. Habes sarcinam Christi, unde portes cum altero onus proprium. Pauper est, dives es: onus illius paupertas est, tu tale onus non habes. *Prose.*

9. Vide ne forte cum te interpellabit paupertas, dicas: Paupertas non est onus meum, sed est onus fratris mei.

10. Vide ne divitiae sint majus onus tuum: nam non habes onus pauperis, sed habes onus divitiam.

11. Si bene intendas, onus est. Ille alterum onus habet, tu alterum: porta cum illo, et portet tecum, ut invigem onera vestra portetis.

12. Quod est onus paupertatis? non habere. Quod est divitiarum onus? plus quam opus est habere. Et ille oneratus est, et tu onerabis es: porta cum illo non habere, portet tecum plus habere, ut fiant aequales sarcinae vestrae.

13. Si enim dederis indigenti, minus illi non habenti onus ipsis, quod erat non habere: si ei dederis, incipit habere; minus est illi onus, quod vocatur non habere; mitit et ipse onus tuum, quod vocatur plus habere. *Ibid.*, serm. 22.

14. Virilis animi est et præclare mentis, deicere a cervicibus animo inimicum pondus. *Serm. 1, Vigil. Pent.*

15. Quoniam tui plenus non sum, oneri mihi sum. *Lib. 10, Confess.*, cap. 28.

16. Onerant me potius majora, quam præparant. *Lib. 3, contra Acolen.*, cap. 16.

17. Ubi succumbo quia oneror, ibi etiam quia diligor, sublevo. *Epist. 184.*

18. Quam hinc honorant, in alia vita onerant. *Epist. 203.*

19. Sarcina quam infirmitas gravis est, levis efficitur charitati. *De Grat. et lib. arb.*, cap. 17.

20. Non nos terreat sarcina, levis erit, si Christi erit; Christi erit, si fides aderit. *Lib. 2, de Conjug. adult.*, cap. 19.

21. Magna onera transfert homo, mentis fortitudo magis quam viribus corporis. *Hom. 10, in Hexam.*

22. Nulli imponas quod ipse pati non possis. *In suis Proverbiis*, verbo *Nulli*.

23. Onerat nos, cum oneratur Deus: onerat beneficio, cum exonerat peccato. *Serm. 15, super Qui habitat.*

24. Inhumane corum redarguit opera, quorum onera refugis. *Serm. 13 super Cant.*

25. Pulcherrimus ordo est, et saluberrimus

onus quod portandum imponis, tu portes prior. *Enist. 291, ad Balsam. abbat.*

26. Grave pondus, grave est periculum. *Serm. 4, de Nativit. Domini* ubi adscriptio.

S. BONA. 27. Totum te Deo committe, et quod tibi est grave, fiet cito portabile. *In Alphabet. relig.*, lect. 19.

S. HIERON. 28. Nemo Dominum esse intolerabile consequatur jugum. *Prose.*

29. Qui duri est animi, qui cordis est asperi, ipse sibi facit durum aliquo asperum jugum Christi.

30. Vere enim gravi premitur sarcina mens subjugata peccato: onus vero Domini scilicet relevare, nescit opprimere. *Hom. 1 Epiph.*

S. FRANCIS. 31. Onus quod humeris portas, magnam est et grave, animas videlicet multorum. *Epist. 7, ad Frat. Elitum.*

S. JULIAR. 32. Sarcina Christi cum onerat, sublevat: et miro modo quem onerat, non permittit comprimi; quem sublevat, non sinit extolli. *Lib. 3 ad Manianum*, cap. 1.

GLOSS. ORD. 33. Jugum Dei suave est, et onus leve: que natura sua dura sunt et aspera, amor Dei et spes premitur facit levia. *Super I Joan.*, cap. v, in illud: *Mandata ejus gratia non sunt.*

S. GREGOR. 34. Tantorum pondera unusquisque sustinere compellitur, quantis in hoc mundo principatur. *Lib. 9 Moral.*, cap. 10.

35. Quod valde importabile esse ex dolore ostenditur, consideratio provida, et remuneratio levigatur. *Ibid.*, lib. 3, cap. 5.

RAYE. 36. Nunquam poterit homo alio jugo esse, aut Christi, aut diaboli. *Serm. de Confessione Jesu.*

S. HIERON. 37. Noli subire onus quod ferre non potes. *Epist. 8, ad Letaniam.*

38. Ultra vires sumpta onera minime probo. *Epist. 27, ad Eustoch.*

39. Magnitudo oneris impositi ita cervicem premit, ut ante sub fæce roendum sit, quam levandum. *In Prefat. super Eydram.*

40. Jugum meum suave est, et onus meum leve: suave est volentibus, durum est volentibus. *Super Psalm. xvi, vers. 5.*

41. Levius est pondus funice, quam lorice. *Lib. 4, de Claustr.*, cap. 11.

42. Tria sunt, quibus gravatur: carcer, captivitas, infirmitas: gravatur infirmitas, debilitate, et dolore; incarceration, estenuis et compeibus; captivitas, servitute et labore. *Ibid.*, lib. 3, cap. 10.

43. Onus fertur, fertur si colligitur, ad terram inclinat, grave est cum ligatur super humeros. *Lib. 4, de Propriet. rer.*, cap. 13.

44. Non sit pondus tibi majus et minus, ut alter tibi, aliter proximo melioris, impones gra-

via, que nec digito volis movere. *Lib. 1, Miscellan.*, codic. 2, tit. 103.

45. Onus mundi, probanda sunt, et divitiis, et honoribus. *Super Psalm. lxxxv.*

46. Levius fertur quod cum alio fertur. *Super Math.*, cap. v.

47. Beati qui jugum Christi portant, quod est grave in principio, sed semper in fine suave. *Prose.*

48. Miseri vero, qui jugum diaboli portant, quod suave est in principio, sed in fine semper est grave. *Serm. 4 Septuag.*

49. Est onus Christi, onus mundi, onus diaboli: primum gratie, secundum peccati, tertium culpæ. *Super Psalm. xxxvii, vers. 4.*

50. Pondus terrestrium dominorum atterit paulatim ministrantium vires, pondus autem Christi magis adjuvat bajulantem. *Homil. 28, super Mat. Oper. imperf.*, in illud: *Tollite jugum meum.*

51. Nihil onerosum sentit, cui participat Christus existit. *Serm. de Fide, spe, et charitate.*

52. Qui plus accipit, quam ferre non potest, inutile, et damnum offert et ignominiam. *Homil. 29, super Iud. Cor.*

53. Quod male fers, assuesce, fers. *Tract. de Parvul. ad Ciceronem*, consid. 1.

54. Ubi jam suave jugum et leve onus Christi est, ibi durum et grave est portare servitium seculi. *In Regula monachorum*, cap. 2.

55. Virtutis via non aspit magna onera portantem. *Lib. 7 de Divin. inst.*, cap. 1.

56. Tollat quisque super se jugum suave amoris Dei, ut secum habeat coadjutorem laboris sui. *Prose.*

57. Jugum enim hoc non premit, sed roborat: non perimit, sed reficit: non onerat, sed refugium prestat.

58. Nam onus istud portat portantem se, et in laboribus fortitudinem subministrat. *De Discip. monast. conversat.*, cap. 2.

59. Ego homo sum, non asinus, ut non spontaneus invitet ad onera, non compellat invitus. *Epist. 123, ad Richard. Londinens. episc.*

60. Non omnibus sunt onerosa hæc tolerantibus, sed tolerare volentibus: sive enim gravis hæc, sive levis, animus tolerantis facit. *Lib. 1, de Gubern. Del.*

61. Onus vtilis diurnum et nocturnum collo monachi impositum, ostendit cito quantum portare potest per amore Dei, et sustinere. *Serm. 14, ad Novit. divit.*, 6.

62. Nemo invenitur tam bonus, cui non occurrat aliquid oneris et gravitatis. *In Hortulo rosar.*, cap. 7.

MUGGARD.

S. INNOC. III.

S. JOHANNES CHRYSOST.

JOAN. GENS.

S. ISID. HISP.


LACT. FIRM.

S. LAURENT. JUSTIN.

METR. BLES.

SALVIANUS.

THOMAS A. KEMPIS.



63. Jugum Christi amantibus est suave, tepidius grave, superbis amarum, mitibus leve, humilibus charum. *Ibid.*, cap. 8, sect. 2.

64. Unusquisque sufficiens onus sibi ipsi est: quid ergo prodest quod aliens te ingeris oneribus, et plus tollis quam portare vales? *Ibid.*, cap. 11, sect. 3.

65. Qui omni sibi impositum patienter sustinet, Jesum et hunc crucifixum in humeris suis portat. *Ibid.*, cap. 17.

66. Debet quae sunt onerosa deponere, qui vult ad iudicium securius venire. *Homil. 2, de Arcis viis.*

SENTENTIA PAGANORUM.

67. Græve est tenere cervicij jugum. *De Divin. Provid.*, cap. 4.

68. Debet semper plus esse virtutum in labore, quam in onere: necesse est opprimat onera, quae ferre non possunt. *De Tranquillit. animi*, cap. 5.

69. Turpe est cedere oneri. *Epist. 22.*

70. Circumspectus quantum ferat tecum, et quam magna pecunia instruas olium, nunquam exitum invenies; nemo enim sardina enatat. *Ibid.*

Vide etiam tit. Mandatum, sent. 36; Mandatorum facilites, sent. 54, 55, 56, 66; Pastor, sent. 130.

OPINIO.

S. BERNARD. *Definitio.* Opinio est quasi pro vero habere aliquid quod falsum esse nescitur. *Lib. 5, de Confid. ad Eug. Pap.*

S. THOMAS AQUINAS. Opinio est actus intellectus, qui fertur in unam partem contradictionis cum formidine alterius. *Part. 1, Summ.*, quest. 79, art. 9.

PLATO. Opinio est sermo explicatus non ad alium neque voce, sed silentio apud seipsum. *Sisygia 2, de Scientia.*

Falsum opinari est alienam opinionem suscipere, et non ut illud est, cogitatione ponere. *Ibid.*

Falsa opinio est ea, quae iis quae sunt contraria, vel ea quae non sunt, opinatur. *Sisygia 2, in Dialog. sophist.*

IND. HISP. *Divisio.* Quadrivida est sentiendi ratio, quae aut bene sentiendo, quod bene proferatur; aut nil sentiendo, nil dicitur; aut parum sentiendo, loquacitas sola ostentatur; aut optime sentiendo, non eleganter proferitur quod intelligitur. *Lib. 2, de Sum. bono*, cap. 29, sent. 15.

PLATO. Duo sunt opinionum genera; unum verum, alterum falsum. *Sisygia 2, de Scientia.*

SENTENTIA PATRUM.

S. AMBROS. 1. Non desinit quid de se unusquisque et maxime optimus sentiat. *Prosec.*

2. Nam negligere bonorum iudicia, vel arro-

gantiae, vel dissolutionis est: quorum alterum superbia adscribitur, alteram negligentiam. *Lib. 4, Offic.*, cap. 17.

3. Quales haberi volumus, tales simus. *Ibid.*, lib. 2, cap. 19.

4. Magnanimus magis errat veritatem, quam opinionem. *Part. 2, tit. 4, cap. 4, § 3.*

5. Maxima multitudo est hominum, qui in varias noxiasque opiniones ita labuntur, ut emergere inde ac liberari, aut nunquam, aut aegerrime queant. *De Quantitate animae*, cap. 7.

6. Temeritas afferenda incertae dubitque opinionis, difficile sacrilegii crimen evitat. *De Geneti ad litt. imperf.*, cap. 1.

7. Non parvum malum est, perversis opinionibus abduci. *De Viginti et una sententiis*, sent. 3.

8. Opinari duas ob res turpissimum est: quod discere non potest, qui sibi jam se scire persuasit, si modo illud disci potest; et per seipsum temeritas non bene affecti animi signum est. *De Utilit. credendi*, cap. 11.

9. Quod intelligimus, debemus rationi: quod credimus, auctoritati: quod opinamur, errori. *Ibid.*

10. Aliquid aliter sapere quam se res habet, humana tentatio est: nimis autem amando sententiam suam, vel invidendo melioribus usque ad sacrilegium pervenire, diabolice praesumptio est: in nullo autem aliter sapere, quam res se habet, angelica perfectio est. *Lib. 2, de Baptismo*, cap. 5.

11. Pertinet ad nos ne perniciosam opinionem fallamur, ut quia non possumus hominum indagare conscientiam, de ipsis rebus habeamus veram certamque sententiam. *Tract. 90, super Evang. Joan.*, cap. xv.

12. Opinio aut in errore, aut in veritate ratiocinantis est, vel credentis. *Lib. 3, de Lib. arb.*, cap. 8.

13. Falsae opiniones vitam contaminant, si rationalis mens ipsa vitiosa est. *Lib. 4, Confess.*, cap. 15.

14. Si falsis opinionibus tanto quisque inscribitur, quanto magis in eis familiarisque volutatur, multo id facilius in rebus veri animo occidit. *Epist. 417.*

15. Quod neque intelligi, neque sentiri potest, temerariam nimis atque augustiorum gignit opinionem. *Epist. 218.*

16. Magna est vis veterosarum opinionum, et dia defensione, atque credite falsitatis. *De Duob. animab.*, cap. 3.

17. Mala opinionis si pertinaciter defenduntur, tot haereseis facere possunt. *Lib. 3, de Animis et ejus orig.*, cap. ult.

18. Omnino sufficit adversus os loquentium **S. BERNARD.**

S. ANTONIO.

S. AUGUST.

S. BONAV.

DIONYSIUS

CARTHUS.

GREG. DEC.

S. GREGOR.

MAGNUS.

S. GREGOR.

NAL.

S. GREGOR.

TARMAT.

S. BERNARD.

ROSCARD.

S. JOANNES

CHRISTOS.

S. BERNARD.

iniqua, opinio honorum cum testimonio conscientiae. *Serm. 24, super Cant.*

19. Decor tunc, splendor bonae opinionis est. *Lib. 3, de Convid. ad Eugen. Pap.*

20. In his quae fidei sunt cavenda est confusio, ne aut incertum opinionis fides figat, aut quod firmum fluxumque est fidei, opinio revocet in questionem. *Prosec.*

21. Opinio si habet assertionem, temeraria est: si habet hesitationem, infirma est. *Ibid.*, lib. 5.

22. Mirum, imo et injustum videtur, ut plus in malo quam in bono humana valeat intentionis opinio. *De praescepto et dispens.*

S. BONAV. 23. Ejus, quem videre me non licet, bona me pascit opinio. *Lib. 4, Pharetra*, cap. 47.

24. Senti bene de omnibus, nullum despicias nisi te ipsum. *De Perfect. charit.*, art. 47.

25. Veritas praedjudicat opinioni. *In Decret. Gratiani.*

S. GREGOR. MAGNUS. 26. Unguenti more honorum fragrat opinio. *Lib. 7 in Registris*, indict. 2, cap. 424, epist. 424, ad Claudium in Hispania.

27. Habet hoc proprium antiqui hostis invidia, ut quos in pravorum actuum perpetratione, Deo sibi resistente, deicere non valet, opinionis eorum falsa simulando dilaceret. *Ibid.*, lib. 2, indict. 10, cap. 23, epist. 23, ad Justinum.

S. GREGOR. NAZ. 28. Fratrum potius quam opinionum nostrarum amatores sumus. *Orat. 5, de Pentecoste.*

S. GREGOR. TARMAT. 29. Pessima et falsa opinio per homines plerumque grassatur, tum de justis, tum de sceleratis; de utrisque enim contraria existimant: nam et qui iustitia praeditus est, non talis habitus est; et rursus impius cordati viri opinionem tollit, quem errorem gravem et perniciosum esse statuo. *Super Eccles.*, cap. viii.

S. BERNARD. 30. Quae haec est tanta levitas animi, quae tanta vanitas, relicta propria conscientia, alienam opinionem sequi, et quidem fictam atque simulatam? *Epist. 14, ad Celsentianam.*

31. Multos decipit bona de malis existimatio. *Epist. 12, ad eadem. Vigil.*

ROSCARD. 32. Ex producta res est, ut neglecta veritate meriti, de sola opinionis curamus. *Epist. 1, ad Demetriad.*

33. Falsa opinio, quam habet homo de se, transgressionem mandatorum inducit. *Super lib. Judic.*, cap. xvii.

S. JOANNES CHRISTOS. 34. Omnis homo secundum se aestimat alterum, nec potest esse motus sentire de alio, quam ipse senserit de se. *Prosec.*

35. Fornicarius neminem assumat castum, et castus non facile de fornicario suspicatur. *Homil. 39, super Matt. oper. imp.*

TOM. III.

36. Vilis et temerarius vir in parvis rebus maximam sibi de se opinionem effingit. *Homil. 4, super I Cor.*

37. Non paupertas tristitiam, aut divitiae voluptatem gignunt: sed hoc et illud opinio nostra parit. *Ibid.*, homil. 38.

38. Sola opinio omnibus rebus pretium facit. *Homil. 17, super I Tim.*

39. Multo melior est opinio bona pecuniae: illa enim si mala fuerit, non facile abluatur; pecunias autem nihil est acquirere. *Prosec.*

40. Opinio bona sit adsit, prodest plurimum: si vero absit, facit probrosum totum hominem, facit infamem, et ridiculum constituit omnibus et exosum. *Homil. 4, super Epist. ad Hebr.*

41. Nunquam honorum opinio, malorum praevitate corrumpitur. *Epist. 14, ad Nicol. presbyt. Mervicens.*

42. In discrimen deducenda non est opinio, quam de existimatione nostra habetur. *Epist. ad Zenon.*

43. Quod vanae opinioni demitur, id veritati apponitur. *De Profugit.*

44. Opinio, ut veteribus placet, est perfecta exercitio: nam qui inani opinione intumescit, emendationem non sustinet. *Hab. apud D. Joann. Damasc.*, lib. 3 *Parall.*, cap. 96.

45. Opinio inanis, natura, res impura est. *Ibid.*

46. Non te inflat opinio secundae, nec sinistra deiciat. *Lib. 1 de Vita contemplat.*, cap. 8.

47. Fallunt te opiniones tuae, fallit prave et caecae mentis improbitas. *Lib. 5 de Gubern. Dei.*

48. Incidere in falsae opinionis errorem, priusquam vera cognoscas, imperiti animi est et simplicis: perseverare vero in eo postquam agnovis, contumacia. *Epist. 7, ad Aprum et Verum.*

49. Res summae salubritatis non est minoris pretii per opinionis incertum. *Ibid.*, epist. ad Salonium episc.

50. Ex hoc ipso quod aliquis malam opinionem habet de alio sine causa sufficienti, indebite ipsum contemnit, utque injuriatur. *2, 2, quest. 60, art. 3.*

51. Nostra opinio et noster sensus, sepe nos fallit, et medicum videt. *Lib. 4, de Imit. Chr.*, cap. 5.

SENTENTIA PAGANORUM.

52. Fides omnem opinionem sequitur, persuasio fidem, ratio persuasionem. *Lib. 3, de Avimia*, cap. 3.

53. Opinionis rectitudo, veritas est. *Lib. 6, Ethic. ad Nicomach.*, cap. 9.

54. Opinio est actio domina atque arbitra. *Lib. 7 Moral.*, cap. 3.

55. Omnis opinio ratio est: bona quidem ratio, si vera opinio est: mala autem, si falsa. *Lib. 3, de Natura deorum.*

15

S. THOMAS AQUINAS.

S. THOMAS AQUINAS.

S. THOMAS AQUINAS.

S. THOMAS AQUINAS.

S. THOMAS AQUINAS.

S. THOMAS AQUINAS.

S. THOMAS AQUINAS.

S. THOMAS AQUINAS.

S. THOMAS AQUINAS.

S. THOMAS AQUINAS.

56. Negligere quid de se quisque sentiat, non solum arrogantia est, sed etiam omnino dissoluti. Lib. 4 de *Offe.*

EPICTETUS.

57. Irridescit si quis vult, plus apud se vera ratio valebit, quam vulgi opinio. De *Parador.*, cap. 2.
58. Homines perturbantes non rebus, sed iis quas de rebus habent, opinionibus. In suo *Enechirid.*, cap. 16.

MILVUS PEB.

59. Bona opinio homini tutior pecunia est. In suis *Senectutis*, sent. 53.

PLATO.

60. Omnes hominum opiniones non sunt perique colende: verum alie quidem, alie non sunt: neque omnium hominum, sed quarundam quidem, aliorum vero minime. Sisygia 4, in *Dialogo Critona.*

61. Necessae est eum qui opinatur, eorum quipiam opinari, vel qua novit, vel qua non novit. Sisygia 2, de *Scientia.*

62. Qui unum quid opinatur, aliquid eorum que sunt opinatur. *Ibid.*

63. Qui id quod non est opinatur, nihil operatur, nec operatur quidem. *Ibid.*

64. Fieri non potest, ut id quod non est, in opinionem cadat, neque earum parum que sunt ratione, neque ipsum per seipsum. *Ibid.*

65. Aliud est falsa opinari, quam ea que non sunt opinari: non enim hoc modo falsa in sapiente est opinio. *Ibid.*

66. Cum quis rem turpem pro pulchra, et pulchram pro turpi opinatur, tunc reversa opinatur falsa. *Ibid.*

67. Opinari vera omnino ab errandi periculo liberum et immune est, et que ex se illa opinione proficiuntur, omnia et pulchra et bona existunt. *Ibid.*

68. Vera opinio ad rectam rationem non minus est efficax dux, quam prudentia, sive sapientia. Sisygia 4 de *Virtute.*

69. Non minus utilis est recta opinio, quam scientia. *Ibid.*

70. Opinionem veram si dux praesent, unusquisque rei actionem deteriorem non praestat, quam praestat scientia. *Ibid.*

71. Recta opinio nec scientiam cedit, nec minus ad res gerendas utilis est: neque is qui rectam opinionem habet, eo qui scientiam, minus utilis est censendus. *Ibid.*

BENECA.

72. Saepe quod est incredibile, de facto bene existimamus: de faciente male. Lib. 3, de *Iro*, cap. 28.

73. In illis que mala vocantur, nihil tam terribile ac durum invenio, quam opinionem vulgi. De *Consol. ad Helvium*, cap. 5.

74. Quaecumque omnino veritati repugnat, falsa est. Epist. 76.

75. Mala opinio bene parsa delectat. Epist. 113.

76. Opiniones tuae iudicis sint. De *Quatuor virt.*

77. Male opinantur de te homines, sed mali. De *Mortibus.*

OPUS, OPERARI.

SENTENTIAE PATRUM.

1. In omnibus operibus nostris, tanto quisque attentius; quanto difficilius operamur. Lib. 6, *Musica*, cap. 5.

2. Quaecumque iniquitas in malis operibus exercetur, ut fiant: superbia etiam bonis operibus insidiat ut perant. *Ibid.*

3. Laudandus est, non attractus ad opus scribular animus, sed liberaliter et sponte devotus. Lib. 2, super *Ered.*, quest. 170.

4. In illa re qua ubi opera servilia jubentur cessare, magna est altitudo gratiae Dei: tunc enim sunt cum requie opera, cum fides per dilectionem operatur. *Ibid.*, quest. 172.

5. Tanto magis delectat opus bonum, quanto magis diligitur Deus, summum atque incommutabile bonum: et auctor quolibetque bonorum omnium. Lib. 2 de *Poe. metr. et rem.*, cap. 17.

6. Bonum opus intentio facit, intentionem fides dirigit. Super *Psalm.* xxxi.

7. Antequam stes in opere, sta in consilio. Super *Psalm.* xlii, vers. 1.

8. Nullum est opus bonum, cuius non sit in mente cogitatio. Super *Psalm.* lxxvii.

9. Bonum opus non multum laborat, malum opus habet laborem. Super *Psalm.* xcii.

10. Sicut iniqui male utuntur bonis operibus Dei, sic contra Deus bene utitur malis operibus iniquorum. Tract. 27, super *Evang. Joan.*, cap. 6.

11. Negligis quod factus es, diligis quod fecisti: amas extra te opera tua, negligis in te opus Dei. De *Verb. Dom.*, serm. 54.

12. Ratio operibus, et opera ratione indigent, ut quod mente concipimus, opere perpetuamus. Hab. in *Gluc. ord.* super illud *Levit.* 8, *Cumque lavasset eos.*

13. Nisi iniustus voluntatem mutaverit, bonum operari non potest. *Contra Adam.*, cap. 26.

14. Dedit Deus facultatem bene operandi in laboriosis officiis. Lib. 3 de *Lib. arb.*, cap. 20.

15. Bene operari non possumus, nisi domo Dei adjuvi. Epist. 119, cap. 10.

16. Cum bene operamur, ipse dicitur operari in nobis, cuius munere operamur. *Ibid.*

17. Desumamus in similitudine operum, discernere animos operantium. Epist. 48.

18. Operibus debitum redditur. Epist. 106.

19. Quicumque dicit, voluntas mea mihi suffi-

S. AUGUST.

cit ad faciendam opera bona, declinat in dexteram. Epist. 47.

20. Mali filii mala opera, bona opera boni filii sunt. Epist. 50.

21. Bona opera non perent, etiam quae de bonis pereuntibus fiunt. Epist. 70.

22. Ex mundi bonis facias bona opera, et propter mundi bona non facias opera mala. *Ibid.*

23. Tunc recte fit opus bonum, cum in ejus laudem fit, cuius gratis donatur ut fiat. Epist. 120, cap. 29.

24. Nolite esse pigri in operibus bonis, ut ad vestri seminis messem suo tempore veniat. Epist. 138.

25. Non praedicit bono malis, quem in conversatione mali operis socium non habet criminis. Epist. 152.

26. Cum coepit tibi displicere quod fecisti, nunc incipit bona opera tua, quia accusas mala opera tua: initium bonorum operum confessio est operum malorum. Tract. 12, super *Joan.*

27. Opera Dei videmus bona, quietem vero ejus post bona opera nostra videmus. Lib. 4 de *Genesi ad lib.*, cap. 13.

28. Tunc est vere opus bonum, cum a christifide juralatur agentis intentio: et tanquam ad locum suum rediens, rursus in charitate requiescit. De *Catechis. rud.*, cap. 11.

29. Malorum operum tanquam fructum malorum voluntas ipsi est velut arbor mala. Lib. 14 de *Civitate Dei*, cap. 11.

30. Non ad malum opus perveniretur, nisi processisset mala voluntas. *Ibid.*, cap. 13.

31. Non fit opus malum nisi a malis. *Ibid.*

32. Ipsa bona opera nostra Dei potius intelliguntur esse, quam nostra. *Ibid.*, lib. 22, cap. 30.

33. Deus ita magnus est in operibus magnis, ut minor non sit in minimis. Lib. 21, *contra Faust.*, cap. 5.

34. Opera sunt ex fide, non files ex operibus. De *Evangelio et lib. arb.*, cap. 7.

35. Nec opera bona voluntas mala, nec mala opera facit voluntas bona. Lib. 1, *contra Julian.*, cap. 6.

36. Necessae est mortua opera faciat anima, donec Christi gratia reviviscat. De *Natura et grat.*, cap. 24.

37. Noli desicere in bonis operibus, quia curat Deus humana. *Amot.* in *Job.*, cap. 22.

38. Operet ut oderis in te opus tuum, et ames in te opus Dei. Tract. 12, super *Joan.*

39. Quaevis mercedem, opus procedat. *Ibid.*, tract. 40.

40. In omnibus bonis operibus tuis labora, non propter amorem saeculorum, sed propter requiem

sempiternam, quam promittit Deus. De *Decoloris*, cap. 9.

41. Da quibus operibus tibi placeam. Lib. *Medit.*, cap. 2.

42. In mercede tu nihil agis, in opere non solus agis: corona tibi est ab ipso, opus autem ab te, sed non nisi ipso adjuvante. Homil. 14, ex *1111 Hom.*, cap. 2.

43. Deus retribuit mercedem operibus bonis. *Ibid.*, cap. 5.

44. Anima sancta aeternis honorum operum margaritis componitur, ut ad coelestis sponsi consortium, et nuptiale convivium feliciter ornata perveniat. *Ibid.*, homil. 26.

45. Percutimus adversarium bonis operibus. *Ibid.*, homil. 50, cap. 3.

46. Hominihus nos exemplum bonorum operum praebere praesumimus. Epist. 224.

47. Quod amplius nos delectat, secundum id operemur necesse est. In *Exposit. sup. Epist. ad Galat.*, cap. 5.

48. Ipse ut velimus, operatur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens. De *Grat. et lib. arb.*, cap. 17.

49. Cum transierit tempus bene operandi, non restat nisi recipiendi. Homil. 18, ex *1111 Hom.*

50. Ille in te laudatur, rursus in charitate requiescit. De *Catechis. rud.*, cap. 11.

51. Deus et ubi non habitat, operatur. Lib. 6, *contra Julian.*, cap. 14.

52. Non hoc est lignum opera, quod operari; opus virtuti debetur. De *Mortib. eccles.*, cap. 16.

53. Nisi opus tuum in unitate fueris, Deo qui unus est, acceptum profecto non erit. Sermon. 5, *Assumpt. B. M.*

54. Ille bene operatur, qui iam operatur, non ut ipse Deo placeat, sed quia placet ei Deus: vel quia placeat Deo quod operatur. In suis *Sent.*, verbo *Quatuor.*

55. Spiritualis homo omne opus suum, tria quaedam consideratione praevenerit: primum an liceat, deinde an debeat, postremo an expediat. Lib. 3 de *Concord. ad Eugen.*, cap. 1.

56. Quiaque in omni opere suo hoc dicit sibi ipse: Si modo mortuus esses, faceres istud? In *Speculo monachorum*.

57. Qui vult opus altum incipere, debet praevide, si velit perseverare. Super *Luce*, cap. 14, in *illud: Sedens computat.*

58. Sicut cibo corporea corpus pasitur, ita bonis operibus anima regitur. Super *Psalm.* xxxvi, vers. 4.

59. Infructuosa et inania vitae hujus opera, pro-

S. BONAV.

S. BRUNO.

S. CAESARIUS

56. Negligere quid de se quisque sentiat, non solum arrogantia est, sed etiam omnino dissoluti. Lib. 4 de *Offe.*

EPICTETUS.

57. Irridescit si quis vult, plus apud se vera ratio valebit, quam vulgi opinio. De *Parador.*, cap. 2.
58. Homines perturbantes non rebus, sed his quas de rebus habent, opinionibus. In suo *Enechirid.*, cap. 16.

MILVUS PEB.

59. Bona opinio homini tutior pecunia est. In suis *Senectutis*, sent. 53.

PLATO.

60. Omnes hominum opiniones non sunt perique colende: verum alie quidem, alie non sunt: neque omnium hominum, sed quarundam quidem, aliorum vero minime. Sisygia 4, in *Dialogo Criton.*

61. Necessae est eum qui opinatur, eorum quipiam opinari, vel quae novit, vel quae non novit. Sisygia 2, de *Scientia.*

62. Qui unum quid opinatur, aliquid eorum quae sunt opinatur. *Ibid.*

63. Qui id quod non est opinatur, nihil operatur, nec opinatur quidem. *Ibid.*

64. Fieri non potest, ut id quod non est, in opinionem cadat, neque eorum parum quae sunt ratione, neque ipsum per seipsum. *Ibid.*

65. Aliud est falsa opinari, quam ea quae non sunt opinari: non enim hoc modo falsa in sapiente est opinio. *Ibid.*

66. Cum quis rem turpem pro pulchra, et pulchram pro turpi opinatur, tunc reversa opinatur falsa. *Ibid.*

67. Opinari vera omnino ab errandi periculo liberum et immune est, et quae ex se ipsa illa opinione proficiuntur, omnia et pulchra et bona existunt. *Ibid.*

68. Vera opinio ad rectam rationem non minus est efficax dux, quam prudentia, sive sapientia. Sisygia 4 de *Virtute.*

69. Non minus utilis est recta opinio, quam scientia. *Ibid.*

70. Opinionem veram si dux praesent, unusquisque rei actionem deteriorem non praestat, quam praestat scientia. *Ibid.*

71. Recta opinio nec scientiam cedit, nec minus ad res gerendas utilis est: neque is qui rectam opinionem habet, eo qui scientiam, minus utilis est censendus. *Ibid.*

BENECA.

72. Saepe quod est incredibile, de facto bene existimamus: de faciente male. Lib. 3, de *Iro*, cap. 28.

73. In illis quae mala vocantur, nihil tam terribile ac durum invenio, quam opinionem vulgi. De *Consol. ad Helium*, cap. 5.

74. Quaecumque omnino veritati repugnat, falsa est. Epist. 76.

75. Mala opinio bene parva delectat. Epist. 113.

76. Opiniones tuae iudicis sint. De *Quatuor virt.*

77. Male opinantur de te homines, sed mali. De *Mortibus.*

OPUS, OPERARI.

SENTENTIAE PATRUM.

1. In omnibus operibus nostris, tanto quisque attentius; quanto difficilius operamur. Lib. 6, *Musica*, cap. 5.

2. Quaecumque iniquitas in malis operibus exercetur, ut sunt: superbia etiam bonis operibus insidiat ut perant. *Ibid.*

3. Laudandus est, non attractus ad opus scribular animus, sed liberaliter et sponte devotus. Lib. 2, super *Ered.*, quest. 170.

4. In illa re qua ubi opera servilia iubentur cessare, magna est altitudo gratiae Dei: tunc enim sunt cum requie opera, cum fides per dilectionem operatur. *Ibid.*, quest. 172.

5. Tanto magis delectat opus bonum, quanto magis diligitur Deus, summum atque incommutabile bonum: et auctor quolibetque bonorum omnium. Lib. 2 de *Poe. mer. et rem.*, cap. 17.

6. Bonum opus intentio facit, intentionem fides dirigit. Super *Psalm.* xxxi.

7. Antequam stes in opere, sta in consilio. Super *Psalm.* xlii, vers. 1.

8. Nullum est opus bonum, cuius non sit in mente cogitatio. Super *Psalm.* lxxvii.

9. Bonum opus non multum laborat, malum opus habet laborem. Super *Psalm.* xcii.

10. Sicut iniqui male utuntur bonis operibus Dei, sic contra Deus bene utitur malis operibus iniquorum. Tract. 27, super *Evang. Joan.*, cap. 6.

11. Negligis quod factus es, diligis quod fecisti: amas extra te opera tua, negligis in te opus Dei. De *Verb. Dom.*, serm. 54.

12. Ratio operibus, et opera ratione indigent, ut quod mente concipimus, opere perpetuamus. Hab. in *Gluc. ord.* super illud *Levit.* 8, *Quisque lavasset eos.*

13. Nisi iniustus voluntatem mutaverit, bonum operari non potest. *Contra Adam.*, cap. 26.

14. Dedit Deus facultatem bene operandi in laboriosis officiis. Lib. 3 de *Lib. arb.*, cap. 20.

15. Bene operari non possumus, nisi domo Dei adjuvi. Epist. 119, cap. 10.

16. Cum bene operamur, ipse dicitur operari in nobis, cuius munere operamur. *Ibid.*

17. Discamus in similitudine operum, discernere animos operantium. Epist. 48.

18. Operibus debitum redditur. Epist. 106.

19. Quicumque dicit, voluntas mea mihi suffi-

S. AUGUST.

cit ad faciendam opera bona, declinat in dexteram. Epist. 47.

20. Mali filii mala opera, bona opera boni filii sunt. Epist. 50.

21. Bona opera non perant, etiam quae de bonis pereuntibus fiunt. Epist. 70.

22. Ex mundi bonis facias bona opera, et propter mundi bona non facias opera mala. *Ibid.*

23. Tunc recte fit opus bonum, cum in ejus laudem fit, cuius gratis donatur ut fiat. Epist. 120, cap. 29.

24. Nolite esse pigri in operibus bonis, ut ad vestri seminis messem suo tempore veniat. Epist. 138.

25. Non praedicit bono malis, quem in conversatione mali operis socium non habet criminis. Epist. 152.

26. Cum coepit tibi displicere quod fecisti, nide inimplant bona opera tua, quia accusas mala opera tua: initium bonorum operum confessio est operum malorum. Tract. 12, super *Joan.*

27. Opera Dei videmus bona, quietem vero ejus post bona opera nostra videbimus. Lib. 4 de *Genesi ad lib.*, cap. 13.

28. Tunc est vere opus bonum, cum a christifide juralatur agentis: intentio: et tanquam ad locum suum rediens, rursus in charitate requiescit. De *Catechis. rud.*, cap. 11.

29. Malorum operum tanquam fructum malorum voluntas ipsi est velut arbor mala. Lib. 14 de *Civitate Dei*, cap. 11.

30. Non ad malum opus perveniretur, nisi processisset mala voluntas. *Ibid.*, cap. 13.

31. Non fit opus malum nisi a malis. *Ibid.*

32. Ipsa bona opera nostra Dei potius intelliguntur esse, quam nostra. *Ibid.*, lib. 22, cap. 30.

33. Deus ita magnus est in operibus magnis, ut minor non sit in minimis. Lib. 21, *contra Faust.*, cap. 5.

34. Opera sunt ex fide, non files ex operibus. De *Evangelio et lib. arb.*, cap. 7.

35. Nec opera bona voluntas mala, nec mala opera facit voluntas bona. Lib. 1, *contra Julian.*, cap. 6.

36. Necessae est mortua opera faciat anima, donec Christi gratia reviviscat. De *Natura et grat.*, cap. 21.

37. Noli desicere in bonis operibus, quia curat Deus humana. *Amot.* in *Job.*, cap. 22.

38. Operet ut oderis in te opus tuum, et ames in te opus Dei. Tract. 12, super *Joan.*

39. Quaevis mercedem, opus procedat. *Ibid.*, tract. 40.

40. In omnibus bonis operibus tuis labora, non propter amorem saeculorum, sed propter requiem

sempiternam, quam promittit Deus. De *Decorum choris*, cap. 9.

41. Da quibus operibus tibi placeam. Lib. *Medit.*, cap. 2.

42. In mercede tu nihil agis, in opere non solus agis: corona tibi est ab ipso, opus autem ab te, sed non nisi ipso adjuvante. Homil. 14, ex *1111 Hom.*, cap. 2.

43. Deus retribuit mercedem operibus bonis. *Ibid.*, cap. 5.

44. Anima sancta aeternis honorum operum margaritis componitur, ut ad coelestis sponsi consortium, et nuptiale convivium feliciter ornata perveniat. *Ibid.*, homil. 26.

45. Percutimus adversarium bonis operibus. *Ibid.*, homil. 50, cap. 3.

46. Hominihus nos exemplum bonorum operum praebere praesumimus. Epist. 224.

47. Quod amplius nos delectat, secundum id operemur necesse est. In *Exposit. sup. Epist. ad Galat.*, cap. 5.

48. Ipse ut velimus, operatur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens. De *Grat. et lib. arb.*, cap. 17.

49. Cum transierit tempus bene operandi, non restat nisi recipiendi. Homil. 18, ex *1111 Hom.*

50. Ille in te laudatur, rursus in charitate requiescit. De *Catechis. rud.*, cap. 11.

51. Deus et ubi non habitat, operatur. Lib. 6, *contra Julian.*, cap. 14.

52. Non hoc est lignum opera, quod operari; opus virtuti debetur. De *Mortib. eccles.*, cap. 16.

53. Nisi opus tuum in unitate fueris, Deo qui unus est, acceptum profecto non erit. Sermon. 5, *Assumpt. B. M.*

54. Ille bene operatur, qui iam operatur, non ut ipse Deo placeat, sed quia placet ei Deus: vel quia placeat Deo quod operatur. In suis *Sent.*, verbo *Quatuor.*

55. Spiritualis homo omne opus suum, triam quendam considerationem praebet: primum an liceat, deinde an debeat, postremo an expediat. Lib. 3 de *Concord. ad Eugen.*, cap. 1.

56. Quiaque in omni opere suo hoc dicit sibi ipse: Si modo mortuus esses, faceres istud? In *Speculo monachorum*.

57. Qui vult opus altum incipere, debet praevide, si velit perseverare. Super *Luc.*, cap. 14, in illud: *Sedens computat.*

58. Sicut cibo corporea corpus pasclitur, ita bonis operibus anima regitur. Super *Psalm.* xxxvi, vers. 4.

59. Infructuosa et inania vitae hujus opera, pro-

S. BONAV.

S. BRUNO.

S. CAESARIUS

ANSELM.
DIONYSIUS
CARTIUS.

loci sunt nimium flammis amica materia. Homil. 4.

60. Signum virtutis est delectatio operis. Super Epist. ad Philipp., cap. 4, art. 4.

61. Quisito quis diligentius ac frequentius bonis insisit operibus, tanto sit et facilius et delectabilius talibus immorari. Super 2 Petr., cap. 1, art. 1.

S. EUSEBIUS
EMISEN.

62. Divina opera non discutienda sunt, sed credenda. Homil. 1, de Symbola.

63. Si homo non imponeret finem operi, nec Deus imponit remunerationi. Prose.

64. Quantum enim scriamus operibus, tantum melius in fructibus. Ibid., hom. de S. Maximo.

GROSS, OBD.

65. Bona opera vere divitiis spiritus, ubi pura mentis sinceritate geruntur, sed sine illis nihil proficiunt. Super Proverb., cap. 31.

66. Nemo potest Deo servire, qui mortua habet opera. Super Epist. ad Hebr., cap. 9, in illud: Ad servandum Deo viventi.

S. GREGORIUS
MAGNUS.

67. Hoc opus coram Deo non placet, quod alterius operis iniustitia polluit. Lib. 22 Moral., cap. 47.

68. Nulla ante Dei oculos iustitiae pietatisque sunt opera, quas corruptionis contagio monstrantur immunda. Lib. 21 Moral., cap. 9 post med.

69. Comedere animas est bonis operibus satiari. Ibid., cap. 8.

70. Cum opus crescit, praemii fiducia proficit: cum vero opus torpuit, spes a remuneratione lascescit. Ibid., lib. 8, cap. 3.

71. Viti pretio opus vendit, qui magna impendit, sed minima recipit. Ibid., cap. 25.

72. Duo sunt, quae in bonis operibus, necesse est ut studiosae formulentur, desidia videlicet et fraus. Ibid., lib. 9, cap. 17.

73. Solus in Dei opere fraudem non facit, qui cum ad studia bonae actionis invigilat: nec ad corporalis rei praemia, nec ad laudis verba, nec ad humani iudicii gratiam arbelat. Ibid.

74. Sepe bona opera desidia interveniente deficiunt, quia a fervore, quo cepta sunt, frigescente amore labesunt. Ibid.

75. In intentione operis elemitas, in usu vero temporalitas esse debet. Ibid., lib. 45, cap. 27.

76. Ille veraciter viti divini timoris intelligit, qui se a cunctis pravis operibus custodit. Ibid., lib. 19, cap. 6.

77. Sus bona perdit opera, qui aliena mala reunit perpeti. Ibid., lib. 21, cap. 16, num. 16.

78. Necesse est, ut cum bona exterioris agis, haec interiori cum magna cautela custodias, ne appetitus placendi hominibus subrepat, et omnis labor boni operis incassum fiat. Lib. 2 in Regist., indicit. 11, cap. 43, epist. 4, ad Bonif. episc. Rhog.

79. Opus Dei homo est, sed opus hominis vi-

tium. Ibid., lib. 4, indicit. 43, cap. 80, epist. 36, ad Eulog. Episc. Alzand.

80. Is qui Spiritu Dei operatur, non desidia corrumpitur, non timore repellitur, non labore lassatur. In Septem Psalm. Penit. super Psalm. II, vers. 10.

81. Si inchoata bona fortis operantis manus ad perfectionem non sublevat, ipsa operandi remissio contra hoc quod operatum est, pugnat. Part. 3 Pastoral., cap. 1, admonit. 35.

82. Magna humilitatis est, quod sua opera Sancti tacere appetunt; sed magna utilitatis est, quod eorum opera tacere non possunt. Lib. 4 Dialogi, cap. 9.

83. Opus ex dono est, non donum ex opere: omne quippe opus dona praerenti, quamvis ex subsequenti opere ipsa etiam dona succrescunt. Ibid., cap. 4, verbo Opus.

84. Facilio aliud operis, ut te semper diabolus inveniat occupatum. Epist. 4, ad Hicte.

85. Non nisi ab opere cessandum est, quia Deo propitio nulla res indiget, sed ideo cum omnibus laborandum est, ut per occasionem operis nihil aliud cogites, nisi quod ad Domini pertinet servitutem. Epist. 8 ad Demetriad.

86. Constat in bonis operibus post propriam voluntatem, Dei nos nisi auxilio; in malis autem, diaboli. Lib. 4 Dial. advers. Pelag.

87. Omne opus leve fieri solet, cum ejus premium cogitatur. Epist. 1 ad Demetriad.

88. Quod voluntarie cepistis, implete: omnis enim boni operis finis semper est expetendus: quia sicut factum inviti acceptum non est, ita voluntas infructuosa est habentibus eam sine facto. Super II ad Cor. cap. vii, in illud: Et factio perficit.

89. Mala opera, malus finis exspectat. Ibid., cap. xi, in illud: Quorsum finis.

90. Sicut in bonis operibus perfectio est Deus, sic in malis operibus perfectio est diabolus. Hab. in Decret. Gratiani, part. 1, dist. 2, can. Si omnis, § Sicut.

91. Valde sollicitus debet esse quisque in bono opere, ut in cunctis quae agit semper cogitet de extremo fine. Super Reg. B. Aug., cap. 44.

92. Qui operari non vult, et potest, vivit, sed languet; vivit potestate, sed languet voluntate. Lib. 2 de Claustro anim., cap. 143.

93. Nihil nobis gloriosius, nihil pretiosius, nihil laudabilius, nihil utilius bonis operibus. Sermon. 5 de Adventu.

94. Si solus tu opereris, nil proficis; si solus Deus operatur, nil mereris. Operatur ergo Deus, ut possis: opereris et tu, ut aliquod merearis. Lib. 5 Didasc., cap. 9.

tium. Ibid., lib. 4, indicit. 43, cap. 80, epist. 36, ad Eulog. Episc. Alzand.

80. Is qui Spiritu Dei operatur, non desidia corrumpitur, non timore repellitur, non labore lassatur. In Septem Psalm. Penit. super Psalm. II, vers. 10.

81. Si inchoata bona fortis operantis manus ad perfectionem non sublevat, ipsa operandi remissio contra hoc quod operatum est, pugnat. Part. 3 Pastoral., cap. 1, admonit. 35.

82. Magna humilitatis est, quod sua opera Sancti tacere appetunt; sed magna utilitatis est, quod eorum opera tacere non possunt. Lib. 4 Dialogi, cap. 9.

83. Opus ex dono est, non donum ex opere: omne quippe opus dona praerenti, quamvis ex subsequenti opere ipsa etiam dona succrescunt. Ibid., cap. 4, verbo Opus.

84. Facilio aliud operis, ut te semper diabolus inveniat occupatum. Epist. 4, ad Hicte.

85. Non nisi ab opere cessandum est, quia Deo propitio nulla res indiget, sed ideo cum omnibus laborandum est, ut per occasionem operis nihil aliud cogites, nisi quod ad Domini pertinet servitutem. Epist. 8 ad Demetriad.

86. Constat in bonis operibus post propriam voluntatem, Dei nos nisi auxilio; in malis autem, diaboli. Lib. 4 Dial. advers. Pelag.

87. Omne opus leve fieri solet, cum ejus premium cogitatur. Epist. 1 ad Demetriad.

88. Quod voluntarie cepistis, implete: omnis enim boni operis finis semper est expetendus: quia sicut factum inviti acceptum non est, ita voluntas infructuosa est habentibus eam sine facto. Super II ad Cor. cap. vii, in illud: Et factio perficit.

89. Mala opera, malus finis exspectat. Ibid., cap. xi, in illud: Quorsum finis.

90. Sicut in bonis operibus perfectio est Deus, sic in malis operibus perfectio est diabolus. Hab. in Decret. Gratiani, part. 1, dist. 2, can. Si omnis, § Sicut.

91. Valde sollicitus debet esse quisque in bono opere, ut in cunctis quae agit semper cogitet de extremo fine. Super Reg. B. Aug., cap. 44.

92. Qui operari non vult, et potest, vivit, sed languet; vivit potestate, sed languet voluntate. Lib. 2 de Claustro anim., cap. 143.

93. Nihil nobis gloriosius, nihil pretiosius, nihil laudabilius, nihil utilius bonis operibus. Sermon. 5 de Adventu.

94. Si solus tu opereris, nil proficis; si solus Deus operatur, nil mereris. Operatur ergo Deus, ut possis: opereris et tu, ut aliquod merearis. Lib. 5 Didasc., cap. 9.

IDIDIA.

95. Operatio bona via est, qua iter ad vitam: qui viam hanc currit, vitam quaerit. Ibid.

96. Qui in opere strenuus est, orat ne deficiat. Ibid.

IDIDIA.

97. Opera bona eatenus Deo grata sunt, quantum ab amore sunt imperata. Lib. 1 Contemplat. de Amore Dei, cap. 16.

JOHANNES
CASHEIN.

98. Non proventus considerandus est operis, sed operantis affectus. Collat. 6, Abbat. Theodori, cap. 9.

S. JOHANNES
CHRISTOST.

99. Maxime cogitanda est animus nobilitas quanta sit: ne quid ea indignum operetur, et ne tam nobilis, tantaque dignitate sublimis conquinetur illicitis operibus. Homil. 12 super Gen.

100. Etsi quis innumera bona opera fecerit, virtutemque omnem abolverit; si tamen magnum quid de se sentit, maximo omnium miserabilis est et miserior. Prose.

101. Qui magna de se sentit, et alium contemnit, subito deterior fit, et omnes virtutum divitias lingua sua effundit, et se nudus exhauriensque perierit in portu naufragium. Ibid., homil. 31.

102. Illa sunt vere bona opera anime, quae ex electione fiunt; anime enim bonum opus est virtutem eligere, et malitiam fugere: anime bonum opus est, ut ne plura quam oportet concupiscat, et facultates tribuat indigentibus. Ibid., homil. 39.

103. Bona opera hominis, plaga et vulnera sunt demonibus. Sermon. in Job et Abraham.

104. Omne opus bonum quod agunt homines in hoc mundo, duplex est: sive honestum, sive inhonestum. Honestum, ut villa cultura, seu agricultura: inhonestum, ut opus negotiationis, seu malitiae. Homil. 41 super Matth. Oper. imperf.

105. Opera christiani authentica, opera sunt iustitiae: opera autem carnalia, super operationes dicuntur, non opera. Quia iustitia ad vitam aeternam pertinet; opus autem terrenum ad sustentationem vite hujus temporalis. Ibid.

106. Honorum operum natura non facit gloriari, sed multorum testimonium et scientia. Homil. 26 super II Cor.

107. Si quis operatus fuerit murmurans, amputat et perdit mercetem suam. Homil. 83 super Epist. ad Hebr.

108. Si bona opera tua magna vis facere, noli ea magna putare: aliter enim magna esse non possunt. Homil. 3 super Matth. Oper. imperf.

109. Aeternitatis fructus est virtus boni operis. Lib. 2 de Svarano bono, cap. 1, sent. 1.

110. Sepe opera, quae apud hominum iudicium bona apparent, apud examen diligentissimi et acutissimi Iudicis reproba deleguntur. Ibid., cap. 27, sent. 4.

S. ISIDORUS
HISPALENS.

111. Optima est illa discretio, ut et nota sint opera nostra ad Dei gloriam, et oculis pro clatione vitanda humana. Ibid., lib. 3, cap. 23, sent. 10.

112. Opera eo fiunt superno Iudici gratiora, quo ardentius fuerint facta charitate. De Discipl. monast. conversat., cap. 6.

113. Non discrepat fructus operum, ubi idem est affectus operantium. Sermon. 2 Quadrag.

114. Omne opus malum armat diabolum; armatus vero, graviter armantes accipit. Parones. 214.

115. Si non vis operari, dum potes; justo Dei iudicio non poteris, quando volēs. Epist. 11, ad quemdam cleric.

116. Deus de cordibus, non de manibus facta metitur, et de sensu, non de luce operum colligit qualitatem. Sermon. 8.

117. Quid prodest, si recte quis quodlibet opus incipit, nisi illud recto fine concludat? Lib. 4, epist. 16.

118. Effectum boni operis adhibet, qui pii cordis movet affectum. Lib. 7, epist. ad Raynerium.

119. Opera virtutum dicuntur fructus, quia possessores suos sancta et sincera dilectione relinquunt. 1, 2, quæst. 70, art. 1.

120. Opera bona ante peccatum commissa, ad aliquid valent, quia per penitentiam reviviscunt. Super I Theos., cap. iii.

121. Sicut opera peccatorum transeunt actu, et manent reatu: ita opera in charitate facta postquam transeunt actu, manent merito in Dei acceptatione. Part. 3, quæst. 89, art. 4.

122. Bonus et devotus homo opera sua prius intus disponit, quae foris agere debet: nec illa trahunt eum ad desideria vitiosae inclinationis, sed ipse inflectit ea ad arbitrium rectae rationis. Lib. 1 de Imit. Chr., cap. 3, sect. 3.

123. Pro utilitate indigentis opus bonum libere aliquando intermittendum est, aut etiam pro meliori mutandum: hoc enim facto, opus bonum non destruitur, sed in melius commutatur. Ibid., cap. 15.

124. Multa bona potes operari, dum sanus es: sed infirmatus, nescio quid poteris. Ibid., cap. 23, sect. 4.

111. Optima est illa discretio, ut et nota sint opera nostra ad Dei gloriam, et oculis pro clatione vitanda humana. Ibid., lib. 3, cap. 23, sent. 10.

112. Opera eo fiunt superno Iudici gratiora, quo ardentius fuerint facta charitate. De Discipl. monast. conversat., cap. 6.

113. Non discrepat fructus operum, ubi idem est affectus operantium. Sermon. 2 Quadrag.

114. Omne opus malum armat diabolum; armatus vero, graviter armantes accipit. Parones. 214.

115. Si non vis operari, dum potes; justo Dei iudicio non poteris, quando volēs. Epist. 11, ad quemdam cleric.

116. Deus de cordibus, non de manibus facta metitur, et de sensu, non de luce operum colligit qualitatem. Sermon. 8.

117. Quid prodest, si recte quis quodlibet opus incipit, nisi illud recto fine concludat? Lib. 4, epist. 16.

118. Effectum boni operis adhibet, qui pii cordis movet affectum. Lib. 7, epist. ad Raynerium.

119. Opera virtutum dicuntur fructus, quia possessores suos sancta et sincera dilectione relinquunt. 1, 2, quæst. 70, art. 1.

120. Opera bona ante peccatum commissa, ad aliquid valent, quia per penitentiam reviviscunt. Super I Theos., cap. iii.

121. Sicut opera peccatorum transeunt actu, et manent reatu: ita opera in charitate facta postquam transeunt actu, manent merito in Dei acceptatione. Part. 3, quæst. 89, art. 4.

122. Bonus et devotus homo opera sua prius intus disponit, quae foris agere debet: nec illa trahunt eum ad desideria vitiosae inclinationis, sed ipse inflectit ea ad arbitrium rectae rationis. Lib. 1 de Imit. Chr., cap. 3, sect. 3.

123. Pro utilitate indigentis opus bonum libere aliquando intermittendum est, aut etiam pro meliori mutandum: hoc enim facto, opus bonum non destruitur, sed in melius commutatur. Ibid., cap. 15.

124. Multa bona potes operari, dum sanus es: sed infirmatus, nescio quid poteris. Ibid., cap. 23, sect. 4.

SENTENTIAE PAGANORUM.

125. Regium est audire male, cum feceris bene. In Sent.

126. Non convenit agenti primo quod efficiat quodpiam opus bonum non perfectum, quandoquidem ipsum ipsum est bonum primum ac supremum; cuius operi non debet quidquam boni convenientissimè deesse. Lib. 14 Theolog., cap. 2.

127. In omni genere, praestantissima est ejus

S. LAURENTIUS
JUSTINUS.

S. LEO I.

S. NILUS.

S. PETRUS
CHRYSOLOG.S. PETRUS
DAMIANUS.S. THOMAS
AQUINAS.S. THOMAS
A KEMPIS.ANTHONY
PHILOSOPI.

ARISTOTEL.

29. Oratio tua locutio est ad Deum: quando legis, Deus tibi loquitur; quando oras, cum Deo loqueris. Super *Psalm. lxxxv. vers. 4.*
30. Tunc in toto corde clamatur, quando aliunde non cogitatur: tales orationes rare sunt nullis, crebra autem paucis, omnia vero utrum cuiquam nescio. Super *Psalm. cxviii. conc. 29.*
31. Vere novit recte vivere, qui recte novit orare. *Homi. 4. Homil.*
32. Oratio spiritualis est, et ideo tanto est acceptior, quanto magis sua natura implet affectum. *Prose.*
33. Oratio tanto magis spiritali opere funditur, quanto magis animus, qui eam fundit, a carnali voluptate suspenditur. *Serm. 4. Dom. in oct. pasche.*
34. Oratio viva, clavis est cœli: ascendit precilio, et descendit Dei miseratio. *Prose.*
35. Lieet alta sit terra, altum cœlum, audit tamen Deus hominis linguam, si mundam habeat conscientiam. *Serm. 4. Dom. 46. post Pent.*
36. Oratio refectio est jejuniarum, et advocat gratiam Spiritus sancti. *Prose.*
37. Oratio duritiam cordis emollit, austeritatem temperat, jejuniarum dulcedinem. *Serm. 1. Fer. 4. Dom. 16. post Pent.*
38. Oratio est ascensio animæ de terrestribus ad cœlestia; inquisitio supernarum, et inviolabile desiderium. *Ibid.*
39. Fides quaerit orationem, oratio optat prudentiam. *Serm. 17. ad Frat. in oratio.*
40. Oratio est columna sanctorum virtutum, deitatis scala, viduarum maritus, angelorum cognata, fundamentum fidei, monachorum corona, conjugatorum levamen. *Ibid., serm. 22.*
41. Oratio debet esse ampla, devota, et pura. Ampla ut pro omnibus roget: devota ut non remissa petat, sed devote: pura, ut sit cum cordis munditia. *Ibid., serm. 42.*
42. Justus nunquam desinit orare, nisi desinat justus esse: semper orat, qui semper bene agit. *Hab. in Glossa ord., super illud 1. Thes. v: sine intermissione orate.*
43. Non opus est locutione cum oramus, id est, sonantibus verbis, nisi ut homines audiant, non ut Deus. *De Magistro, cap. 4.*
44. Prostris non oramus Deum, sed orare nos fingimus, si nos ipsos, non illum credimus facere quod oramus. *Epist. 107.*
45. Stantes oramus, quod est signum resurrectionis. *Epist. 110, cap. 13.*
46. Nostrae orationes saepe sauciat et debilitat caligo, effurcatus actionum secularium. *Epist. 24.*
47. Immunda erit oratio, optando terrena. *Annot. in Job, cap. xvi.*
48. Cum oratio nobis, non propter quod fulmus, sed quod erimus sit necessaria, molestum est nescire quid oremus. *Lib. 4 de Anima et ejus orig., cap. 9.*
49. Perpicuum est orationem non oportere nos plene in syllabis constituere, quin potius ipsam suam vires plenius explicare, experere in anime orantis libera electione ac proposito, simul et in actionibus, que per omnem vitam intento periclitantur. *Rom. 5, de Martyre Julitta.*
50. Est oratio illa bona, que compertam Dei notionem in animo ingenerat. *Epist. 4, ad S. Gregorium Theolog.*
51. Oratio monumentum grande est anime. *In Admonit. ad filium spirituales.*
52. Oratio quanto efficior est, si fiat ut debet tanto callidius impediti ab adversario solet. *Serm. 4, Quadr.*
53. Periculum est si fuerit oratio nimis timida: magis periculum est, si fuerit teneraria: tertium periculum est si sit oratio tepida, et non ex viva affectione procedens. *Prose.*
54. Oratio timida cœlum non penetrat, quia restringit animum timor immoderatus, ut ratio medium ascendere, sed nec procedere queat.
55. Oratio teneraria ascendit, sed resilit: resistitur enim ei, nec tantum non obtinet gratiam, sed et meretur offensam.
56. Oratio tepida in ascensu languescit et deficit, eoquod non habeat vigorem. *Serm. 4, Quadr.*
57. Si fidelis, humilis et fervens oratio fuerit, cœlum sine dubio penetrabit: unde certum est quod vacua redire non poterit. *Serm. 4, Quadr.*
58. Ubique fueris, intra teipsum ora: si longe fueris ab oratorio, noli querere locum, quoniam tu ipse locus es: si fueris in loco, aut in alio loco, ora, et ibi est templum. *Lib. Medit., cap. 6.*
59. Oratio cordis est, non labiorum: neque enim verba deprecantis Deus intendit, sed orantis cor aspicit. *De Inter. domo, cap. 48.*
60. Ante tempus orare, est providentia: in tempore constituto orare, est obedientia: tempus orandi præterita, est negligentia. *Serm. 49, ad Sororem.*
61. Tanto crebrior debet esse oratio, quanto est utilior. *Ibid.*
62. Semper orare, hic intelligitur, ut oratio semper vel sit in ore per postulationem, vel sit in corpore per desiderium, vel sit in opere per præparationem. *Super Luc., cap. xvii, in illud: Oportet semper orare.*
63. Vere novit recte vivere, qui recte novit orare. *Serm. 5, de Uno confess.*

S. BASILIUS
MAGIST.

S. BERNARDUS

S. BONAV.

CASSIODOR.

64. Frequens oratio, vitiorum expugnationem extinguit: instans vero oratio impetrat veniam de peccatis. *Super Luc., cap. xviii.*
65. Oratio lingua venenata, non est clamor orantis, sed sibilus serpentis: lingua enim serpentis sibilare potest, clamare non potest. *Serm. 3, Dom. 2, Quadr.*
66. Semper orat justus, dum secundum Deum omnia agit: nec desinit orare, nisi cum desinit justus esse. *Serm. 4, Dom. 9, post Pentecost., super illud: Oportet semper orare.*
67. Levanda est vox orationis cum lacrymis contritionis: levanda est autem vox cordis plus quam oris. *Serm. 2, Dom. 13, post Pent.*
68. Non desinit nunquam orare, qui non desinit bene facere: plus est enim orare corde et opere, quam ore: non ergo orare desinit, qui bene facere non desistit. *Serm. 5, de Uno confess.*
69. Nunquam bene orat, qui carnalia cogitat, sive quem caro delectat, unde non impetrat quod postulat. *Ibid.*
70. Multa est virtus orationis, que Deum lenit, angelos ad se trahit, et demones dejicit atque affligit. *Serm. 4, de Angelis.*
71. Si vis angelum tibi semper assistere, non cesses semper orare. *Ibid.*
72. Frequens et fervens oratio dissipat omne malum: olle ferventi musce non insident. *In Speculo discipl., part. 1, cap. 2.*
73. Tanto securior, quanto secretior existit oratio. *In Speculo discipl., part. 1, cap. 12.*
74. Oratio est hostis flagellum, peccatoris subsidium, proximi solatium, Dei sacrificium. *Ibid.*
75. Iram Dei placet, peccatorum veniam impetrat, tentationis impetum sedat, vitia cordis expellit, in periculo liberat, a periculis defendit, difficultates complanat, familiaritatem Dei confert; dona Spiritus sancti impetrat, donum sapientie, gratiam proficiendi, revelationem secretorum; omnia contraria salutis reprimunt; necessaria conferunt, et conservant, et perficit. *Lib. 2, de Profectu relig., cap. 66.*
76. Quanto frequentius quis orat, tanto fiet ei oratio delectabilior et efficior: et quanto rarius, tanto insipidior et tædiosior. *Ibid., cap. 69.*
77. Omnis orationis fructus et finis, est Deo inhærrere. *Ibid., cap. 72.*
78. Oratio hausorium est, quo Spiritus sancti gratia hauritur de fonte superfluentis dulcedinis illius beatissime Trinitatis. *De Perfect. vite, ad Sorores, cap. 6.*
79. Vox in Deum non est labiorum crepitus, sed cordis affectus: qui non auribus auditur, sed mentis lumine consuevit intelligi. *Super Psalm. v, vers. 1.*
80. Oratio illa perfecta est, quam affectus mentis inflammat. *Ibid., vers. 2.*
81. Ipsius est oratio perfecta, cujus et causa clamat et lingua, actus et sermo, vita et cogitatio. *Super Psalm. xvi, vers. 1.*
82. Oratio satisfactoria est delictorum, confessio criminum, lavacrum culparum. *Super Psalm. lxxxv, in proœmio.*
83. Semper supplicare nos docet, qui frequenti culpa delinquimus. *Super Psalm. lxxxv, vers. 3.*
84. Per orationem ira domini suspenditur, venia procuratur, poena refugitur, præmiorum largitus impetratur. *Super Psalm. lxxxiii, in proœmio.*
85. Quando stamus ad orationem, invigilare, et incumbere ad preces toto corde debemus, cogitatio carnalis et secularis abscedat: nec quidquam tunc animus aliud, quam id solum cogitet, quod precatur. *Prose.*
86. Claudatur contra adversarium pectus, et soli Deo pateat: nec ad se hostem Dei tempore orationis venire palat. *De Orat. Dominice, cap. 43.*
87. Antequam aliquid agamus, aut dicamus, maximeque quod ad Deum pertinet, a prebuis nobis audiendum est. *De Divin. nom., cap. 3.*
88. Quatuor habere debemus in oratione, scilicet: perfectum amorem, certam spem, firmam eruditatem, veram humilitatem. *In Speculo Ecclesie, cap. 17.*
89. Cogitatio orationis carnalis tempore orationis abscedat, nec quidem animus cogitet, quam id solum quod precatur. *Homi. 11.*
90. Sedula preces provocant animam iudicis ad misericordiam. *Ibid.*
91. Sicut militi sine armis ad bellum extra non convenit, ita homini christiano procedere quolibet sine oratione non expedit. *Prose.*
92. Egrredientes de hospitio armet oratio, regredientibus de platea animo occurrat.
93. Quidquid christinus inchoat, antea dirigat orationem ad Dominum: quidquid perficit, et hoc cum oratione perficiat; et semper sensu, mente, voce, et opere, omnipotentem Dominum ore. *Ibid.*
94. Oratio est, temperantia custodia, iracundie frænum, animi clavi repressio, ad molestiam revoctio, oculi ob receptas injurias medicina, invidiæ destructio, iniquitatis correctio, corporum robur, rei familiaris administratio, recta juris regulæque constitutio, regni potentia, trophæum belli atque veritum, tutela pacis. *De Orat.*
95. Oratio est virginitatis sigillum, fides nuptiarum, vitiorum præsidium, dormientium castes, evigilantium custodia, agricolarum fertilitas, navigantium salus. *Ibid.*

S. CYPRIAN

S. BERNARDUS
AREOPAGIT.

S. BERNARDUS

S. ELIENSIS

S. EPHRAÏM.

R

96. Oratio est reorum patrona, victoriam relaxat, morientium consolatio, letantium iucunditas, lugentium solamen, celebratis festi natalitii, conjugum corona, morientium sepultura, cum Deo colloquium, per cum angelis honor, proborum promotio, ab improbis aversio, peccantium emendatio. *Ibid.*

97. Nulla est alia in tota vita humana pretiosior oratione possessio. *Ibid.*

S. FRANCIS ASSISIENS.

98. Orationis gratia viro religioso firmiter est desideranda, sine qua nihil in Dei servitio prosperabitur, nec aliqui ab ipso consequetur. In suis *Operibus*, oratio 3.

S. FRANCIS ITALICAN.

99. Cum ad Deum sit oratio, ipsa tam est cognitio quod hinc premitur, quam quod foris emittitur. In *Annot. super Psalm. vii.*

100. Orationis studium admodum singulare, et promptum valde refugium est adversus omnia, his qui sibi illam familiarem student efficere. In *fine Argumenti super Psalm. xxxvi.*

GUL. ERENT. ANGLIC.

101. Nescit timere directo ad Deum ire oratio, quo successa non fuerit. *Serm. 16, super Cant.*

GREG. ORG.

102. Frequenter vocem eripit oratio vehemens. *Serm. 23, super Cant.*

103. Illa oratio vocem habet, que est digna audiri. Super illud *Psalm. v. Intente vocis orationis vocem.*

104. Virtus vere orationis est celsitudo charitatis. Super *Hieron., cap. 15.*

105. Magna est virtus pure orationis, que quasi persona quadam ad Deum intrat, et sibi mandatum pergit, quo caro pervenire nequit. Super illud *Psalm. lxxxvii. Intret in conspectu tuo.*

GLOSS. INT.

106. Contra contumacia periculum, communita fiat oratio. Super *Joann., cap. 1.*

107. Qui bene orat, motum sursum a terris elevat. Super *Matth., cap. 14.*

S. CYPRIAN. MAGNUS.

108. Ille postmodum cum Deo iudex venit, qui hic si modo in prece familiaris existerit. *Lib. 11 Moral., cap. 13.*

109. Ille verum Deo orationem exhibet, qui semelipsum quia pulvis sit humiliter videt, qui nihil sibi virtutis tribuit, qui bona que agit esse de misericordia conditoris agnoscit. *Ibid., lib. 2, cap. 27, num. 49.*

110. Conditoris auribus maxime illa oratio commendatur, que pro inimicis intercedere nititur. *Ibid., lib. 9, cap. 9, num. 43.*

111. Cum Deus in oratione non queritur, citius in oratione animus lassatur. *Ibid., lib. 15, cap. 27.*

112. Ad orationem homo non sufficit, dum inceptiva victorum in se funditus suffocare desinat, si plus iusto caro restringitur. *Ibid., lib. 30, cap. 14, num. 29.*

113. Veraciter orare est, amarus in compun-

sione permitit, et non composita verba resonare. *Ibid., lib. 23, cap. 2 4, num. 27.*

114. Virtus vere orationis est celsitudo charitatis. *Homil. 27, super Ewang.*

115. Pervenire ad Deum oratio nequaquam potest, que ex intentione promittitur, ut solum ab hominibus agnoscat. *Lib. 4, in 1 Reg., cap. 2, super illud: Et locutus est eis in auribus Domini.*

116. Ut ad aures Dei viam precibus faciat, vigilans studendum est, ut vestra voces oculibus adjuventur. *Lib. 9, in Registro, ind. 4, cap. 45, epist. 45.*

117. Nihil ex his, que per hanc vitam coluntur, et in pretio sunt, orationi prestat. *Orat. 1, de Orat. Dominica.*

118. Oratio est pudicitie presidium, castitatis tutamen, ire moderatio, superbie sedatio, arrogantie repressio, injuriarum expunatio, invidie profligatio, injuriam sublatio, invidialis correctio, robur corporum, abundantia domus, recta juris ac legitimi contentio, regni vires, civitatis presertio, belli triumphum, pacis securitas, dissidium conciliatio, conjuratorum conservatio, virginum castitas, matrimonii fides, victorum sententia, dormientium custos, vigilantium fiducia, agricolarum fertilitas, navigantium salus, reorum patrona, nexorum relaxatio, vincorum solutio, fatigatarum requies, morientium consolatio, gaudentium delectatio, lugentium solatio, morientium finis, honorum progressus, malorum subversio, peccatorum emendatio, presentium fructus, futurorum reprehensio. *Ibid.*

119. Duo sunt, que in oratione sollicite considerare debemus: primo ut ea petamus, que Deus vult: secundo ut nostra vita a nostris precibus non discordet. *Prose.*

120. Frustra enim orationi hasitis, qui vel ea petit que Deo displicent: vel si bona sunt que petit, perverse vivendo se indignum exhibet. *Serm. 2, Fer. 2, Litaniae.*

121. Cum orationem facere desideras, telem te exhibe, quasi que sis cum Deo locutura. *Epist. 14, ad Mauritii filium.*

122. Non nullam juvat frequenter orare, qui contigerit aliquando cessare. *Homil. super Ewang. Matth.*

123. Despicimur orationes leves, dissidentes intules, seculi curis anxie, et rerum corporaliu desideris implicatae. *Prose.*

124. Ubi operatio iniquitatis extat, illic despicitur oratio deprecantis. Super *Psalm. lxxv.*

125. Attende, ut oratio tua sit discreta, secreta, dulcis, humilis: discreta propter idiotas: secreta propter hypocritas, dulcis affectu, humilis appetu. *Lib. 3, de Claustro anim., cap. 29.*

S. CYPRIAN. RISS.

S. INNOC. III.

HATVA.

S. HIERON.

S. MARTINUS.

HIERON. A. VICTOR.

126. Qui precibus insidat, ne orando offendat: meditare quid orandum sit. *Lib. 6 Dulce., cap. 9.*

127. Oratio quasi quidam avicula volat ante Deum, ibique mandatum peragit, quo caro pervenire nequit: cuius ala sunt jejunium et elemosyna. Jejunium quidem levem facit orationem, ut cito evolet: sed elemosyna pinguem reddit, ne deficiat in via. Super *Tob., cap. xii.*

128. Oratio est scutum anime. *Prose.*

129. Sicut enim miles, dum est in bello, non debet amovere scutum: ita homo, dum est in hac vita, que militia est, non debet a se amovere orationem. Super *Psalm. lxxv.*

130. Oratio humilis sicut bonus nuntius ad Deum intrat, et ibi mandatum peragit, quo caro pervenire nequit Super *Prose., cap. xxv.*

131. Oratio est pro dubiis tantum, aut pro bonis adipiscendis, aut pro malis amovendis. Super *Apocal., cap. xxi.*

132. Tria sunt que orationem ad Deum transire non sinunt: Sarcago, Murus, Nubes: luxuria, in qua velut sartagine caro frigitur: cupiditas in qua opes velut lapides in muro congeruntur: jactantia, que velut nubes sine aqua circumfertur a ventis. Sarcago ferrea, est mentis duritia: murus stultis, iniquitatis defensio: nubes obscura, mentis caligo. In *Proemio super Psalm. Penit.*

133. Oratio Dominica multis ex causis ceteris orationibus antecellit: auctoritate Doctoris, brevitate sermonis, sufficientia petitionum, fecunditate mysteriorum: auctoritate Doctoris, quia fuit ipsius Salvatoris oro prolata: brevitate sermonis, quia facile discitur et profertur: sufficientia petitionum, quoniam utriusque vite continet necessaria: fecunditate mysteriorum, quoniam immensa continet sacramenta. *Lib. 5, Myster. Missae, cap. 17.*

134. Quidquid ante orationis horam anima nostra conceperit, necesse est ut orantibus nobis per ingestionem recordationis occurrat. *Prose.*

135. Quomobrem quales orantes volumus inveniri, tales nos ante orationis tempus preparare debemus: ex precedenti enim statu, mens in supplicatione formatur. *Collat. 3, Abbas. Isaac, cap. 3.*

136. Sicut ad orationis perfectionem, omnium bonis structura virtutum: ita nisi hujus culmine omnia fuerint colligata atque compacta, nullo modo firma poterunt, vel stabilia perdurare. *Ibid., cap. 2.*

137. Non est perfecta oratio, in qua se monachus, vel hoc ipsum quod orat, non intelligit. *Ibid., cap. 31.*

138. Frequenter quidem, sed breviter est

orandum, ne innocenter nobis inserere aliquid nostro cordi insidiator possit inimicus. *Ibid., cap. 36.*

139. Preces magna sunt arma, magna securitas, magnus thesaurus, magnus portus, et refugii locus. *Hom. 30.*

140. Magnum bonum sunt preces: nam si cum homini quis loquatur virtute preedito, non parum inde fructum percipit: quantis bonis fruatur is, cui cum Deo colloquium fuerit? *Ibid.*

141. Oratio colloquium est cum Deo. *Ibid.*

142. Quanto purior frequentiorque fuerit celebrata oratio, tanto celerior venit inimico vindicta. *Serm. de Moyse.*

143. Licet tibi colloqui cum Deo orando, licet cum eo fabulari, cum velis, licet precibus mercari quod optas. *Ibid.*

144. Hostis, dum oras, premitur: dum cessas, erigitur. *Ibid.*

145. Oratio jugis, infirmitas hostis. *Ibid.*

146. In conspectu Dei orat, qui orat, undecunque colligens mentem suam, nihil habens cum terra commercii, sed ad ipsum Deum totum commigrans, omni cogitatione humana ab animo depulsa. *Hom. 2, de Fide Annæ.*

147. Nihil equè pollet ac deprecatio: hinc enim est que ex impossibilibus possibilia facit, ex difficilibus facilia. *Ibid., hom. 4.*

148. Oratio continua necesse est ut agnoscat quis orat, quid orat, et ad quem orat. *Homil. super Psalm. xxix.*

149. Tu cum Rege regni colloquens, cui cum horrore servit angeli omisso cum illo cepto sermone, de luto, de pulvere, de tellis trancarum loqueris. *Homil. 1, de Verb. Isayæ.*

150. Dicendo Pater noster, et veniam peccatorum, et justificationem, et sanctificationem, et liberationem, et filiorum adoptionem, et hereditatem, et fraternitatem cum unigenito copulatum, et sancti Spiritus dona largissima unico hoc vocabulo consequitur. *Homil. 20, super Matth. Oper. imperf.*


151. Plevantur est oratio mitis, quam violenta. *Ibid., homil. 56.*

152. Qui pro se orat, non gradus opus exequitur, sed naturæ: qui autem pro inimico suo orat, digne exauditur, quia gratie opus exequitur. *Homil. 13, super Matth. Oper. imperf.*

153. Sicut thymiana bene confectum delectat hominem odorantem, sic oratio justis suavis est ante Deum. *Ibid.*

154. Orans nihil novum faciat, quod aspiciant homines: nec voce clamet, nec manus expandat, nec oculos tollat, nec pectus percussit, ut notabilis fiat. *Ibid.*

S. JOHANNES CHRYSOST.



155. Tu qui vis, cum oras, ut exaudiaris, fac ut non videaris: in auribus enim Dei, non in oculis hominis loqueris. *Ibid.*

156. Testis qui alterius est cordis orantem gravat, non adjuvat: quia Deus orationibus non exigitur, sed placatur. *Ibid.*

157. Christianus non solum pro se, sed etiam pro alio orat: pro se enim orare natura est, pro alio autem, gratia: pro se orare, necessitas rei cogit: pro alio autem, charitas fraternitatis hortatur. *Ibid.*, homil. 14.

158. Dulcius est ante Deum oratio, non quam necessitas rei transmittit, sed quam charitas fraternitatis commendat. *Ibid.*

159. Religiose mentis est Deum non voce, vel sono vocis, sed devotione animi ac fide cordis orare. Homil. 8, *ex Dicitur in Matth.*

160. Non sic ignis sordes peccatorum, ut oratio nocturna sordes peccatorum. Homil. 26, super *Act. Apost.*

161. Leonis regibus non sic bestias fugat, ut iusti oratio demones. *Ibid.*, homil. 53.

162. Qui cum sermone deprecat, inflammatur et non exsultat: sed velut aurum igna probatum, fit splendidior. Homil. 5, super *II Cor.*

163. Oratio magnum quoddam et salutare bonum est, animarumque firma custodia, tutissimamque presidium. Homil. 3, super *Epist. ad Philen.*

164. Fortis armatura est oratio, si eum attentione fiteris, si sine vana gloria, si cum animo sincero. Homil. 27, super *Epist. ad Hebr.*

165. Non est querendus locus ut oras, sed loci principium: Hieremias erat in coeno, et Deum exoravit: et Job erat in stercore, et Deum reddidit propitium: Jonas in ventre ceti, et facilem habuit. *Ibid.* in balneo sis, ora: ubiqueque sis, ora. Homil. 79, ad *Popul. Antioch.*

166. Aptissima arma oratio, thesaurus perpetuus, divitiarum inexhausta, portus quietus, occasio tranquillitatis: auctor, parens, fons, et radix honorum omnium oratio est. Homil. 5, de *Incomprehens. Dei natura.*

167. Nostrum sit opus continuis insistere precibus, et non sere ferre, si differatur quod petimus, sed longanimes esse. Homil. 30, super *Gen.*

168. Omnis locus, omne tempus, orationis accessui convenit. *Ibid.*

169. Non pudet loci Deum, ut ore tur: unam postulat mentem, scilicet ferventem, animamque modestam. *Præsec.*

170. Non habito corporis, aut locorum temporumve opportunitate opus est ad orandum, sed animo probo ac excitato. Homil. 4, de *Fide Anax.*

171. Oratio quanto gloriosa est, tanto caute servanda est, ne propter homines facta vilescat. Homil. 13, super *Matth. Oper. imperf.*

172. Ille orat, qui jam non peccat: qui autem orat et peccat, non rogat Deum, sed deludat Deum. *Ibid.*, homil. 15.

173. Nihil dum oras, immiscere orationi decet: sive illud inutile sit et otiosum, sive utile et necessarium; sed orationi et operi distribuenda sunt tempora. *Gradu 18.*

174. Verus obediens, mox ut ad orationem stare coeperit, illustratur totus. *Ibid.*

175. Qui polichritudinem orationis attingit, fugiet turbas ut onager. *Ibid.*, gradu 28.

176. Oratio secundum actionem, est reconciliatio Dei, lacrymarum mater carumque item filia, peccatorum propitiatio, tentationum pons, tribulationum interpositus paries, bellorum contractio, angelorum opus, incorporearum omnium virtutum citius, futura beatitudo, infinita operatio, virtutum fons, gratiarum ministra, profectus invisibilia, nutrimentum animæ, mentis illuminatio, desperationis amputatio, spei et fidei demonstratio, tristitiam solutio, monachorum divitiarum, solitariorum thesaurus, ire minutio, speculum profectus, mensurarum indicium, status insinuatio, futurorum revelatio, clementie significatio. *Ibid.*, gradu 28.

177. Oratio his, qui recte orant, curia et iudicium et tribunal Domini ante futurum tribunal est. *Ibid.*

178. Noli conari in oratione multum loqui, ne mens tua ad inquisitionem verborum distendatur, et non ad Deum. *Præsec.*

179. Multum enim in oratione loqui, mentem saepe imaginibus illusit, intentionem dissolvit: parum autem, aut unum etiam verbum in oratione loqui, colligere mentem consuevit. *Ibid.*

180. Cum in oratione ducesine perditus, vel compungi te sentis, in ipsa peraste. *Ibid.*

181. Oratio pia Deo rum inferi. *Ibid.*

182. Orationis initium, est lectus in animo: finis autem, raptus ad Deum. *Ibid.*

183. Noli, cum in oratione perduras, dicere; nihil profeci; jam enim satis profeci. *Ibid.*

184. Mater orationis est solitudo: oratio enim successum requirit. In *Orat. de Transfigur.*

185. Efficacior est oratio, que spiritalior est, et a carnalibus desideriis remouet. *Secun. de Orat. in concil. Constant.*

186. Efficacior est oratio pro inimicis, quanto videtur difficilior. *Ibid.*

187. Efficacior est oratio, quanto reverentior est sub Deo. *Ibid.*

188. Est semper orandum, quia frequens oratio diabolum expugnat, angelos in orantis auxilium

invitat, Deum placat, et os inferni obstruit. Super prolog. *Regula S. Benedicti*, cap. 2.

189. Orationibus fidelium omnis nocendi potestas demonibus auferitur: quia plus cum iri devota oratio, quam non ejus impugnatione. *Ibid.*

190. Oratio oranti est subsidium, Deo sacrificium, demonibus autem flagellum. *Ibid.*

191. Eo magis necessaria est oratio, quo periculosior imminet certatio. *Ibid.*

192. Nihil sic mentem a terrenis ad celestium amorem elevat, nihil carnis voluptates tam cito et valenter extirminat, nihil adeo illustrat intellectum, nihil quoque in tantum confundit adversarium, sicut oratio pura. Lib. 1, homil. 8, *ad Monachos.*

193. Frequens oratio vitiorum impugnationem extinguit: itaque quoties quis quolibet tangitur vitio, toties ad orationem se subdat. Lib. 3, de *Suavitate bono*, cap. 7, sent. 1.

194. Vera oratio cordis est, non labiorum: neque enim verba deprecantis Deus intendit, sed orantis cor aspiciat. *Præsec.*

195. Quod si tacite cor orat et vox silet, quantumvis homines lateat, Deum latere non potest, qui conscientie præsens est.

196. Melius est autem cum silentio corde, sine sono, quam solis verbis sine intuitu mentis orare. *Ibid.*, sent. 4.

197. Mens qualem se in oratione offert, talem post orationem se conservet. *Præsec.*

198. Nam nihil proficit oratio, si denovo committitur, unde jam iterum veniam postuletur. *Ibid.*, sent. 6.

199. Nunquam est sine gemitu orandum, nam peccatorum recordatio merorem gignit: dum enim oramus, ad memoriam culpam reducimus, et magis roos tunc nos esse cognoscimus. *Ibid.*, sent. 5.

200. Pura est oratio, quam in suo tempore, non intervenient cura aliena: longe autem est a Deo animus qui in oratione cogitationibus seculi fuerit occupatus. *Præsec.*

201. Tunc ergo veraciter oramus, quando aliunde non cogitamus. *Ibid.*, sent. 8.

202. Inobus modis oratio impeditur, ne impetrare valeat postulata: scilicet si aut quisque adhuc mala committit, aut si delinquenti sibi debita non dimittit. *Præsec.*

203. Nihil proficit oratio illius, cujus adhuc dolor in mente, vel odium manet in pectore. *Ibid.*, sent. 12.

204. Oratio privata locis opportunis funditur, magisque obtentu impetrat, dum Deo tantum teste deponitur. *Ibid.*, sent. 27.

205. Non conciliat Deum multiplex orantis

sermo, sed pura sinceraque orationis intentio. *Ibid.*, sent. 29.

206. Oratio fervens diaboli jacula submovet, oratio continua diaboli tela superat. *Præsec.*

207. Hæc primo est virtus adversus tentationem incursum, hæc prima tela adversus hostium tentamenta. Lib. 2, de *Synon.*, cap. 3.

208. Dæmonia oratione vincuntur, oratione dæmonia superantur. *Ibid.*

209. Omnibus malis prævalet oratio. *Ibid.*

210. Oratio est animæ sanctæ subsidium, angelo bono solacium, diabolo supplicium, Deo gratum obsequium, vitiorum extinctio, virtutum mater, animæ speculum, conscientie robur, cognitionis via, confidentie nutritrix, charitatis incrementum, laborum solacium, compunctionis causa, cœli porta, cogitationum malorum interemptrix, confusatio dispersionis mentis, ignitarum affectionum receptaculum, angelorum iniatricum, spiritualium omnium bonorum interventrix. De *Legno vite*, tract. de *Oratione*, cap. 2.

211. Oratio est impenetrabilis armatura, certum periculum, securus portus, tutissimum asylum. In *Canon. vite spirit.*, cap. 17.

212. Nulla præstantior oratio est, quam ut quis petat gratissimum Dei voluntatem in se, et in omnibus aliis fieri. De *Insti. Spirit.*, cap. 8.

213. Verum fundamentum orationis, est quies cogitationum. Homil. 6.

214. Cum oras, mentem ad Deum attolle: et etiam inde abstracta descenderit, iterum laqueum ipsam recollige. *Parænes.* 69.

215. Si vis esse templum Dei, sacrificium assiduitatis assiduum scilicet orationem, assiduo ipsi offeras. *Ibid.*, parænes. 118.

216. Sancta est orationis ara, pertrahit enim ad nos sancte sanctorum. *Ibid.*, parænes. 176.

217. Oratio est doloris et malitiæ expultrix. De *Orat.*, cap. 14.

218. Si cupis orare, ut decet, ne animam dolore afficias, alioqui frustra curris. *Ibid.*, cap. 18.

219. Si tolerans furis, semper lectus orabis. *Ibid.*, cap. 21.

220. Oratio sine distractione, est summa intelligentia mentis. *Ibid.*, cap. 33.

221. Si orare vis, repudia omnia, ut totum possideas. *Ibid.*, cap. 34.

222. Sive cum fratribus, sive solus oras: contende non consuetudine, sed sensu orare. *Ibid.*, cap. 39.

223. Non poteris orare pure rebus ac negotiis terrenis implicatus, et assiduis curis onustus: oratio enim est depositio cogitationum. *Ibid.*, esp. 65.

S. LAUR. JUST.

LEONOVICUS RUSIUS.

S. MACRAN. S. SILVUS ABB. MART.

®

224. Ne ores pharisaice, sed more potius publicani in sacro loco orationis, ut tu a Deo iustificeris. *Ibid.*, cap. 98.

225. Stude, ut ne oratione tua contra ullum ores : ne quam edificas, evertas, faciasque orationem tuam execrabilem. *Ibid.*, cap. 97.

226. Prætermitte necessitates corporis, dum preces adhibes : ne pungentis publicæ, aut pediculis, aut culicis, aut musca, iacturam facias maximam orationis. *Ibid.*, cap. 99.

227. Habe oculos in oratione, non distractos ac vagos : et cura carni atque animæ denegata, fac adeis menta. *Ibid.*, cap. 104.

S. NICOL.

228. Beata mens, que expedit ac sine distractione orat, huic semper plus desiderii accedit. *Ibid.*, cap. 112.

229. Hic orat, qui primordia cogitationum et nobilitatem mentis suo Deo dedit. *Ibid.*, cap. 120.

230. Non special ad laudem orationis, quanta sit tantum, sed qualis. *Ibid.*, cap. 145.

231. Sobrii oratio volat, ut aquila : christi autem, gravis humi rapit. *Ibid.*, orat. 1. de *Gula*.

SECT. HILFS.

232. Orationis efficacia magna est : itaque urgente necessitate instantia, viriliter ad orationis armis currendum est. Epist. 126, ad *Guatterium Rothomagensis* exist.

233. Oratio nunquam in terram vacua cadit, quia etsi non prosperatur ei, pro quo militat, saltem in sinum revertitur supplicantis. *Ibid.*, epist. 139, ad *Quendam abbat*.

S. PETRUS DAMIANUS.

234. Oratio sit voracunda, ut erubescamus peccata nostra : sit pura, ut nihil a Deo præter ipsum queramus : sit devota, ut eam in pinguedine spiritus eam protendamus : sit ampla, ut extendamus eam usque ad inimicos : sit continua, ne intermissione fiat remissior : sit penita, ne turbulentis cogitationum fluctibus submergatur. *Serm.* 56, de *S. Martino*.

235. Furtivæ orationes inferunt celo : et indulgentiam rapiunt, dum frequenter in tenebris cælesti numine perturbantur. *Opusc.* 43, cap. 22.

S. PROSPER.

236. Orandum est pro inimicis, ut aut obliuiscatur eorum conversio, aut in nobis inveniat diuina bonitatis imitatio. Apud *D. August.*, sent. 202.

BOGATUS BELLARM.

237. Studium præcipuum iusti, est oratio. Super vers. 3.

RUPERTUS.

238. Oratione magis longa et eleganti, quam rerum veritate non flectitur Deus. Lib. 5, super *Matth.*, cap. 8, in illud : *Nolite multum loqui*.

239. Oratio Dominica est eucaristiarum exemplar orationum. *Ibid.*, cap. 8, super illud : *Sed libera nos a malo*.

SALVIANUS.

240. In oratione impiorum aliud ora, aliud corda agunt : et dum verbis præterita mala plan-

gunt, sensu futura meditantur : ac sic oratio eorum rixa est magis criminum, quam exortatrix. Lib. 3, de *Gubernatione Dei*.

241. Oratio de tali spiritu emissa debet esse, qualis est spiritus ad quem militat. De *Oratione Dominica*, cap. 10.

TERULL.

242. Nunquam peccandi satietas capit hominem iustum. Super *Psalm.* 19, vers. 2.

S. THEOPH.

243. Hoc licet orare, quod licet desiderare. 2, 2, quest. 83, art. 6.

S. THOMAS AQUINAS.

244. Oratio, quanto efficacior est, agrius ab adversario impediti solet. De *Appar. Christi*.

THOMAS A KEMPIS.

245. Frequens oratio, firmis protectio. In *Horatulo raris*, cap. 3, sect. 2.

246. Si non potes semper ore orare, ora spiritu et mente, ora desiderio et pia intentione : semper enim orat qui bene facit, qui de preteritis malis dolet, et pro futuris bonis gemit, orare non desinit. *Ibid.*, cap. 12.

247. In omni tribulatione et tentatione ad orationem recurre, sicut ad portum animæ tutum. Quanto citius, tanto melius : quanto tardius, tanto peius : quanto aspius, tanto utilius : quanto ferventius, tanto Deo acceptius. *Ibid.*, cap. 12, sect. 3.

248. Assidua oratio cito corrigit mentem. Lib. 5, libell. 12, num. 12.

EN VIT. PAT.

SENTENTIE PAGANORUM.

249. Auliacus roga Deum, nihil illum de alieno rogaturus, roga bonam mentem, bonam valetudinem animi, deinde corporis. Epist. 10.

SENECA.

250. Qualis vis, talis oratio. De *Moribus*.

251. Qualis vis esse, dum Deum oras, talis semper esto. *Sent.* 72.

S. BASILIUS MAGNUS.

252. Neas est Deum Patrem invocare, et aliquid inonestum agere. *Ibid.*, sent. 216.

2. Nullus pastor placere lupis et gregibus ovium potest: perdit enim memoriam laboriorum mens terrenis obligata carceribus. In *Decretis Gratiani*, part. 1, dist. 83, can. *Nihil.*

S. ATHANASII.
MAGN.

3. Pastorum absentia lupis invadendi gregis occasionem præstat. *Apolog. ad Imp. Constantinum.*

S. ATHANASII.
PAPALIANCI.

4. Veris Pastoribus non est tutum non vigilare, et non circumquaque omnia lustrare, ovesque errantes solum quærere, ac non magis sollicitus esse pro iis que non errant. *Epist. 1, ad Episc. Creta.*

5. Perinde esse videtur gregem abesse a Pastore, ut cœcum duce carere. *Ibid.*

6. Debet officium suum facere omnes boni pastores, quicumque hoc nomine digni sunt: ita ut qui cessarit, non sit impune cessaturus. *Ibid.*

7. Sane augentur oves, et in tuto sunt, cum præsent veri pastores: non autem qui solum habent lac, et lana legantur, omnique studio et arte seipsos, non oves pascent. *Ibid.*

8. Ego cum, cui grex Christi commissus est, si dignitatem muneris moris, iniquum esse arbitror, non usque ad sanguinem assidue et studere et incumbere. *Ibid.*, epist. 4, ad Episcop. Apamœ.

9. Hei mihi! non jam pastores oves pascent, sed ovis tanquam pane se pascent. *Ibid.*

10. Hoc præsertim tempore supplicia non effugiet Pastor qui cum grege non laborat. *Ibid.*

11. Non patimur oves pecudes impune negligi, et patiamur pastores animarum impune seipsos pascere, non oves? *Ibid.*, epist. 6, ad Imperat.

12. Si verum est quod dici solet, qui gregem pastore privat, utriusque periculum creare: profecto grave supplicium manet eum, qui pastorem arceat ab ovili. *Prose.*

13. Debet, qui pastor est usque ad sanguinem pro grege Christi non relinquendo labores perferre. *Ibid.*, epist. 7, ad Imperat.

S. AUGUST.

14. Deum timeamus in quantum malis pastoribus, et dicentem: Quod erraverat non revocastis, et quod perierat non inquisistis. *Epist. 166.*

15. Pertinet ad diligentiam pastoralem, etiam illas oves, que non violenter creptæ, sed blande leniterque seductæ, a grege aberraverint, et ab alienis cooperiri possideri: inventas ad ovile Dominicum (si resistere voluerint) flagellorum terroribus revocare. *Epist. 56, ad Bonifac.*

16. Pasce te qui facti te; si pasce latronem, non pasce innocentes? *Prose.*

17. Pasce te qui solem suum oriri facit super bonos et malos, et pluit super justos et injustos: si pasce damnandos, non pasce liberandos? Super *Psal. 141*, vers. 10.

18. Securus mortuus est Pastor pro ove, qui resurgens possidet ovem. Super *Psal. 141*, vers. 3, *Et oves pascue ejus.*

19. Agnus et ovis et pastor inter se amica sunt. *Tract. 46 super Evang. Joan.*, de cap. x.

20. Prepositi Ecclesiæ si pastores sunt, quomodo unus pastor, nisi quia sunt illi omnes unius membra Pastoris? *Ibid.*

21. Dominus Jesus Christus, et ostium est et pastor: ostium pando me, pastor intrando per se. *Prose.*

22. Quod pastor est, dedit membris suis. Nam et Petrus pastor, et Paulus pastor, et ceteri apostoli pastores, et boni episcopi pastores: ostium vero nemo se dicit, hoc sibi ipse propriam tenuit, qua intrant oves. *Ibid.*, tract. 47, de cap. 16.

23. Sunt pastores qui pastorem nomine gaudere volunt, pastoris autem officium implere nolunt. *De Pastoribus*, cap. 1.

24. Si nos nostra dicamus, pastores erimus pascentes nos non oves: si autem Dei sunt que dicimus, per quælibet ipse nos pasceat. *Ibid.*

25. Qui sunt qui seipsos pascent? omnes qui sua querunt, non qui Jesu Christi. *Ibid.*

26. Si sunt bonæ oves, sunt et boni pastores: nam de bonis ovis fiunt boni pastores. *Ibid.*, cap. 13.

27. Gloriantur pastores, sed qui gloriatur, in Domino glorietur: hoc est Christum pascere, hoc est Christo pascere, præter Christum sibi non pascere. *Ibid.*

28. Diligendus est pastor, tolerandus est mercenarius, cavendus est latro. *De Verbis Dom.*, serm. 49.

29. Vita pastoris omnibus professe debet. *Serm. 44, ad Fratres in eremo.*

30. Nihil foedius, nihil damnosius, nihil levius, nihil turpius in pastore, furiositate. *Ibid.*, serm. 26.

31. Pastores debent esse doctores. *Epist. 56*, in solut. quest. 4.

32. Si lupi consilium fecerunt, ut pastoribus non respondeant; quare oves consilium perdidit, ut ad luporum speluncas accedant? *Epistola 471.*

33. Primi iusti pastores pecorum, magis quam reges hominum constituti sunt. *Lib. 19 de Civit. Dei*, cap. 15.

34. Intellegas quanto esse nobis debeat cura major, Dominicus quæ revocare ab erroribus; si et ovis turpe est vitia pastorem, si qua cogno-

verint eisdem occultare pastoribus. Lib. 4, de Anima et orig., cap. 1.

35. Dignum gregis non est honor pastoris. De Gestis cum Emerito.

36. Gregi suo Pastor mitis reformat quod predo violentus abegerat. Lib. Modis, cap. 8.

37. Alii sunt qui proleptia beneint pastorales calbedras, ut Cirsii gregibus consulant; alii vero ut commodis secularibus gaudeant. Epistola 269.

38. Pastor pastorum ovem perditam, et in parvulis quaerit, qui oves sanctas et justas gratis facit. Lib. ad Rufinum, cap. 12.

39. Si pastoralibus visceribus praediti sumus, membris laceratis ovem queramus, et pastori omnium cum hostia reportamus. De Gestis cum Emerito.

40. Ovium vitam certum est arbitrio pendere pastorum. Epist. 80.

41. Magis timeamus ne oves Christi nequicia gladio noceatur in corde, quam ne ferro in corpore trucidentur. Epist. 180.

42. Cum renitentibus venerint quae oves sunt, agnoscent vocem pastoris, et se venisse beatantur, et errasse erubescunt. Tract. 45, super Joann.

43. Homines oves credendo sunt, oves pastorem sequendo sunt. Ibid., tract. 88.

44. Non sint seipsos amantes, qui pascent oves Christi. Ibid., tract. 123.

45. Amor ejus qui pascit oves Christi, in tam magna debet spiritali crescere ardore, ut vincat etiam mortis naturalem timorem. Ibid.

S. BERNARD.

46. Pastorem est vigilare super gregem, propter tria necessaria: ad disciplinam, ad custodiam, ad preces. Ad disciplinam, propter morum correctionem, ne grex commissis propria molestia deficiat; ad custodiam, propter diabolicam suggestionem, ne hostili seductur calliditate; ad preces, propter tentationis instigationem, ne vincatur a pusillanimitate. In suis Sent., verbo Pastorem.

47. In disciplina rigor justitiae, in custodia spiritus consilii, in prece affectus compassivus. Ibid.

48. Boni sollicitique pastores implere paens non cessant bonis laudibus exemplis, et suis magis quam alienis; nam si alienis et non suis, ignominia est illis, et paens ita non proficit. Serm. 76 super Cant.

49. Qui dimittit oves in pascu absque custodia, Pastor est, non ovium, sed luporum. Ibid., serm. 77.

50. Quomodo in pascu divinum educet eloquiorum greges dominicos pastor illis: sed si doctus quidem fuerit, non autem bonus, venen-

dum ne non tam nutrit doctrina uberi, quam sterili vita noceat. Ibid., serm. 76.

51. Si rebus raritas pretium facit, nil in Ecclesia pretiosius, nil optabilius bono utillique pastore; nempe rara avis est ista. Epist. 228; ad Eugen. Pop.

52. Haec sunt quae pastori conveniunt: bonitas, disciplina, scientia, bonitas attrahit, disciplina corripit, scientia pascit. Bonitas amabilem reddit, disciplina inimitabilem, scientia docibilem. Lib. 3 Florum, cap. 1.

53. Cum pastor per abrupta graditur, necesse est ut in praecipitium grex sequatur. Super Sep., cap. 6.

54. Boni pastoris est, non solum oves congregare, sed etiam a lupis defendere. Super Luc., cap. 6.

55. Pastor se heringum exhibeat ovibus suis, scilicet signis, verbo, et factis. Ibid., cap. 9.

56. Presulatus est pastor in pascendo, et episcopus est pastor supradicendum, et custodiendum. Collat. 49, super caput x, Joann.

57. Bonitas pastoris ostenditur cum sollicito vigilet et custodiat gregem suum. Serm. 1, Dom. 1, post Pascha.

58. Majus signum dilectionis et benevolentiae non potest pastor erga suum gregem ostendere, quam ut pro ejus defensionis et liberationis proprio corpus morti exponatur. Ibid.

59. Tunc pastores praesunt secundum divinae voluntatis beneplacitum, quando pascent gregem suum scientiam, quantum ad verbum; doctrinam quantum ad exemplum; quia plus movent operum exempla, quam verborum. Ibid.

60. Pastor, qui diligit Deum, pascit verbo, pascit exemplo, pascit subsidio. Verbo consolationis, exemplo conversationis, subsidio subventionis. Serm. 3, Dom. 17 post Pentecostem.

61. Nonnulli pastores sunt, qui proprias oves habent, alienis etiam ovibus praesbe quaerunt; et ita alienis subditis quodcumque intendunt, ut suorum curam negligant. Serm. 44, in decreto de reformat., cap. 8 pag. 125.

62. Praesenda est plebs virtutum exemplis, laudabili oratione assidua, predicatione continua, ecclesiasticis sacramentis. Super Epist. 1 Petri, cap. 4, art. 9.

63. Gravissima est negligentium carnaliumque pastorum damnatio. Ibid.

64. Non exiguum sibi damnum conciliat Pastor, qui extra ovile dormit ovium; somnolentia enim pastorum, luporum est gaudium. De amore Dei.

65. Satis est pasci diligenter, quam pascere negligenter. Ibid.

S. BONA.

CONCILIUM
TALDENT.

DIPTISI
PASTOR.

S. BERNARD.
CANTARIUM.

66. Heu quot hodie in Ecclesia sunt, non pastores, sed mercenarii, ad quas nihil pertinet de ovibus Jesu Christi. Prose.

67. Certe nil pejus, nil abominabilius, quam cum ille qui custodire deberet oves, dissipat. Epist. ad Damon. Pop. de morte D. Hieron.

68. Negligentia pastoris ellicat ut lupi in agnos andere possint. Ibid.

S. FRANCIS.
ASSISIENSIS.

69. Pastor debet esse homo vitam gravissimam, discretionis magnam, famam laudabilem, privatis affectionibus carens, ne dum in parte plus diligit, in toto scandalum generet. In suis Opus., colat. 26.

GLOSS. INT.

70. Pastores, qui delicias procurant, gregis Domini damna non curant. Super Ezech., cap. 34, in illud: Et non erat qui requireret, etc.

GLOSS. ORD.

71. Quam rarus est pastor Domino propter Dominum serviens, et oves Christi non ad lucrum, sed amore Christi pascent! Super Math., cap. xxiv, in illud: Quis putat est fidelis servus?

S. GREGORIUS.
MAGNUS.

72. Ab imperitis pastoribus magistratum pastorale suscipitur cum magna temeritate: quoniam est ars artem regimen animarum. Part. 1, Pastor, cap. 1.

73. Quisque virtutibus polleat, gregem Dei pascere renuit, pastorem summum convincitur non amare. Ibid., cap. 5.

74. Tantum debet actionem populi, actio transcendere praesulis, quantum distare solet a grege vita pastoria. Ibid., part. 2, cap. 1.

75. Male in se Genuipotentis Dei munera custodit, qui nitorem pastoralis culminis per maculas prave actionis polluit. Lib. 2, in i Reg., cap. 3, super illud: Non audierunt vocem.

76. Deum Pastor glorificat, qui in electione ministrorum personas non accipit: sed eos eligit, in quibus verum lumen coruscet exemplo honorum operum. Ibid., super illud: Glorificabo eum, etc.

77. Pastor sanctae Ecclesiae, qui vitam sanctitatem habet, et divinae predicationis virtutem non habet: sacerdos quidem est, sed non divinus. Ibid., lib. 3, cap. 4, super illud: Et vocaverunt Philites, etc.

78. Quicumque ad celestium curam pastoralem assumitur, in eadem artem sui sublimitate habere debet et vitae propriae altitudinem, et alienae indimitatis compassionem. Ibid., lib. 4, cap. 4, super illud: Et decederunt de excelsis, etc.

79. Lux gregis flamma est. Pastoris. Lib. 7, in Registro, ind. 1, cap. 82, epist. 32.

80. Decet pastorem moribus et vita clarescere, quatenus in eo, tanquam in vitae summo speculo plebs commissa, et eligere quod sequatur, et videre possit quod corrigat. Ibid.

81. Gratia major acquiritur, si de communi ovibus lucrum offerat Domino sollicitudo pastoria. Ibid., lib. 8, ind. 3, cap. 43, epist. 43, ad Venantium Episc. Lunensem.

82. Pastores qui plus terrenam substantiam, quam oves diligunt, merito nomen pastoris perdunt. Homil. 14, super Ewang.

83. Stare in periculo ovium pastor non potest, qui in eo quod ovibus praesent, non oves diligit, sed lucrum terrenum quaerit. Ibid.

84. Nomen pastoris non ad quietem, sed ad laborem vos suscipisse cognoscite. Prose.

85. Exhibeamus in opere quod signamur in nomine. Lib. 4, in Registro, ind. 13, cap. 59, epist. 15, ad Joannem episcopum.

86. Sicut laborantes, et circa unum salutem sollicitos hoc nomen pastoria ante Deum eternam ducit ad gloriam; ita desidat ac torpentes trahit ad pernam. Ibid.

87. Sit pastoris gratus coertitionis stimulus, et vita imitatio exemplum. Ibid.

88. Quam potest esse pastoris excusatio, si lupus oves comedit, et pastor nescit? Ibid., lib. 2, ind. 11, cap. 91, epist. 62, ad Joann. Episc.

89. Cum reprobi pastores praesent, principale eis propositum est in rapina subditorum. Lib. 5, in i Reg., cap. 2.

90. Cur teipsum facis pastorem, cum sis ovis? S. GREGORIUS.
NAZ.

91. Non facile tempore pacis cognoscitur quis sit pastor, quive mercenarius: sed lupus veniens indicat, quo quisque animo super gregem invigilet. Serm. 2, Dom. 2, post Pascha.

92. Pasce gregem Dei, providentes non coacte sed spontaneo secundum Deum: neque turpi hauri gratia, sed voluntarie: neque ut dominantes in cleris: sed forma facti gregis, et ex animo; ut cum apparuerit princeps pastorum, percipiat immarcescibilem gloriae coronam. Ibid.

93. Nonnulli pastores, quamvis bene doceant, tamen quia male vivunt, magis inter mercenarios quam inter pastores compulantur: quoniam quos bene docendo erudiant, hos male vivendi exemplo destruant. Ibid.

94. Detrimentum pecoriae, pastoris ignominia est. Epist. 40, ad Fortunianum.

95. Futurus pastor Ecclesiae laici eligitur, ad cuius comparationem recte grex caeteri nominantur. Epist. 41, ad Oceanum.

96. Innocens et absque sermone pastoris conversatio, quantum exemplo prodest, tantum silentio nocet: nam et latratu canum, haeculoque pastoris, luporum rabies deterrenda est. Ibid.

97. Nullus in Ecclesiis, quamvis sanctus sit, pastoris sibi nomen assumat, nisi possit docere

S. GREGORIUS.
NAZ.
HATRO.

S. GREGORIUS.

®

quos pascit. Lib. 2, super *Ep. ad Ephes.*, cap. 4, in illud: *Alios autem Pastores*, etc.

98. Si quis non edificat Ecclesiam Christi, nec plebem sibi subjectam instruit: ut de subjecto populo Christi Ecclesia construat, iste nec Apostolus, nec Prophetas, nec Evangelistas, nec pastor, nec magister est appellandus. *Ibid.*, super illud: *Et ipse dedit quosdam Apostolos*.

RUGO A. S.
VICTORE.

99. Tres sunt pastoris voces: suavis, dulcis, alia; ad infirmum suavis, ad morientem dulcis, ad surdum pertinet alia. Infirmatur, qui tenetur; moritur, qui desperat; surdus est, qui non obedit. Lib. 2 de *Claustris animi*, cap. 12.

100. Pastor oves agnoscit, infirmas consolidat, ad pascua ducit et reducit, lupos arceat voce et baculo, moribidas et egrotos sanat, contractas alligat, errantes reducit, debiles portat, pereuntes requirit, ab eis agnoscitur. Lib. 4, de *Propriet. rerum*, cap. 14.

101. Tria pastoribus gregis Domini sunt necessaria: bona operatio, discretio, predicatio; ut sint lux, oculus, sal. Lux bonae operationis, ut exemplo luceant; oculus discretionis, ut discernendo inter lepram et legem, provideant subditis; sal predicationis et correctionis, ut praedicatione subditos erudiant, ne varmes peccatorum consumant. Lib. 1 *Miscellan.*, codic. 2, tit. 37.

102. Tanta constantia debet inesse bonis pastoribus, et fortitudo, ut nec laudibus, nec blanditiis a veritate fluctentur, nec convitiis moveantur. Lib. 2 *Miscellan.*, codic. 2, tit. 131.

103. Bonus pastor Ecclesiae est sicut adamus, quando laudatur ab hominibus, et honoratur, nec tamen laude vel adulatione recto delectatur. *Ibid.*

104. Qui habet pastoris nomen, sic gerat officium, ut habeat et meritum; ut non tantum sit bonus nomine, sed bonis acta, bonis et pastu sibi et gregi: quos pascit verbo, informet exemplo. Lib. 2 *Miscellan.*, codic. 2, tit. 130.

RUGO GARD.

106. Duo pastori conveniunt, sedulitas officii, et fidelitas: sedulitas in vigiliis pernoctando, fidelitas bene custodiendo. Super *Gen.*, cap. 30.

106. Felix ille pastor qui potuerit dicere (quando Christus requirit numerum ovium suarum) Nemo ex his perit. *Ibid.*

107. Multi pastorum oves suas non liberant ut pastores, sed spoliant ut fures. Super lib. *Judic.*, cap. 2.

S. JOANNES
CHRYSOST.

108. Bonus pastor et talis qualem vult Christus, immuneris certat martyriis. Serm. 29 super *Ep. ad Rom.*

109. Multa opus est pastori prudentia, secretis etiam, ut sic dicam, oculis, ut recte undique humani animi habitum circumspicere possit. Lib. 2 de *Sacerd.*

110. Boni pastoris officium est, ut non modo illo praesente, verum etiam absente, ovile studium omne adhibeat, ne quid temere agatur. Hom. 4, de *Incomprehens. Dei naturae*.

111. Si incuria pastoris quaedam ovium rationalis perierit, vel a bestia fuerit et capta, grave damnum est, maximum detrimentum, ineliminabile poena. Serm. 57, super *Gen.*

112. Oculis domini impingunt equum, sic pastores auctoritas nutrit et pascit gregem suum: si tamen pastor fuerit et sagax, non lupus, non latro, non rapax. Serm. in *Concilio Rhemensi*, part. 3, provis. 11.

JOAN. GREG.

113. Bonus pastor animarum esse non potest, qui necessitatibus infirmantium subditorum ex animo compati designatur. Lib. 1, hom. 46, ad *Monachos*.

JOAN.
TRITH.

114. Si Christi oves pascere rennis, lanam et lac ab eis minime quaeris: non enim propter pastorem oves, sed propter oves pastor constitutus est. *Prose.*

115. O pastor! quam misere decipis temetipsum: curas tantum ut comedas, qui ut curare animas posses, comedere deberas. *De Inult. vitae sacerdot.*, cap. 5.

116. Elati pastores plebes tyrannica premunt, non regunt: quis non Dei, sed suam gloriam a subditis exigunt. Lib. 3, de *Sum. bono*, cap. 41, sent. 2.

S. HEDWIG
HISPALENS.

117. Veri pastoris dignitatem amittit, qui ovium curam vilipendit, qui earum necessitatibus non ministrat. *Prose.*

S. LAURENT.
JUSTIN.

118. Praefecit namque Dominus pastores in plebibus, ut subditorum animabus ac corporibus ministrarent, non autem ut dominarentur. *De compunct. et complacent.*

119. Boni pastoris hoc semper est proprium, ut sibi creditas oves pinguis introducat ad pascua, easque solerti cura ab incuris silvestrum custodiat bestiarum. *De contemptu mundi*, cap. 15.

120. Pastor, ut sui mercedem non amittat laboris, pro Dei amore ovibus sibi creditis sollicite ministrare non desinat: pascat illas verbo, pascat exemplo. *De Regim. praed.*

121. Nihil aliud est pastorale officium, quam pro ovibus sibi commissis animam ponere, et sanctitatis ac laudabilis conversationis exemplum ostendere. *Ibid.*, cap. 4.

122. Alienum esse debet ab omni vero Pastore, mercenarium sequi affectus, qui solum que in terra sunt sapient, optantque, et absque retributione faciunt nihil. *Ibid.*, cap. 22.

123. Quis ab insidiis luperum oves custodit, si pastoris cura non vigilet? Epist. 92, ad *Rustic. Narbonensem episc.*

S. LEO. I.

PETRI
BLESSENSIS.

124. Pastor mercenarius est, qui bursae lucrium quaerit, non anime. Epist. 157, ad *Vicarium suum*.

125. De salute animarum est in pastorem mercenarium pectore cura minor. *Prose.*

126. Quod infirmum est non visitant, quod contractum non alligant, quod erroneum non revocant; sed quod validum est, mactant. *Ibid.*, serm. 34, in *Festo ann. SS.*

127. Pastor quinque virgas habet in manu. Prima est potentiae, secunda disciplinae, tertia doctrinae, quarta misericordiae, quinta custodiae. Per primam punit, per secundam corrigit, per tertiam erudit, per quartam praecipit, per quintam munil. Prima est terribilis, secunda favorabilis, tertia utilis, quarta dulcis, quinta laudabilis. Primam habet in elatos, secundam in inquietos, tertiam in parvulos, quartam in devotos, quintam in universos. *Ibid.*, serm. 46.

128. Si pastor intrusus per violentiam fuerit, si ingessor sit per simoniam, si introductus per falsam suggestionem longe est a veritate Pastoris. *Ibid.*, serm. 48.

129. Si parum est esse hominem, magnum est esse fidelem, majus est esse sacerdotem, maximum est esse pastorem. *Ibid.*

130. Ministerium tuum plus oneris habet quam honoris: si affectus honorem, mercenarius es: si onus amplecteris, pastor es. *Ibid.*, tract. de *Iust. Episc.*

S. PETRI
CHRYSOST.

131. Deus mitissimi pastoris elegit officium, personam pastoris induit, ut vagos populos, palantes plebes, dispersas longe lateque gentes, velut errantes oves, in unum pastoris misericordiae congreget. *Prose.*

132. Immo ut nationes feras, praedam mortis, carnis cibum, potum sanguinis, bestiarum furorem sitiennes, ad usum laetis, ad cibum graminis, ad ovium totam duceret et redderet lenitatem. Serm. 6.

133. Sicut militem tuba terribilis producit ad bellum, sic oves ad pascua dulcedo jubilationis invitat. *Ibid.*

134. Quod ab ovibus eratur, negligentiam pastoris ascribitur. Lib. 8, epist. 45, ad *quendam Episc.*

S. PETRI
DAMASCI.

135. Quid dicit homo dormiens, cum ratio erit resurgenda! quid homo negligens, homo nec sibi, nec suis providens? *Prose.*

S. PETRI
AUG. CLUN.

136. Magnum, magnum pastoralis officii periculum, ad quod velut caeci ad precipitium latentes homines currunt. Lib. 1, epist. 24, ad *Guidonem Prer. Cantuar.*

PHILOJUD.

137. Pastores dicimus illos, qui modis omnibus provident, ne grex neglectus in morbos incidat. *De Agricultura.*

138. Tanta curae pastoralis honestas creditur et utilitas, ut Postularum gens reges soleat vocare pastores populi. *Ibid.*

139. Qui summus est in arte pecuaria, facile bonus rex evadet pulcherrimo grege hominum propositus, approbata industria in minori negotio. Lib. de *Joseph.*

S. PROSPER.

140. Pastor non solum de se, sed etiam de grege sibi credito rationem pastori pastorum omnium reddit, qui sua suorumque detrimenta non cogitat. Lib. 1, de *Vita contemplat.*, cap. 45.

141. Pastores dici volumus, non tamen esse contendumus: officii nostri laborem vitam, appetimus dignitatem: immundorum spirituum ferus a grege dilacerando non pelimus, et quod eis remanserit, ipsi consumimus. *Ibid.*, cap. 21.

142. Greges Domini pascendo pastores facti suscipimus, et nos ipsos pascimus, quando non gregum utilitati non prospicimus: sed quid loquat et augeat nostras voluptates, attendimus. *Ibid.*

143. Lac et lanam ovium, scilicet oblationes quotidianas et decimas fideium gaudentes accipimus, et curam pascendorum gregum ac reficiendorum (a quibus perverso ordine volumus pasci) depouimus. *Ibid.*, cap. 21.

144. Qui id in vita ratione sequitur, quod subditis commodum videtur, qui laborem et molestiam perferre vult, ne quid illis molestum sit, qui pro illis periclitatur, ut in pace et securitate degant, quique vigilare, et in maximo concursu sollicitudinem versari sustinet, ut noctu et interdum subditi malis omnibus vacent, hic ovium pastor est. *Prose.*

S. SYMPHUSIUS
KISIC.

145. At qui per luxum potestate abutitur, et imperium voluptate ac deliciis contrit, suas omnes cupiditates explendas sibi esse ducentes, unde subditi gravissimis damnis afficiantur; et uno verbo dicam: qui gregem non saginant, sed a grege saginati vult, eum tyrannum esse censeo, non pastorem. *De Regno ad Arcad. imperat.*

146. Proprium pastoris munus est, seipsum non pascere, sed oves. Sect. 43 super *Ezech.* in illud xxxvi: *Vae Pastoribus.*

S. THEODOGAST.

147. Veri pastoris est, erga gregem suum misericordia affici. Super *Math.*, cap. 9.

148. Pastor es, attende tibi ne quid te praeteractum quae ad pastoris officium ac diligentiam pertinent. Serm. de *Prosepto.*

S. ZENO
EPISCOPIUS
ET MART.

SENTENTIAE DAGANORUM.

149. Pastoralis arti nihil aliud profecto cura est, quam ut id quod suae curae commissum est, diligenter curet, ut quae ad illud conservandum necessaria sunt, subministret. Lib. 1 de *Republ.*

PLATO.

150. Qui vere pastor est, id accurate cavere de-

bet ne oves distraxat, ut Pastorem non deest; sed oves suas pascere tenetur, quatenus pastor est. *Ibid.*

451. Gravissimum omnium et turpissimum esset pastoribus, si huiusmodi canes nutrent, ut in ergos sevant ut lupi. *Ibid.*, lib. 3.

RENECA.

452. Turba ista cum a te pasci desierit, ipsa se pascat. *Epist.* 20.

Vide etiam *lib. Cantabrigie, sent. 10; Exemplum, sent. 11, 13; Papi, sent. 19; Persecutio, sent. 27; Reddere, sent. 9, 54; Paganus, sent. 20, 50.*

PATIENTIA in genere.

DEFINITIO. Patientia est virtus continentiarum, et omnis adversitatis equanimiter mala portans. *Part. 3, Contitopui, sect. 43.*

Patientia est equanimis illudum illatum tolerantia. *Ibid.*

Patientia est omnium molestiarum aliunde illatarum victoriosa permissio. *Ibid.*

CASSIODOR.

Patientia est religiosi viri laborum ac dolorum omnium spe futurorum ferum, et amore homini gratia tolerantia. *Super Psalm. 7.*

Patientia est inter afflictus tribulationibus seculi usque ad finem moris in timore Domini gratiarum actio jugiter observata. *Super Psalm. 119, vers. 49: Patientia Pauperum, etc.*

CASSIODOR.

&

CICERO.

Patientia est honestatis aut utilitatis causa rerum arduarum ac difficilium voluntaria et disturna permissio. *Super Psalm. lxx, vers. 8: Et Cicero lib. 2 de Invent. Rhetor.*

DIONYSIUS

LAMELUS.

Patientia, in adversis est equanimis permissio contritorum. *Super Epist. ad Galatas, cap. v.*

Patientia est virtus moralla passionem tristitia reprimens; estque equanimis tolerantia adversitatum. *Super Epist. ad Hebr., cap. 40, art. 16.*

S. MEDON.

Patientia est omnium injuriarum et passionum tolerantia, et expectationum omnium sine precipitatione sufficientia. *In Regula monachor., cap. 21.*

HEGO & S.

VICTORE.

Tolerantia seu patientia, est disturna aliena improbitas vel molestia sufficientia. *De fract. carnis et spiritus, cap. 14.*

Patientia vera est eterna respectu gloriam voluntaria et insuperabilis contritorum permissio. *Ibid., cap. 17.*

Longanimitas est ad complenda iusta desideria, infatigabilis laborum sustententia. *Ibid.*

JOAN. CASS.

A passionibus et sustentione patientiam dici nullus ignorat, idcirco constat patientem pronuntiam neminem posse, nisi eum, qui universa que sibi fuerint impetrata, absque indignatione toleraverit. *Collat. 18, Abbat. Pammonis, cap. 13.*

S. JOAN. CL.

Patientia est infractus animi labor nullis vel

proximis rationabilibus fragoribus agitatus. *Grado 27, de Different. quatuor.*

Patientia est fortitudo sedativa, commotionis autem, que nata est provenire ex inflictione mali presentis per alium. *Part. 4, in Descript. terminor., cap. Fortitudo.*

JOAN. GRIE.

Patientia est voluntaria portatio, vel sufficientia cujusquam adversitatis, sive corporis agilitatis sive honorum amissionis, vel amicorum, sive aliarum afflictionum. *Part. 4, scrib. 3, pro Defunctis.*

LACT. VIDU.

Patientia est malorum que inferuntur, aut accidunt, cum equanimitate portatio. *De Divinis instit., lib. 5 de Justitia, cap. 23.*

Divisio. Est triplex genus patientie. Primum est tolerare inimicos patienter; et hoc est omnium salvandorum. Secundum, est tolerare libenter; et hoc est in virtute magnorum. Tertium, est pati gaudenter; et hoc est Apostolorum. *Serm. 3 de Apostolatu.*

SENTENTIE PATRUM.

1. Patientia vera et perfecta est, cum aliquis sustinet patienter injurias, non solum cum reus est, sed etiam cum innocens est. *De Persecut. ant. me., part. 1, de Virtut., cap. 4.*

S. ALBERT.

MAGNUS.

2. Ille vere patiens est, qui non solum molestias illas patienter expectat et tolerat, sed etiam inferendas desiderat. *Ibid., cap. 4, sect. 3.*

S. AMBROS.

3. Ubi patientia, ibi letitia. *Lib. 4, epist. 4, ad Irenaeum.*

S. ANSELM.

4. Patientia sine exercitiis, quasi plumbea lancea est. *De Similitud., cap. 184.*

5. Capus patientia vinct non potest, ille periculis esse probatur. *Prooc.*

6. Multi enim ante experimentum tribulationis putant se fortes esse, qui in ipso experimento desolantur, et imbecilles esse apparent ad patientiam.

7. Et multi prius se putant infirmos, qui in ipso articulo passionis apparent fortissimi, dum omnia viriliter patienti superant. *Super Epist. ad Rom., cap. 5.*

S. ANTON.

8. Patientia pugnatiorem inexpugnabilem armam, hostem fortiter expugnat, de ipso nobiliter triumphat, vincensque feliciter coronat. *Part. 4, tit. 3, cap. 7, § 2.*

9. Patientia seipsum possidet, quia suam animam sibi subicit, nec ab illis exterioribus conducitur. *Ibid.*

10. Nobilis generis victorie est, hostem debellare iacendo, et quiescendo sine ictu et repercussione, quod facit patiens. *Prooc.*

11. Sed adhuc nobilissimus generis victorie est quando non solum patiens triumphat sine letu quando, sed etiam quando vincit icibus injuriantium se offerendo. *Ibid.*

12. Totius philosophia colitur patientia est. *Part. 4, tit. 44, cap. 4, § 2.*

S. AUGUST.

13. Patientia pluris est habenda, quam omne quod potest etiam invito inimico auferre. *Epist. 5, ad Marcellin.*

14. Paratus itaque debet esse homo justus et pius, patienter eorum malitiam sustinere, quos fieri bonos querit, ut numerus potius crescat bonorum, non ut pari malitia se quoque addat numero malorum. *Ibid.*

15. Majus patientie certamen est, quando non visibilis inimicus persequendo atque saviendo urget in nos, qui palam et aperte a non consentiente vincatur. *De Patientia, cap. 16.*

16. Inde est patientia vera iustorum, inde est in eis charitas Dei; et inde est patientia falsa iniquorum, unde est in eis cupiditas mundi. *Ibid., cap. 17.*

17. Impatientes dum mala pati nolunt, non efficiunt ut a malis eruantur, sed ut mala graviora patientur. *De Patientia, cap. 2.*

18. Patientes bonis aeterna et magna non perducunt, dum malis temporalibus brevibusque non cedunt. *Ibid.*

19. Miranda est potius quam laudanda patientia mundanorum; imo nec miranda, nec laudanda quae nulla est: sed miranda duritia, neganda patientia. *Ibid., cap. 5.*

20. Patientia comes est sapientia, non famula concupiscentia. *Ibid.*

21. Patientia amica est bonae conscientiae, non inimica innocentiae. *Ibid.*

22. Non dabit finem sempiternae felicitati, qui donat temporalem patientiam voluntati. *Ibid., cap. 20.*

23. Tolera, quia toleratus es. Si semper bonus fuisti, habeto misericordiam: Si aliquando malus fuisti, non perdere memoriam: et quis est semper articulo? *De Oculis, cap. 5.*

24. Non invenit locum sapientia, ubi non est patientia. *De verbis Apostoli, serm. 4.*

25. Patientia fecerit totius voluptatis abstergit, inopias animas Deo reddit, et ad portum suos amatores perducit. *Serm. 32, ad Fratres in eremo.*

26. Nunquam concepti esse patientia, quam iustior. *Lib. 4, de Lib. arb., cap. 4.*

27. Cum caro in dolibus est, anima tunc habet magnam agonem patientis. *Epist. 420, cap. 13.*

28. Mala hujus mundi exercent patientiam. *Epist. 169.*

29. Ergo inimicos patientia, erga amicos affabilitas esse debet. *Epist. 260.*

30. Non omnis qui aliquid patitur, habet eam virtutem, quae patientia nuncupatur. *De Continent., cap. 12.*

31. In malis que quisque patitur, non in bonis quibus fruatur, opus est patientia. *Tract. 124, super Iob.*

32. Patientia exerceat desiderium. *Tract. 4, super Epist. Iob.*

33. Sunt homines qui cum patientia moriuntur, sunt autem quidam perfecti, qui cum patientia vivunt. *Ibid., tract. 9.*

34. Amove a me furorem irae, et indulge mihi scutum patientiam. *Lib. Metit., cap. 1.*

35. Da mihi in adversis patientiam, et in prosperis continentiam. *Ibid.*

36. Tu homine qui exteras flagella irrogas, da semper interius indeficientem patientiam. *Ibid., cap. 38.*

37. Non esset patientia tua, si non haberes et voluntas tua. *Romul. 14, ex Quinquag. homin., cap. 1.*

38. Patientia mea a Deo est. *Ibid.*

39. Quod omni modo necesse est pati, patienter sustine. *In suis Proverb., verbo Quid.*

V. HEDA.

40. Triplex velut arbor patientia nostra patitur, verborum injuria, damnis rerum, corporis lesione; in his tribus omnis exhibitio patientiae consistit. *Serm. 2, De Converter. S. Pauli.*

S. HERNAND.

41. Quisquis patientior, eo probatur esse sapientior. *Serm. de Davis spirit. sancti, cap. 7.*

42. Tres sunt quae patientiam subvertunt. Anxietas nimia doloris, causa iusta innocentis, indignitas inferentis. *In suis Sent., num. 73.*

43. Vera patientia est, pati vel agere contra quod libeat, sed non praeter quod licet. *Epist. 7, ad Adam monach.*

44. Tanto quisque convincitur minus sapiens, quanto minus est patiens. *Serm. 35, ad Sacerd.*

S. HONAV.

45. Patientia facit reportare praemium; dum conservat et multiplicat merita passionum. *Super Luc., cap. xxx, in illud: In patientia vestra, etc.*

46. Patientia est prudentissima, strenuissima, nobilissima. Prudentissima ad regendum, strenuissima ad bellandum, nobilissima ad regnandum. *Tit. 7 Dicit., cap. 7.*

47. Patientia est, quae gloriosos martyres facit, quae fidei nostrae bona custodit, quae omnia vincit adversa; non colluctando, sed sufficienter; non murmurando, sed gratias agendo. *Super Psalm. xxxii, vers. xx.*

CASSIODOR.

48. Nullum erimen est, quod non impatientia matre nascatur. *Super Psalm. cv, vers. 24.*

49. Patientia ire imperat, linguam frenat, mentem gubernat, pacem custodit, disciplinam regit, humilis impetum frangit, tumoris violentiam contempnit, incendium saninitatis extinguit, coereat potentiam divinum, annuit pauperum relevet, laetum in virginibus integritatem; in vi-

S. CYRIAN.

hujus laboriosam castitatem, in maritatis individuum charitatem, facit humiles in prosperis, in adversis fortes, contra injurias miles, tentationes expugnat, persecutiones tolerat, passiones et martyria consummat. De *Bono patientie*, cap. 8.

QUONTIUS
CARTIUS.

50. Hæc virtus præcipue necessaria christiano volenti pacem cordis habere, et Deo tranquilla mente servire. Super *Ep. ad Hebr.*, cap. X, art. 10.

S. EPHREM.

51. Miser et infelix, qui patientie expertus est: est enim in adversis pusillanimitis, in bello facile capitur, præcipitibus resistit, in orationibus piger, in vigiliis dissolutus, in jejuniis tristis, in servanda continentia negligens, in responsis cunctabundus, in actionibus improbus, in malitia invictus, in mandatis imperiosus, in altercationibus vehementis, in quiete ac silentio impotens. De *Impatientia*.

52. Permissus æquo animo quodcumque nobis humanitas Dei voluntate accidit: nam moleste ferendo malum non corrigimus, et nosmetipsos passum damus. De *Morte*.

S. FREDERICUS
CERARIENSIS.

53. Patientia est velum, quo in hujus mundi procellis, navis nostra quocumque flante vento navigat secure, nullum timentis periculum. Epist. ad *Domas, Pap. de Morte D. Hieron.*

S. EUSEBIUS
HIERUSOL.

54. Magna est virtus patientia, sine qua perditur, et per quam anima possidetur. Hom. de *Plurib. Mart.*

GLOSS. ORD.

55. Primus character Apostoli est patientia, omnia dextre ac strenue ferre. Super *II ad Cor.*, cap. xii, in illud: *Signa apostolatus mei*.

GLOSS. INT.

56. Patientia adversis pulsata mollescit. Super *Psal. lxx.*

S. GREGOR.
MAGNUS.

57. Sæpe aliquis hostis, cum preparatam mentem ad tolerantiam videt, quid ab ea maxime diligatur, exquiri, et ibi scandalum laqueos inserit, ut quo magis res queque diligatur, eo per eam facilius patientia turbetur. Lib. 2 *Moral.*, cap. 26, num. 34.

58. Qui patientiam tenet, animam possidet: quia inde contra adversa omnia fortis efficitur: unde sibi et seipsum vincendo dominatur. *Ibid.*, lib. 13.

59. Nunquam est patientia virtus in prosperis, ille autem est paterius, qui adversis alteritur, et tamen a spei suæ rectitudine non curvatur. *Ibid.*, lib. 14, cap. 17.

60. Nullus perfectus est, qui inter proximorum mala patientis non est. *Ibid.*, lib. 20, cap. 29, num. 29.

61. Cum patientiam virtutem apprehendere quisque conatur, præcedendum est exempla conspiciat: quid Isaac patientius, qui ligna portat, et non loquitur; aræ superponitur, et non reluctatur? *Ibid.*, lib. 27, cap. 6, num. 7.

62. Patientia vera est, quæ ipsum amat, quem portat: nam tolerare, sed odisse, non est virtus mansuetudinis, sed velamentum furoris. Hom. 7, super *Ezech.*

63. Radix omnium custosque virtutum, patientia est. Hom. 35, super *Evang.*

64. Patientia est aliena mala æquanimiter perpeti, et contra eum qui mala irrogat, nullo dolore moveri. *Ibid.*

65. Tribus modis patientie virtus exerceri solet. Alia sunt, quæ a Deo, alia, quæ a diabolo, alia, quæ a proximo suscipiuntur. A proximo persecutiones, damna et contumelie, a diabolo tentamenta, a Deo flagella tolerantur. *Ibid.*, hom. 35.

66. Novit patientia levigare quod grave est, et constantia superare quod sævit. Lib. 7 in *Registro*, indict. 4, cap. 12, epist. 12, ad *Sabinianum episc. Interimium*.

67. Ego virtutem patientie majorem signis et miraculis esse credo. Lib. 1, *Dialogi*, cap. 2, verbo *Eti*.

68. Effectus vera patientie prominet et egreditur, dum prospera et adversa toleras cum hilaritate. Lib. 3 de *Claustro anime*, cap. 23.

69. Patientia est virtus que proprie facit hominem sui dominum, et possidere seipsum. Super *Matth.*, cap. 5.

70. Patientia recte facit beatum, quia vero beatus est qui ab omni malo liber est. *Ibid.*

71. Patientia aliquanta est, quando quis patientis est in lingua, et murmurat in corde. Magna est, quando nec loquitur, nec habet illum odio, qui ei dicit contumeliam, vel facit injuriam, sed tamen dolet. Maxima est, quando non dolet, immo gaudet de injuria, vel contumelia sibi facta. Super *II ad Cor.* 6.

72. Patientia placat severitatem, servat mentis tranquillitatem, sedat iræ ferocitatem, retinet cordis humilitatem, habet lucri utilitatem, ardet carnis agilitatem, implet divinam voluntatem. Lib. 2, *contemplat. de Vera patientia*, cap. 8.

73. Ipsam umbram patientiam, quam possidere imaginariæ videbantur, desideria securitatis amittimus. Lib. 8 *Comob. Inst.*, cap. 17.

74. Non esset laudabilis nec admiranda patientia, si nullis inimicorum jaculis impetita, tranquillitas propositum retineret: sed in eo est præcæra atque gloriosa, quod irruentibus in se tentationum procellis immobilis perseverat: nam in quo vexari frangique adversitatibus creditur, in eo potius roboratur, in eo magis acuitur, in quo putatur obtundi. Collat. 48, cap. 13.

75. Magna est patientia animæ Christianæ, omnia diaboli tela tolerat, sed non superatur,

HEGO A S.
VICTORE.

HEGO CABD.

THEOTA.

S. JOAN. CL.

JOAN. CASP.

JOAN.
FRITH.

S. LAURENT.
JUSCIN.

S. JOANNES
CHARTREVS.

vincit non tamen suis viribus, adjuvatur ut vincat, accipit ut perveniat, donatur ut coronetur. Hom. super illud *Psalm. ix: Patientia pauperum non peribit*.

76. Novem sunt gradus patientie. Primus, ne prior injuriam ordinaré; secundus, ubi est injuria coepit, ne par pari referas; tertius, non retaliare acceptam injuriam, sed quietum esse; quartus, ut teipsum præbeas ad injuriam sustinendam; quintus, ut etiam ad majora se præbeat, quam vult ille qui fecit; sextus, non odisse a quo ista perpetitur; septimus, etiam diligere ledentem; octavus, beneficiis quoque eum afficere; nonus, Deum pro adversario deprecari. Homil. 18, super *Matth. Oper. perf.*, in illud: *Diligite inimicos*.

77. Patientia irrationalis vitia seminat, negligentiam nutrit; et non solum malos, sed etiam bonos invitat ad malum. Hom. 11, super *Matth. Oper. imperf.*

78. Mirabilis res est patientia, que in tranquillo portu animam constituit, et ab adversis ventis et fluctibus tempestatum liberum reddit. Hom. 83, super *Joan.*

79. Patientia omnium bonorum est causa, universæ Philosophiæ radix, sentium inextinguibile, turrisque firma. Hom. 33, super *I Cor.*

80. Rebus omnibus solidior est patientia, exercitatus, thesaurus, equus, muros, arma, et quod cunque memores licet, æque firmum patientia nihil adduces. *Ibid.*

81. Patientia fundamentum bonorum est. Homil. 12, super *II Cor.*

82. Nihil ita ad confusionem facit gerentis mala, sicut fortis tolerantia patientis. Hom. 30, super *Ep. ad Hebr.*

83. In quibus mala pateris, fortiter tolera: fortis quippe armaturus est in tentationibus patientia. *Ibid.*

84. Si patientiam quesieris baculum, cito desistent canes impudice agere. Grad. 27.

85. Non ita suo alimento, ut patientia, operarius indiget: si enim illud desit, coronam non accipiet, sed pernicium deserit. *Ibid.*

86. Maxima victoria est patientia victissæ hostium. In cap. 4 *Regum S. Benedict.*, verbo *Hinc*.

87. Neque via sanctis ad celum fuit alia, quam patientia: neque sanctificari unquam poterit, qui patientiam abiicit. Lib. 1, hom. 18, ad *Monachos*.

88. Magna et præcipua virtus est patientia, quam pariter, et vulgi publicæ voces, et Philosophi, et Oratores summis laudibus celebrant. Lib. 5, de *Divin. Inst.*, cap. 23.

89. Patienter unusquisque adversa portat, cum te meminit, quod in se habet fortasse in quo

ipse debeat tolerari. De *ligno vite*, tract. 5, de *Patientia*, cap. 5.

90. Patientiam virtus deficit, nisi tentatione erudiat. *Ibid.*, cap. 4.

91. Tunc est quisque vere patientis, quando ipsum amat, quem persecutorem patitur: nam tollerare ut odisse non est virtus patientie, sed velamen furoris. *Ibid.*, cap. 2.

92. Patientiam, etiam antequam necesse est, exerce: ut ipsius armaturam paratam juvenias, etiam in necessitate. *Parænes.* 113.

93. Patientiam stude, per quam Martyres exercitatos esse compertum habemus. Et hab. apud *D. Joannem Damascenum*, lib. 3 *Parall.*, cap. 97.

94. Quod impatientia supplicium repulat, humiliter patienti ad solatium cedit. Epist. 31, ad *Abbat. de Fontanis*.

95. Quisquis desiderat terram viventium per presentis vite labores ingredi, necesse est eum ad toleranda mundi pericula per patientiam confirmari. *Opusc.* 32, cap. 6.

96. Beata est ea natura, que omnibus de causis gaudet, atque ita affecta est, ut nihil omnino in mundo æque ferat, verum his que sunt, acquiescat, tanquam que recte atque utiliter flant. Et hab. apud *D. Joan. Damasc.*, lib. 1 *Parall.*, cap. 31.

97. Patientia fidem muniat, pacem gubernat, dilectionem adjuvat, humilitatem instruit, penitentiam expectat, carnem regit, spiritum servat, linguam frenat, manum continet, tentationes conculcat, scandala pellit, martyria consummat, pauperem consolatur, divitem temperat, infirmum non extendit, valentem non consumit, fidelem delectat, gentilem invitat, feminam exornat, virum approbat, amatorem in puerum, laudatorem in juvenem, suscipitur in senem. De *Patientia*, cap. 15.

98. Primus character Apostoli est patientia. Super *II ad Cor.*, cap. 12, in illud: *In patientia*, etc.

99. Sine certamine non potes venire ad patientiam coronam: si pasci non vis, recusas coronari. Lib. 3 de *Imit. Chr.*, cap. 49, sect. 4.

100. Quanto quis patientior fuerit, tanto majori pace profuerit. De *tribus Tubenacal.*, cap. 3, sect. 13.

101. Infinitum est quantum uni patientia sua præstat, si alter solus insinuat. Hom. 13.

102. Patientiam omnes aut devitat, aut portat injurias: incertum est utrum impassibilis judicetur, cum aliquid passa, quasi nihil passa sit, invenitur. *Proæ.*

103. Impossibile est ejus estimare virtutem, cujus vincit, victoria est: non illum loco vis nulla detorqueat, non labor, non fames, non nuditas, non

S. MILITUS
ASH. MART.

FRTR. BLES.

S. PETR.
DAM.

PHOTO JUB.

TESTULLIA.

THEOPHILACTUS.

THOMAS
A KEMP.

S. VALEN.
EPISC.

S. ZENO
EPISCOPVS
ET MART.

persecutio, non metus, non periculum, non mors, non tormenta morte ipsa graviora, non potestas, non ambitio, non felicitas: semper inmutabilia manet, alta quam ad divina temperantia robuste librata, universas promotiones animorum placida moderatone competens; et ut omnia magno prece deynat, se primo vincit.

104. Non virtutes peccant esse virtutes, non penes elementorum status, non tempora cogitatio emutatione in solamine reditus commear, nisi rarum disciplinam conversionemque, quasi quendam sollicita mater patientia custodiat. *Serm. de Patientia.*

105. Impatientia quid est, nisi mens turbata, permotibus crebris et rapidis se semper expugnans, animus infidelis etiam sibi factus improvidus, instabilis, cæcus, incautus, inconstans, totos concitans in ruinam? *Prosec.*

106. Res sine substantia, negotium sine persona, omnia cito letitia, omnia momento disturbat.

107. Mater circumlitum, curiositatis magistra, acumen temeritatis, auctor detestabilium malorum: hominis paucique salutem ab incunabulis mundi mors, ut iugularet ac iugulet, ab ipsa prarupit. *Ibid.*

108. Felix eternumque felix est, qui semper se habuerit in se. Tu virginitati preestas, ne flos ejus ullo morbo, ullo tempore deflorescat. Tu varietatem semper in tempestatum crebris turbulibus constituta, dulcissimum miseranda victimaria es portus. Tu sanctissimo conjugali jugo radi corvæ suberunt in nisum laboris, vel amoris equaleni, refinenculis blandis, quasi quidam peritis auriga componis. Tu amicitiam idem velle, atque idem velle docuisti. Tu servituli unice ac fortunatissima consolatitio, expe libertatem parit. Tu pauperum prestas, ut habeat totum, sui contenta, cum sustinet letum. Tu Prophetas proverbis, Christo in apostolos ginituisti. Tu quotidianam martyrum et mater es, et corona. Tu muras fidei, fructus spei, amica charitatis. Tu specialiter omnem populum, divinasque virtutes, quasi erinas effusus in unius vericis nodum, honorem, decoremque condecis. *Ibid.*

SENTENTIA PAGANORUM.

ARISTOTEL.

109. Nemo tolerantior est malorum homine forti. *Lib. 3 Ethic., cap. 6.*

CATO POET.

110. Maxima morum semper patientia virtus. *Lib. 1 Dittich., metr. 74.*

KLAVIS IUR.

111. Cuius dolori remedium est patientia. *Lib. in suis Sent., sent. 80.*

112. Furor fit, lesa sanquis patientia. *Ibid., sent. 134.*

113. Feras quod loqui, ut quod prodest perfors. *Ibid., sent. 145.*

114. Libenter feras quod necesse est, dolor patientia vincitur. *De Moribus.*

115. Capi virtus nascit, patientia dedecus ignorat. *Lib. 3 Dittich., metr., cap. 2.*

Vide etiam tit. *Martyrium*, sent. 51; *Manichæus*, sent. 22; *Notumention*, sent. 30; *Passio*, sent. 57; *Perfectio*, sent. 69, 51, 62; *Victoria*, sent. 59.

PATIENTIA DEL.

Definitio. Patientia Dei est expectatio, qua Deus longanimitate expectat hominis conversionem. *Lib. 2 Maccedan., codicis 2, lit. 135.*

Patientia Dei nihil aliud est quam longanimitas expectantis Dei ad penitentiam. *Lib. 2 contemplat. de Vera patientia, cap. 12.*

Differetia. Patientia Dei et longanimitas in eo differunt, quod patientia Dei est, qua superbia et procedente peccante non statim puniunt. *Prosec.*

Longanimitas vero Dei est, qua per infirmitatem et fragilitatem, et non deliberato animo peccantes diu portat Deus, expectans illos ad penitentiam. *Super Epistol. ad Rom., cap. 2, can. 4.*

SENTENTIA PATRUM.

1. Magna Domini patientia est, ut non statim peccatorem puniat, sed diu differat, expectans correctionem nec commoveat ad licitudinem, nisi peccator mensuram excedat. *Lib. 1 de Abraham, cap. 6.*

2. Necesse est severiori poena ut peccator, imo flammis perennis torquatur, qui longa Dei patientia non solum se emendare noluist, sed adhuc ad contemptum exaggeravit peccata. *Super Epistol. ad Rom., cap. 2 in illud: Secundum meritum tuum.*

3. Patientia Dei sicut malos preparat ad interitum, ita et bonos preparat ad coronam. *Ibid., cap. 9, in illud: Qui preparavit ad gloriam.*

4. Quanto peccator magis expectat ad penitentiam, et non revertitur, tanto diutius punitur. *Part. 1, lib. 9, cap. 8, § 4.*

5. Benignitas et patientia Dei, super his, qui geruntur malis, longanimitate differt, et necesse manulciscitur. *De Vanitate mundi.*

6. Quæ incuncta sanari potest, si patientia Filii Dei non sanatur? *De Agone christiano, cap. 11.*

7. Virtus animi, quam patientia dicitur, tam magnum Dei donum est, ut etiam ipsas qui nobis eam largitur, qui malos, ut corrigantur, expectat, patientia prodicatur. *De Patientia, cap. 1.*

8. Expectat semper Deus, donec respiciat, et in tardas? *Super Psalm. cxiv, vers. 8.*

9. Mansuetus Dominus, longanimitis Dominus, misericors Dominus, sed et justus Dominus, et verax Dominus, largitur tibi spatium correctionis,

SETECA.

VALERUS MAXIMUS.

IRGO A S. VICTORIS.

IOIOTA.

S. BEMIGIUS.

S. AMBROS.

S. BERNARD.

S. ANTONIUS.

S. ANTONIUS AB.

S. AUGUST.

sed tu plus amas dilationem quam emendationem. *Prosec.*

16. Semper expectas, et de misericordia Dei tibi plurimum polliceris, quasi ille qui tibi per patientiam permisit indulgentiam, propisierit tibi etiam profisuram vitam. *Tract. 33 super Ezech. Joan., cap. 8.*

17. Quod Deus non statim in peccatores vindicet, patientia est, non negligentia. *Prosec.*

18. Valde timendum est, ne quanto diutius expectat Deus, ut corrigamur, tanto gravius vindicet, si emendari noluimus. *de Verbis Apostoli, serm. 35.*

19. Dum mali in sua nequitia perseverant, Deus in sua patientia perseverat. *Epistol. 54.*

20. Multos Dei patientia perducit ad mirerrimum penitentiam dolorem. *De Catech. rud., cap. 25.*

21. Patientia Dei ad penitentiam invitat malos, sicut flagellum Dei ad penitentiam erudit bonos. *Lib. 1 de Civit. Dei, cap. 8.*

22. De conversione nullus desperandum est, quando patientia Dei ad penitentiam eum adducit. *Lib. 4 de Baptismo, contra Donatistas, cap. 54.*

23. Christus probavit exemplum patientiam nobis de nobis, id est, homini de homine. *Lib. 2 de Actis qua Felice, cap. 9.*

24. Crux non ad patientiam documentum, sed ad exemplum patientie suscepta est. *Tract. 5 super Joan.*

25. Quod tam longo tempore peccamus, et parit Deus, non est negligentia, sed patientia. *Homil. 36 ex IIII Thom.*

26. Bonus est Deus, temporale beneficium largier impendendo: patient est, ultionem peccatorum misericorditer differendo. In suis Sententiis, verbo Bonus.

27. Quomodo poterit explicari sermone, quam benigna, quam liberalis, quamque gratulata fuerit Domine, patientia, et misertio tua super me? ego peccabam, et tu dissimulabas. *Prosec.*

28. Non me continebam a sceleribus, et tu a verbis abstinebam: prolongam ego quillo tempore iniquitatem meam, et tu, Domine, patientiam tuam.

29. Sed quid prodesset expectatio, nisi sequeretur plenitudo? cumulus esset damnationis. *Serm. de Septem misericord.*

30. Duo in Deo sunt ingenite mansuetudinis argumenta, quod patienter expectat delinquentem, et elementer recipit penitentem. *Serm. 9 super Cant.*

31. Ad hoc Deus diu suspendit sententiam ultionis a contentamento, ut quandoque exhibeat gratiam remissionis in penitente. *Ibid.*

32. Quanto diutius nos Deus expectat, ut emendemur: tanto districtius iudicabit, si negligoremus. *Lib. Medit., cap. 2.*

33. Etsi Deus dissimulat patienter, tamen non minus severe puniat, si nulla sui satisfactio et emendatio. *De Instit. novit., part. 2, cap. 6.*

51. Quidquid fit pauperi, sive homini, sive ma- lum, fit ipsi Christo, qui est factor et pater pau- perum. Super *Prose., cap. xvii.*

52. Deus non tam fecit divites propter paupe- res, quam pauperes propter divites: quia plus proficit divitiis quod distribuunt, quam pauperibus quod accipiunt. *Serm. 1, de S. Laurent.*

53. Est terribilior pauperes igne, et gravius urere consuevit: sed si paupertatem cum gradi- um actione sustineris, ignis extinguitur. *Homil. 4, super Math. Oper. perf.*

54. Solemnis dies et festus prudenti, pauperes est. *Ibid., homil. 81.*

55. Non potest dives esse, qui animo pauper est: sicut nec pauper esse potest, qui animo di- ves est. *Ibid.*

56. Cogita nullam utilitatem esse pecuniae, si animus paupertate deprimatur: nec paupertatis ullum visus, si animus dives existit. *Ibid.*

57. Pauper magnus paupertatis propugnaculum defenditur, quem nullus rex, nullus imperator vincere possit. *Ibid., homil. 84.*

S. GREGOR. NAX.

S. MIERON.

HUGO A S. VICTORE.

HUGO CARD.

S. INNOC. III.

S. JOHANNES CRYSOST.

58. Paupertas semper secunda est. Homil. 30, super *Math. Oper. imperf.*
 59. Gloriosior est paupertas fidelium, quam divitiarum peccatorum. *Ibid.*, homil. 45.
 60. Non propter utilitatem pauperum Deus divitem fecit, quos sine divitiis poterat sustentare, sed propter utilitatem divitum pauperes fecit. *Ibid.*, homil. 46.
 61. Non is pauper est, qui nihil possidet, sed qui multa concupiscit. Conc. 2, de *Lasaro*.
 62. Quemadmodum scoteres in scena, regum ac duorum personas, et aliorum assumptas ingrediuntur, cum ipsi nihil horum sint: sic in presenti vita paupertas ac divitiarum nihil aliud sunt quam personae. *Ibid.*
 63. Paupertas, continentiae et fortitudinis, et omnis sapientiae magistra est. Homil. 75, super *Joan.*
 64. Justus nullum ex paupertate damnatum accipit. Homil. 29, super *I. Cor.*
 65. Constat sine pauperibus civitas non potest, quia pauperes civitatis, velut tutelaria quaedam munia sunt. *Ibid.*, homil. 34.
 66. Christianus in pauperie constitutus, magis quam in divitiis irradiat. Homil. 3, super *Epist. ad Hebr.*
 67. Maximum bonum est paupertas vigilantioribus. *Ibid.*, homil. 18.
 68. Magna possessio est paupertas sapienter ipsam ferentibus; thesaurus, qui nequeat auferri, baculus firmissimus, inculpabilis possessio, diversorium ab insidiis tutum. Homil. 2, ad *Populum Antioch.*
 69. Magnanimo pauperes nunquam nocet. *Ibid.*, homil. 15.
 70. Pauper est avarus dives; et quanto ditior est, tanto pauperior existit, paupertate quae revera paupertas est. Homil. 25, super *I. Cor.*
 71. Hic est dives, qui dives esse non vult: qui pauper esse ronuit, hic est qui pauper est. *Prose.*
 72. Pauper est, qui paupertatem ferre non potest: sed in divitiis se pauperibus pauperiorum esse putat, non ille qui pauperem, quam divites opulentiam fert letius; hic enim est ditior. Hom. 65, ad *Populum Antioch.*
 73. Honesti paupertas opibus inique partis antecellit: grave est paupertate laborare, at gravior est inique comparatis opibus affluere. Lib. 4, *Parall.*, cap. 26.
 74. Inopes nascitur in hac vita, inopes recessuri sumus de hac vita. Lib. 2, de *Sum. bono*, cap. 41, sent. 8.
 75. Nihil paupertate tutius, nihilque tranquillius esse testantur philosophi. Lib. 6, de *Divin. inst.*, cap. 12.

S. JOHANNES DAMASC.

S. ISID. HISP.

LACT. FIRM.

76. Paupertas sollicitudinum portus est. *Ibid.*
 77. Qui apud Deum dives est, pauper esse nunquam poterit. *Ibid.*
 78. Qui pauperes videntur, eo tamen divites sunt, quia et egent, et concupiscunt. *Ibid.*, lib. 5, cap. 16.
 79. Multa divitiarum virtutum materia, sunt pauperes. Serm. 4, de *Sejun. septimus mensis*.
 80. Quis potest pauper esse? qui non eget, quis non inhiat alieno? qui Deo dives est. *Prose.*
 81. Magis pauper ille est, qui cum multa habeat, plura desiderat. In suo *Octavio*.
 82. Apud homines quidem vilis, sed apud Deum et angelos ejus gloriosus est titulus paupertatis. Epist. 14, ad *Sacellanos reg. Angelorum*.
 83. Sit tibi paupertas ipsa solatio, quae et viventem liberrimum facit, et securissimum morientem. *Ibid.*, epist. 60, ad *Quendam magistr.*
 84. Nihil liberius, nihil tutius paupertate. *Ibid.*, serm. 9, de *Publ. ric.*
 85. Caris non est ignobilis apud Deum titulus paupertatis: sola illa paupertas Deo displicet, quae cum rancore et murmure sustinetur. *Ibid.*, tract. de *Hierosolym. peregrinat.*
 86. Pauperi, cui Christus sufficit, nihil deficit. *Ibid.*, de *Charit.*, cap. 5.
 87. Quam fructuosus est homini, et quam gloriosus apud Deum titulus paupertatis! nescithomo proclivum ejus: paupertas sola est via secunda et expedita ad vitam, caetera viae malignis latronibus plena sunt. *Ibid.*, epist. 162, ad *Badingens. abbat.*
 88. Paupertas gravis quidem est, praesertim oblata ab inimico: levior tamen, quam corporis lesio vel minima. Lib. in *Flaccum*.
 89. Unum est paupertatis vocabulum, sed non una mens pauperum. Epist. ad *Demetriad.*
 90. Inopia rerum paupertatem docet amare. De *Discipl. claustral.*, cap. 12.
 91. Felix pauper rebus, sed virtutibus dives. In *Hospit. pauper.*, cap. 1.
 SENTENTIA PAGANORUM.
 92. Paupertatem metere non oportet. Lib. 3, *Ethic. ad Nicomach.*, cap. 6.
 93. Infantem nudum cum te natura creavit, Paupertatis onus patienter ferre memento. Lib. 4, *Distich.*, metr. 40.
 94. Hominem experiri multa paupertas jubet. In suis *Sent.*, sent. 163.
 95. Nemo tam pauper vivit, quam natus est. De *Divina providentia*, cap. 6.
 96. Paupertas tolerabilis est, si ignominia absit, quae sola opprimere animos solet. *Ibid.*, cap. 13.
 97. Non qui perum habet, sed qui plus cupit, pauper est. Epist. 2.

S. LEO I.

MINUTUS FELIX.

PETR. BLES.

PHILO JUD.

S. PROPER.

THOMAS A KEMP.

ARISTOTEL.

CATO POST.

MINUS JUD.

SENECA.

98. Paupertas est, non quae paucis possidet, sed quae multa non possidet; itaque non ab eo dicitur quod habet, sed ab eo quod ei deest. Epist. 87.
 99. Succurre paupertati amicum, immo occurre. De *Mortuis*.
 100. Quis est pauper? qui sibi videtur. *Ibid.*
 101. Qui paupertatem timet, timendus est. *Ibid.*
 102. Scire uti paupertate, maxima felicitas. *Ibid.*
 103. Non in paupertate vitium est, sed in paupere: illa expedita est, et hilaris, et tuta. De *Remediis fortidor.*
 104. Paupertas etiam horridior sit aspectus, solida tamen et certis bonis abundat. Lib. 4, *Dictor memorabil.*, cap. 4.
 Vide etiam tit. *Bonum*, sent. 45; *Differentia*, sent. 24; *Donus*, sent. 45, 46, 49; *Donum*, sent. 43; *Eccl. 10*, sent. 101; *Eleemyna*, sent. 230, 231, 232, 233, 234, 254; *Lazarus*, sent. 11; *Nativitas humana*, sent. 4; *Necessitas*, sent. 17, 41; *Onus*, sent. 8, 9, 10, 14, 12, 13.
 PAUPERTAS CHRISTI.
 SENTENTIA PATRUM.
 S. AUGUST. 1. Quae avaritia sanari potest, si paupertate Filii Dei non sanatur? De *Agnos Christi*, cap. 11.
 2. Pauper factus est Christus, cuius sunt omnia, et per quem creata sunt omnia; ne quisquam eum in eum crederet, de terrenis divitiis auferret extolli. De *Catech. rudib.*, cap. 22.
 3. Christus dives est apud Patrem, et pauper apud nos: dives in celo, pauper in terra: dives Deus, pauper homo; sed tamen paupertas ipsius, divitiae nostrae sunt. *Prose.*
 4. Implere venit pauperes, qui pauper effectus est: propterea aperti sinum fidei, suscipio pauperem, ne pauper remaneat. Super *Psalm. xi*.
 5. O paupertas! in angusto diversorio nascitur, involutus infantilibus tegumentis, in praesepio ponitur. Serm. 110, de *Tempore*.
 6. Christus dives, pauper esse voluit, ut haberet pauperes, quibus daret. De *Discipl. christ.*, cap. 7.
 7. Ditior est Christi paupertas cunctis opibus, cunctisque thesauris saeculi. Serm. 4, *Vigil. Nativ.*
 8. Vere magna abusus est, et magna nimis, ut dives esse velit vermiculus vilis, propter quem Deus majestatis voluit pauper fieri. Serm. 3, *Paroch.*
 9. Dei Filium cum dives esset, propter nos pauper factus est, ut nos ejus inopia ditaremur. Serm. 4, *Assumpt. B. M. V.*

S. AUGUST.

S. BERNARD.

10. Esto studiosus paupertatis Christi, ut in caelesti patria ejus divinitate diteris. De *Jaynia*.
 11. Christus pauper natus est, pauper vivit, paupertatem docuit, et cum paupertate decessit. In suis *Opusculis*, collat. 23.
 12. Haec est paupertas, quae Christum in cruce sociat, cum Christo tumulo absconditur, cum Christo de sepulcro resurgit, et Christum comitatur in caelum. *Ibid.*, oraculo h.
 13. Paupertatem Christus assumpsit, et divitiarum non amittit: intus dives, foris pauper: latens Deus in divitiis, apparens homo in paupertate. Super *II. Cor. vii* in illud: *Egenus factus est*.
 14. Christus pauper factus est, ut nos per ipsius paupertatem divites reddamur. Serm. de *Paroch.*
 15. Egenus et pauper factus est: quia cum dives esset, egenus factus est. *Psalm. xxxii*, vers. penult.
 16. Christus egenus et pauper factus est pro nobis, ut illius inopia nos divites faceret. Super *Psalm. xi*, vers. 4.
 17. Tante Bonimus fuit paupertatis, ut unde tributa pro se, et apostolis redderet, non haberet. Lib. 3 super *Mattheum*, cap. xvii.
 18. Christus pauper fuit in ingressu, pauperior in progressu, pauperrimus in egressu. Super *Gen.*, cap. iv.
 19. Paupertas Christum vilibus panis involvit, paupertas eum vili mercede redemit: pauper effectus est, cuius est terra, et plenitudo orbis terrarum. Serm. de *Purificatione B. Mariae*.
 20. Ipse Dominus ita pauper fuit, veniens in mundum, non in sua, sed aliena domo nascetur; vivens non haberet ubi habitaret; nec moriens, unde nuditatem suam tegeret, nec mortuus, unde intolveretur; nec sepulchrum ubi mortuum corpus locaretur. De *Ligno vitae*, tract. 10; de *Paupert.*, cap. 2.
 21. Apud pauperem Christum, pretiosus est titulus paupertatis: Christus pauper et pauperis Virginis Filius, pauperes eligit in apostolos. Epist. 3 ad *Quendam matrem*.
 22. Omnem revolvit vitam Salvatoris, ab utero Virginis usque ad patibulum crucis, non inveniens in eo, nisi stigmata paupertatis. *Ibid.*, serm. 9, de *Purific.*
 23. Parvus fuisset amor pauperis Christi, quod pauperem suscepisset, nisi, et passiones pauperis suscepisset. Serm. 14.
 24. His qui Christi paupertatem sequuntur, magna dignitas accrescit. *Contra retrahentes ab ingressu relig.*, cap. 15.
 Vide etiam tit. *Egenus*, sent. 46, 47; *Eleemyna*, sent. 144; *Paupertas volunt.*, sent. 94.

S. EPHREM.

S. FRANCIS ASSISIENS.

GLOSS. ORD.

S. GREGOR. NAZ.

S. HIERON.

HUGO CARD.

S. INNOC. III.

L. LAURENT. JUSTIN.

PETR. BLES.

S. PETRUS CHRYSOL.

S. THOMAS AQUINAS.

PAUPERIAS VOLUNTARIA.

CASSIODOR. *Definitio.* Pauper Dei est, qui terrena cupiditate vacuatus, celestis desiderat largitate ditescere. Super *Psalm.* ix, vers. 9.

DIONYSIUS CARTHUSI. Pauperias voluntaria est virtus, per quam temporalem contemplantur amore spoual collescit. De *Profess. conuict.*, art. 11.

S. AUGUSTINUS. Pauper spiritus est, qui corporalem opulentiam animae diuinitas peccuniat: qui propter spiritum egenus est, qui terrenas diuitias veluti quoddam onus excussit et abiect, ut sublimis per seram sursum rapiatur. *Orat. 4 de beatitud.*

HUGO CARD. Pauperes animo sunt, qui omnino nihil habere se reputant, nec seipsos, siue corpus, siue animam, siue membra: sed omnia habent commodata, et quasi alienis utuntur. Super *Math.*, cap. 5.

Pauperias spiritus dicitur, ipsa temporalis, voluntaria, et amata, et electa pauperias. *Ibid.*

IOAN. GERS. Pauperias voluntaria est modicitas, vel abdicatio dominii in proprio, aut in communi modo altiori, ex intentione suae supremi. Part. 6, in *Descript. terrarior.*, cap. *Temperantia.*

S. THOMAS AQUINAS. Pauperiam spiritus ad eos pertinere certum est, qui filiali timore Deo se voluntaria subiiciunt. 2, 2, quæst. 19, art. 12.

Pauperias voluntaria est abieccio temporalium rerum, que fit spiritu, id est, propria voluntate per iustinctum Spiritus sancti. *Ibid.*

KIRICHES FELLIX. *Compositio.* Sicut qui viam terit eo felicior, qui levior incedit: ita beatiore in hoc itinere vivendi, qui paupertate se subleuat, non sub diuillarum onere suspirat. In suo *Octauio.*

SENTENTIE PATRUM.

S. ALBERTUS MAGNUS. 1. Ubi non est necessitas, ibi non potest pendere vera pauperias. De *Paradiso conuict.*, part. 1, de *Virtut.*, cap. 5.

2. Verus pauper nulla transitoria concupiscit, imo ablata respicit. *Ibid.*

3. Nihil Deo charius, nihil angelis amabilius, nihil hominibus fructuosius, quam in paupertate obediendo vitam finire. *Ibid.*

S. AMBROSII. 4. Elitansi illis videretur pauper, sibi dives est, qui non eorum que cadere, sed eorum que aeterna sunt estimacione consistat. Lib. 3 de *Virgin.*, cap. 1.

5. Esto pauper spiritu, et eris dives qualicumque cunxi. Lib. 4 de *Cain et Abel.*, cap. 5.

6. Qui pauper est spiritu, auarus non est. Lib. 5 super *Luc.*, cap. 6 in illud: *Beati pauperes spiritu.*

7. Bona pauperias, que quod habuerit non amittit; bona pauperias, que si thesaurum non habet pecunie, habet tamen thesauros sapientie. Lib. 2 de *Apologia David.*, cap. 23

8. Pauperias ordine prima est, et parentis quædam generatioque virtutum: qua qui contempserit seculari, ipse mererit scripturarum. Lib. 5 super *Luc.*, cap. 6 in illud: *Beati pauperes.*

9. Pauperias est instrumentum perfectionis. S. ANTONII, Part. 3, tit. 16, cap. 1, § 3.

10. Tanto unaqueque religio erit secundum pauperiam perfectior, quanto habet pauperiam lem magis proportionatam suo fini. *Ibid.*

11. Verus pauper est, qui se expropriat affectu et effectu. Part. 4, tit. 6, de *Charitate.*, cap. 6, § 1.

12. Pauperias talis laudabilis est, cum homo a sollicitudinibus liberatus, liberus diuinitis et spiritualibus vacet. Part. 4, tit. 12, cap. 3.

13. Tales debent voluntariam pauperiam assumere, qui temporalis contemnant. *Ibid.*, cap. 3, § 1.

14. Ad victum necessarium pauca sufficiunt, et pauca pauperes voluntarii sunt contenti. *Ibid.*

15. Nusquam vera libertas est, nisi in voluntaria pauperias. *Serm. Dom. infra octau. Nativ.*

16. Inuita dissolutio, delicia enervant: sed pauperias ieta et voluntaria robur tribuit. *Ibid.*

17. Pauperias voluntaria animam restitit virtutibus, quam diuinitas temporales expoliunt. *Serm. Dom. 5 post Trinit.*

18. Fidelis homo, cuius totus mundus diuitiarum est; et quasi nihil habens, omnia possidet inherendo Deo, cui seruiunt omnia. Lib. 5 *Confess.*, cap. 4.

19. Quid prodest dispergere dando pauperibus, ut pauperem fieri: cum anima misera superior efficitur diuitias contemendo, quam fuerat possidendo? *Regula 3 ad Clericos.*

20. Certum est fratres nihil habere, possidere, dare, vel accipere debere sine superioris licentia. In *Regula 1.*

21. Pauper Dei in animo est, non in sacco. Super *Psalm.* cxxii, vers. 46.

22. Felix pauperias, per quam celestis acquiritur hereditas. De *Contemptu mundi.*, cap. 7.

23. Magno felicitatis est condicio Christianorum, quibus claritudo regni in paupertate posita est. *Prolog.*

24. Felicitas magna Christianorum est, quibus datum est ut paupertate faciant prelium regni celorum. De *Verb. Apostoli.*, serm. 26.

25. Non tibi displiceat pauperias tua, nihil ea potest altius inueniri. *Prolog.*

26. Quibus thesauris conferri potest, quod videmus pauperiam indulum? *Ibid.*

27. Pauper est in arena, sed dives est in conscientia: pauper est in domo, sed dives est in animo. *Homil. 8.*

28. O beata pauperias uberibus plena, ubique

stera, ubique illusa, ubique sanctorum amica! qui te amat, veram pacem amat: qui non amat, tranquillitatem omnem ignorat. *Serm. 2 ad Fratres in eremo.*

29. Toto affecta pauperes simus: quod si non fuerimus, hanc pauperiam quam facis gerimus, non pauperias, sed grandia miseria estimanda est. *Ibid.*, serm. 5.

30. Pauperias est Christi sponsa, sanctorum possessio, beatorum vita, fidelium securitas, clericorum ornamentum, monachorum vita, nihilum pulcherrimum, diuinitis magnificentia. *Ibid.*, serm. 31.

31. In hoc amatur Christianus pauperias, in quo nulla rerum ampliorum potest putari cupiditas. *Epist. 295.*

32. Non semper laudabilis est pauperias, sed que ex proposito iuxta euangelicum scopum peragitur. *Prolog.*

33. Multi enim sunt pauperes opulentia, verum proposito avarissimi existunt, quos non indigentia saluat, sed propositum condemnat.

34. Non igitur indignus omnino beatus est, sed qui mandatum Christi mundi thesauris preferit. Super *Psalm.* cxxxii, conc. 9, vers. 6.

35. Magna penna est pauperias, qua tam cito volatur in regnum colorum. *Serm. 4 Advent.*

36. Sunt qui pauperes esse volunt, eo tamen pacto, ut nihil eis deest: et sic diligunt pauperiam, ut nullam inopiam patiantur. *Ibid.*

37. Felix pauperias voluntaria omnia relinquunt, et sequuntur de Domine Jesu. *Serm. 8 super Qui habitat.*

38. Pauperias dum putatur misera, aliena caret inuidia: et quia est voluntaria, nihil quiddam inuidet. *Serm. 4 Pauperior serm.*

39. Pauperiam æquus animo ferre, virtus sapientis est: sponte appetere, sapientis laus est. *Epist. 24, ad Magistrum Gilbertum.*

40. Labor et lachrima et voluntaria pauperias, hanc sunt monachorum insignis, hanc vitam solent nobilitare monasticam. *Epist. 42, ad Henricum Senonensem Archiepiscopum.*

41. Non pauperias virtus reputatur, sed pauperias amor. *Epist. 100.*

42. Volo te esse ancilum pauperum, magis autem imitatore: illo gradus perfectionum est, hic perfectiorum. *Epist. 103, ad Abbat quendam.*

43. Magna dignitas est sancta pauperias. *Ibid.*

44. De villis herbis et que pauperes decantant, internum aliquid sumere, tolerabile est: sed vero species emere, religiosis indecens est. *Epist. 331, ad Fratres.*

45. Pauperiam voluntariam tria constituunt: depositio rerum et contemptus, villas et abieccio

uulpiens, abdicatio proprias voluntatis. *Serm. 2 in Cena Dom.*

46. Voluntaria pauperias, qua sine professione vel desiderio habetur: quanto expeditior est, tanto securior. *Ibid.*

47. Custos et magistra est virtutum voluntaria pauperias: sicut et contrario fœdix est villorum immoderata rerum affluentia. *Ibid.*

48. Expedi esse nudos, cum disibolo qui nudus est, hincituros: nudos athleta fortius dimicat: nator exiuit, ut facilius fluvium transeat: visitor, rejectis sarinillis, betis cursat. *Ibid.*

49. Nobilis titulus voluntaria pauperias, quam Christus docuit verbo, consecravit exemplo, commendavit ore prophético. *Ibid.*

50. Non uoluit ad diuitias, sed ad pauperiam. *Serm. 17 ad Sororem.*

51. Vera pauperias consistit, ut non sit substantia, vel corporis proprietatis, nec operis, nec quietis libertas. Super *Psalm.* lxxviii.

52. Beatus qui terrenam foremam commutat in eternam aulam. Super *Luc.*, cap. 9 in illud: *Tantum nihil habet.*

53. Crux, qua manus crucifigitur, est pauperias spiritus: cuius quatuor sunt brachia: contemptus glorie, pecunie, patrie, et parentum. *Ibid.*, cap. 28 in illud ad Galat. ult: *Mihi mandus crucifigis est.*

54. Debet religiosus esse pauper liber et voluntarie, perseveranter, humilliter. *Serm. 3, Dom. infra oct. Epiph.*

55. Nullus Christi pauper relictis diuitis, vel diuitibus parentibus superuiat. *Ibid.*, etc.

56. Perfectio pauperias triplex est: prima, est relinquere superflua, sed non necessaria; secunda relinquere non solum superflua, sed etiam necessaria: relinquere in speciali, sed non in communi; tertia, relinquere omnia superflua, et necessaria, tam in communi quam in speciali, qua perfectio et consummatio pauperias fratrum est minorum. *Serm. 2 Pent.*

57. Multi sunt religiosi, qui licet inuisiones, et predia, et multa bona habent, committunt, tamen non habent singulariter. *Ibid.*

58. O sacratissima virtus, et omni laude dignissima pauperias! quis tibi vales dignas gratiarum laudes impendere; que solo tuo commercio terrenos et miseros homines ad tantum honoris excellentiam extollit, ut eos heredes regni celorum instituit? *Serm. 1 Dom. 22, post Pent.*

59. Pauperias voluntaria est primitium evangelice perfectionis, omnisque boni fundamentum. *Ibid.*

60. Ad pauperiam accipie Diogenes magni philosophi exemplum, qui pro domo delium otuodit

S. DOMAY.

habeat, panem ostium querebat, cum manu aquam hiebat. *Prose.*

61. Si tanta amor paupertatis esse potuit in pagano, quid esse debet in christiano? *Serm. 2 de S. Andrea.*

62. Nobilis margarita est paupertas, que dum omnia continent, dominum super omnia accipit. *Serm. 2 de Cathedra S. Petri.*

63. Pauper Christi bene dives est, quia electus ad regnum, et heres regni celestis est. *Serm. 2 Omi. Sanct.*

64. Quid pretiosius vera paupertate, que est pretium regni celestis? *Ibid.*

65. O quam felix! qui eligunt cum Christo pauperes esse: proter victum et vestitum, nihil aliud appetentes. *Serm. 5, de Uno mart.*

66. Vir sanctus, dum nihil habet in mundo, est dives in celo. *Ibid.*

67. Paupertas est celeste pretium, cum quo pauperes mercantur celeste prandium. *Tit. 4 Diato, cap. 5.*

68. Paupertas est summe Christo copulata, bonis summe cumulata, et celestis summe consecrata. *Ibid.*

69. Quanto intimius paupertatem dilexeris, tanto subtilius de necessitate cogitabis. *Lib. Medit. vite Christi, cap. 44.*

70. Paupertas est totius spiritualis exercitii primum fundamentum. *Ibid., cap. 21.*

71. Alta est paupertas, que tollit superflua; alior, que distribuit et licita et permessa; sed altissima que sibi subtrahit etiam necessaria. *De Eccles. hierarch., part. 1, cap. 4.*

72. Sicut divitiarum affluentia rerum penuria crescit, sic voluntaria paupertate minuitur. *In Apolog. pauper., resp. 3, cap. 3.*

73. Nihil opulentius eo, qui paupertatem sponte diligit et cum alacritate suscipit. *Ibid.*

74. Eminentia paupertatis plurimum confert ad exercitium perfectæ virtutis. *Ibid.*

75. Duo habet paupertas sequentium Dominum; afflictionem scilicet et utilitatem. *Ibid.*

76. Fondum est profanumque mendacium, summe paupertatis voluntarium professorem se asserere, et rerum penuriam pati nolle. *Epist. ad Quemdam provincianum.*

77. Paupertas in omnibus placeat, ne sive in libris, sive in aliis, rerum se velit sarcinulis onustare. *In Speculo disciplina, part. 2, cap. 6.*

78. Super omnes divitias, divitem facit paupertas. *Ibid.*

79. Non est evangelicæ pauperis, gaudere superfluis, et luxibus indulgere. *Ibid.*

80. Paupertas spiritus, id est, voluntaria pro Christo paupertas, magna et vera virtus est,

quam multi religiosi profitentur. *Lib. 2 de Perfecta relig., cap. 51.*

81. O quam besta paupertas! quam amabilem Deo, quam securum Deo in mundo reddis amatorum tuum! *De Perfectione vite ad Sorores, cap. 3.*

82. Voluntaria paupertas non omnino valet ad exterminium iniquitatis, et ad exercitium perfectæ virtutis. *In Apolog. pauper., resp. 3, cap. 3.*

83. Nisi ex toto corde et affectu pauper sis, paupertas ipsa, non virtus, sed miseria iudicanda est. *Homil. 27.*

84. Ubique se egenam et pauperem dicit gloriosa paupertas, cum sit celesti thesauro ditissima: ubique quia mundana copia non habet, et intus sibi esse dives, semper ambit, semper desiderat. *Super Psalm. lxxii, vers. 26: Quid mihi est in celo.*

85. Iste sunt divitias, quas salubriter cupere debemus: ista felicitas, de qua christiani gaudent esse locupletem, ut sit pauper in hoc seculo, dives in celo. *Super Psalm. lxxii, vers. 26: Quid mihi est in celo.*

86. Qui pauperes Dei facti sunt, ipsius largitate ditescunt. *Super Psalm. lxxxii, vers. 20.*

87. Viro pulchre convenit nullos habere calceos: calceatum enim esse, non parvam habet afflictionem cum eo quod est esse ligatum. *Prose.*

88. Optimum quidem exercitationis genus est, modis uti pedibus, et ad sanitatem, et ad expeditam facilitatem.

89. Quod si omnino nudis pedibus incedere pati non possumus, solcis utendum, quas Attici vocant *sarabæas*, quod pedes terræ appropinquarent. *Lib. 2 Pædog., cap. 11.*

90. Cum cunctas quis vite huius opes dimiserit, tunc locum in quo gratia Dei reconditæ est, adipiscitur. *De Perfect. spirit., cap. 77.*

91. Thesaurus monachi, est paupertas voluntaria. *Ad Monachos, parones. 1.*

92. Nisi ex corde pauper sis, et affectu, paupertas ipsa non virtus, sed miseria iudicanda est. *Homil. 4, ad Monachos.*

93. Rogo vos omnes, et consilium do vobis, ut in sanctissima vita et paupertate semper vivatis, et ab illa in perpetuum nullatenus recedatis. *In suis Opusculis, epist. 5, ad beatam virginem Claram.*

94. Qui vere pauper est spiritu, seipsum odit, et alios diligit. *In suis Opus., in Admonit. ad Fratres, cap. 14.*

95. Paupertas omnium est regina, et omnia calcat. *In suis Opus., in Orat. pro obtinenda paupertate.*

96. Vide, Domine Iesu, quis paupertas pro tanto est regina virtutum, pro quanto relictis au-

gelorum sedibus descendisti ad terras, ut ipsam posses charitate perpetua desponsare, et omnis perfectionis filios in ipsa, et ex ipsa, et per ipsam producere. *Ibid.*

97. Evangelicæ paupertas, ordinis est fundamentum, cui substrata primarie sic omnis structura religionis innititur, ut ipsius firmitate firmetur, et eversione funditus everlatur. *In suis Opus., collat. 5, de Paupertate.*

98. Pecunia paupertatis, professionis, et perfectionis præcipua est corruptela. *Ibid., collat. 26.*

99. Paupertas evangelicæ, thesaurus excellens et divinus est. *In suis Opus., oraculo 4.*

100. Vera paupertas est radix obedientiæ, mater renuntiationis, mors propria complacentiæ, extirpatrix vanitatis, et cupiditatis. *Ibid., oraculo 26.*

101. In omnibus que ad vitam opus sunt, iis solummodo gaudeo et delector, que sanctam redolent paupertatem: alia vero quecumque sumptuosa et delicata penitus abhorreo. *Ibid., colloquio 8.*

102. Paupertas obices omnes e medio tollit, que humana mens cum Domino Deo suo liberrime atque meditatissime conjugatur. *Ibid., colloquio 41.*

103. Pro furto mihi reputo, si hoc quod fero non dederò magis egeni. *In suis Opus., appophthegm. 40.*

104. Paupertas, que caret opibus, ad pietatem dux et magistra est. *Super Ierem., cap. II.*

105. Avaritia vitio hominum paupertatis voluntariæ contrarium est: sed pauper spiritu esse non poterit, qui amare adhuc æternos thesauros nescit. *Lib. 5 in I Regum, cap. 4, super illud Ephes. vi: Non est nobis colluctatio.*

106. Magna est nobis in hoc itinere cæca paupertas, que animam non angustat, cum docet terræ substantias. *Homil. 19 super Ezech.*

107. Si nihil in hoc mundo amando possidetis, etiam possidendo cuncta reliquistis. *Homil. 37 super Evang.*

108. Rebus et spiritu sunt pauperes perfecti monachi, qui propter Deum omnia relinquentes, nec corporis proprii potestatem in suo arbitrio relinquunt: et ideo quanto hic propter Deum sunt pauperiores, tanto in futura gloria erunt ditiores. *Serm. de Martyribus.*

109. Affatus dives est, qui cum Christo pauper est. *Epist. 1 ad Heliodor.*

110. Qui sui in carne contemplor est, paupertate inefficè ornatur. *Epist. 3 ad Heliodor.*

111. Qui paupertate letantur, eorum habitus, sermo, vultus, incessus, doctrina virtutum est. *Epist. 4 ad Rustic.*

112. Sacrus orationis signum, atque jejuniis est. *Epist. 20, ad Marcellam.*

113. Sunt qui rebus abundant, et tamen sunt pauperes spiritu: et hæc est aurea paupertas: quin licet affluent divitias, corda tamen nolunt apponere. *Lib. 4 de Clastro anima, cap. 9.*

114. Non potest servari integritas, nisi diligatur paupertas. *Ibid., lib. 2, cap. 17.*

115. Paupertas voluntaria, est odibile hominum, salutaria mater, curarum remotio, reparatrix sapientie, negotium sine damno, possessio absque calumnia, facilitas sine sollicitudine. *Super lib. Judic., cap. iv.*

116. Quique sunt in vero paupere: humilitas coram Deo, contemptus mundi, fiducia de Deo, notitia certa amicorum, potentia. *Super Psalm. lxxii.*

117. Paupertas sine voluntate propria, nullius apud Deum potest esse meriti, vel momenti. *Super Psalm. ciii.*

118. Vere martyrii genus, est voluntaria paupertas. *Super Ecclesiastic., cap. xxxi.*

119. Pauperes sunt omnes, qui divitias temporales sibi subiciunt: sed primogeniti sunt, qui eas omnino abiciunt: illi requiescent in spe, isti autem pascentur interiori ieiundante. *Super Ierem., cap. xv.*

120. Nihil ita securum, et ita pacificum est, ut paupertas voluntaria. *Ibid., cap. xi.*

121. Pauperes animo sunt, qui omnino nihil habere se reputant, nec seipsum, sive corpus sive animam, sive membra, sed omnia habent commoda, et quasi alienis utuntur. *Super Math., cap. v.*

122. Hæc est vera paupertas, que neque linguam, neque oculos, neque pedes, neque sensum, neque voluntatem habet, et ideo nihil ei molestum est. *Prose.*

123. Hæc est thesaurus pretiosissimus, quo sapientissimus mercator Iesus Christus regnum celorum venaliter exposuit. *Ibid.*

124. Miserabile est paupertatis exitus tolerasse, fructus vero ejus casam voluntatis vitio perdidisse. *Lib. 7 Canon inst., cap. 22.*

125. Animus sponte sua inops, fulget ut aurum, splendet sicut gemma, floret quasi rosa: nulla tinea ibi est, nullus fur, nulla cura secularis, sed vivit angelica vita. *Prose.*

126. Vis animi huius pulcherrimum aspicere? Vis paupertatis opem quantum discere? Non imperat hæc virtus, sed imperat demonibus: non assistit regi, sed assistit Deo: non homini, sed angelorum committit est.

127. Non habet duos, tres, vel viginti loculos rerum plenos: sed sic abundat, ut universum

C. GRANIUS AREIAT.

CASSIODOR.

C. VICTORIUS ARIAT.

C. G. O. O. O.

S. C. G. O. O. O.

S. DIAP. U.

S. EP. R. M.

S. RESERVA EMISSE.

S. FRANCIS ASSISIA.

L. A. T. R. O.

S. G. I. V. E. N. O.

HUGO A. S. VICTORIS.

HUGO CARO.

JOAN. CASS.

S. JOANNES CRYSOST.

mundum parvipendat, et thesaurum habet in celo.

128. Non indiget mancipiis, sed habet loco servorum passiones, habet servos appetitus, qui regibus dominantur; ut nec respicere audeant.

129. Quid hoc paupere melius excogitari poterit? Hic in oculo tanquam in pavimento ambulat.

130. Regnum porro atque aurum, et omnia hujus generis, quasi pueriles ludæ, trochos, pilas, turboles spernatur atque contemnit.

131. Habet enim ornamenta et instrumenta ludorum, quæ videre atque sentire necesse est opulenti.

132. Quod si talis pavimentum domus ejus est, coepit per teipsum quale lectum sui: sed non habet, inquit, equos atque valentias; certe nec harum rerum opus est ei qui nubibus veclatur, et cum Jeſu conversatur. Homil. 48 super Math. Oper. perf.

133. Involuntaria paupertas, bellia omnium atrocior, et formæ ardentior est. *Ibid.*, homil. 82.

134. Philosophi, qui inter homines sublimiores fuerunt, contemptis divitiis ad paupertatem venerunt, quasi ad securum presidium, et morbis non obnoxium. *Prose.*

135. Paupertas securum est presidium, et quasi civitas arceis muris circumvallata, expugnata difficilis. Homil. 13 super Acta Apost.

136. Quanto auro omni pretiosior est sanguis, tanto paupertas quam abundantia melior. *Prose.*

137. Nihil sic libere loqui, et in porum discrimine fiduciam habere præbet, sicut nihil possidere. Serm. 2 super illud; *Salutate Præcam.*

138. Paupertas est manductrix quædam in via, quæ ducit ad celum, unctio, athletica, exercitatio quedam usque ad admirabilem, portus tranquillius. Homil. 18 super *Epist. ad Hebr.*

139. Nihil opulentiùs eo, qui paupertatem sua sponte eligit, et cum avaritate suscipit. *Ibid.*

140. Qui vult dives fieri fiat pauper, ut dives evadat: expendat, ut colligat: dispergat, ut congregat. Homil. 53 ad *Populum Antioch.*

141. Paupertas est totum asyllum, portus tranquillius, perpetua securitas, delicia periculatorum expertæ, voluptas sincera, vita turbationum necia, vita fluctum ignara, copia inextinguibilis, philosophicæ parentis, frenum intemperantiæ, supplicii sublatio, radix modestiæ. Homil. de *Avaritiâ.*

142. Vidi nonnullos pecuniis pauperes, qui prioris suæ paupertatis oblitri in conversatione pauperum spiritum divites efficiunt. *Gradu* 18.

143. Nuditatis rerum omnium, curarum est depositio, securitas vite, viator omnibus impedi-

mentis liber, memoris alienatio, mandatorum fides. *Ibid.*

144. Nudus monachus, mundi totius est dominus: Deo enim curam sui credidit, et per fidem omnes possidet servos. *Ibid.*

145. Nuditatis rerum omnium, tristitiam sufficit; nullisque sensibilibus rerum affici, intellectuum speculationem parit. *Ibid.*, gradu 26.

146. Paupertas melior est ad perfectionem acquirentiam vite spiritualis, quam possessio opum et divitiarum. *De Consil. evangelic.*

147. Thesaurus monachi est voluntaria paupertas. Super Prolog. *Regul. S. Bened.*, cap. 2, text. 50.

148. Debet paupertas esse cultus statui congrua: ut qui pauper erat in seculo, non querat dilior fieri in monasterio. *Ibid.*

149. Paupertas religiosorum, primus professionis gradus est. *Ibid.*

150. Inopia lectum non efficit pauperem, sed voluntaria pro Christi amore in ipsa paupertate patientia. Lib. 4, homil. 1, ad *Monachos.*

151. Paupertas exprobranda non est, quæ ab hoc quidem mundo secreta est; sed verum tantum querit nec ab illa re, quæ ad tempus durat, fecit. *Epist. ad Zenam.*

152. Non potest, nisi voluntaria voluntate restringi cupiditas: qui servis Christi semel effectus est, non erit innumerus famulus, cujus certo ex voluntaria renuntiatione fit Dominus. *De Liqno vite*, tract. 10; de *Paupert.*, cap. 2.

153. O felix paupertas! voluntaria pro divinitatis amore suscepta, quam locuples, quam lecta, quam jucunda, quamque secunda! *Prose.*

154. Intronibus occurris intrepida, egestatem non metuis, humilitati sponte obsequeris, cum illa ad æternam pariter graderis vitam.

155. Unum est amorum premium, una societas, unus hominum, una possessio, unaque perfectio. Lib. 2 de *Spirituali revo.*, cap. 21.

156. Semper dives est christiana paupertas, quia plus est quod habet, quam quod non habet. *Prose.*

157. Non pavet in isto mundo indigentia laborare, cui donatum est in omnium rerum domino omnia possidere. Serm. 4 *Quadrages.*

158. Beata illa paupertas, quæ rerum temporalium amore non capitur, nec mundi opibus augeri appetit; sed celestibus bonis ditescere concupiscit. Homil. in *Festo omnium sanct.*

159. Quid hæc paupertate locupletis? non habet præsidia pecunie, sed habet dona gratiæ. *Ibid.*

160. Paucis contentus esto, et simplicibus delectare. Lib. 4 *Enchirid. parvulor.*, docum. 12.

JOAN. GENS.

JOAN. TRITH.

S. THEODOR.

THEOPHILACTUS.

S. THOMAS AQUINAS.

S. JUSTIN. MART.

S. LAURENT. JUSTIN.

S. IERO.

THOMAS A KEMPIS.

IN VI. PAT.

LUDOVICUS BLOKUS.

PETRUS BLESENS.

S. PETRUS DAMIANUS.

S. SYRINUS EPISC.

S. THEODOR.

THEOPHILACTUS.

S. THOMAS AQUINAS.

S. JUSTIN. MART.

S. LAURENT. JUSTIN.

S. IERO.

THOMAS A KEMPIS.

IN VI. PAT.

LUDOVICUS BLOKUS.

161. Inaigua virtutum titulus est, mundi divitiis concutiatis, se in paupertate sola divitem reputare. *Epist. 93, ad Guillelm. abbatem.*

162. Pauper et iustus conlemnit divitias, et nihil ei deficit, quia sufficit ei Deus. *Ibid.*

163. Paupertas voluntaria est, super quam radicatur firmiter disciplina religionis. *Ibid.*, serm. 32, de *S. Augustino.*

164. Paupertas monachi securitas est mentis, securitas mater est puritatis. *Opusc. 12, cap. 25.*

165. Probrosa sit divitiarum consuetudo, paupertas vero honestissima in loco habetur. *De Regno, ad Arcadium imperat.*

166. Si paupertatem elegerimus, animam bonis minime vacamus, sed copia virtutum locupletamur. *Quæst. 53, super Exod.*

167. Virtutis index non modo est paupertas, sed etiam regnum et felicitas. Super *Psalm. cxxxviii*, vers. 4.

168. Paupertas voluntaria divitiarum est effectrix. Super *II ad Cor.*, cap. viii, in illud: *Pariter factus est.*

169. Paupertatem spiritus ad eos pertinere certum est, qui filii timore Deo se voluntarie subjiciunt. 2, 2, quæst. 19, art. 12.

170. Ad perfectionem charitatis acquirendam, primum fundamentum est voluntaria paupertas, ut scilicet aliquis absque proprio rival. 2, 2, quæst. 189, art. 3.

171. Per retioctionem divitiarum tolluntur charitatis tria impedimenta: primo sollicitudo, secundo amor, tertio elatio curam. *Ibid.*, quæst. 188, art. 7.

172. Tanto erit unaquæque religio perfectior, quanto habet paupertatem magis proportionalem suo fini. *Ibid.*

173. Religiones quæ ad contemplativam vitam ordinantur, tanto perfectiores sunt, quanto eorum paupertas minorum eis sollicitudinem temporalem ingerit. *Ibid.*

174. In eo qui ex necessitate pauper est, humilitas non multum commendatur: sed in eo qui voluntarie pauper est, ipsa paupertas est maxime humilitatis indicium. Part. 3, quæst. 40, art. 3.

175. Magna virtus paupertas spontanea, quæ emittit celum sine pecunia. Serm. 19 ad *Noctiv.*, divis. 5.

176. Affatus dives est, qui cum Christo pauper est. Lib. 4 in *Vita S. Eugenio*, cap. 12.

177. Magna res est penuria, nam qui cum voluntario sustinet, tribulationem quidem carnis habet, animæ vero suæ invenit requiem. Lib. 3, num. 169.

178. Thesaurus monachi est paupertas voluntaria. Lib. 5, libell. 6, num. 12.

179. Nudus debet esse monachus ab omni materia seculari. *Ibid.*, num. 16.

180. Paupertas quovis regno magis expetenda. Lib. 9, cap. 24.

SENTENTIA RAGANORUM.

181. Paupertas apud homines honeste potius esse, quam apud pravos solet: quia omnibus odio habetur atque expellitur, ad probos congligit. *Sect. 29, Problem.*, quæst. 4.

182. Quam te, paupertas, amo si beneficio tuo innocens sum! Lib. 2, controver. 9.

183. O paupertas! quam ignotum bonum es. *Ibid.*

184. Unde possum scire quantum adversus paupertatem tibi animi sit, si divitis diffusus? *De Divin. provid.*, cap. 4.

185. Non tantum tuta est, sed etiam gratiosa est paupertas. *De Consolati. ad Heliam*, cap. 49.

186. Honestæ res est, lecta paupertas, ait Epiphanus, illa vero non est paupertas, si lecta est: cui enim cum paupertate bene convenit, dives est: non qui parum habet, sed qui plus cupit, pauper est. *Epist. 2.*

187. Magnæ divitiæ sunt, ad legem naturæ composita paupertas. *Epist. 4 et 27.*

188. Paupertas expedita est, secunda est, non timenda, sed appellanda. *Epist. 17.*

189. Si vis vacare animo, aut pauper sis oportet, aut pauperi similis: non potest studium salutare fieri sine frugalitatis cura; frugalitas autem paupertas voluntaria est. *Ibid.*

190. Paupertas contenta est, desiderii instans, libus satisfacere. *Epist. 17.*

191. Fiat nobis paupertas familiaris: securus divites erimus, si sciverimus quam non sit grave pauperes esse. *Epist. 48.*

192. Non jucunda res est aqua et potentia, aut frustum hordeacei panis: sed summa voluptas est posse capere etiam ex his voluptatem. *Ibid.*

193. Nemo alius Deo dignus, quam qui opes contempnit. *Ibid.*

194. Hi quos paupertas locupletissimos fecit, desiderant omnia possidere, dum volunt propria. *Epist. 90.*

195. Nihil habet domus nostra melius, quod ostendat, quam paupertatem. Lib. 4 controver. 24.

196. Nullas divitiis paupertati talium virorum posse præferri perspicuum est. Lib. 4, *Dicta memorabil.*, cap. 4.

ARISTOTEL.

SENeca.

VALENTIUS MARIUS.

JOAN. CL.

PAX.

S. ANTONIN. *Etymologia*. Pax dicitur a pacto, quia post pactum fit pax. Part. 4, tit. 6, de *Charit.*, cap. 8, § 1.

Pax habet tres litteras que representant sanctissimam Trinitatem: Per P, Pater; per A, representatur Amor Spiritus sancti; per X, Xps Dei Filius. *Ibid.*

CASSIODOR. Pax a pascendo, sive a pascendo dicta est. Super *Psalm.* cxxi, vers. 7: *Fiat pax.*

S. AUGUST. *De civitate Dei*. Pax corporis, est ordinata temperatura partium. *Prose.*

Pax anime irrationalis, est ordinata requies appetitionum.

Pax anime rationalis, est ordinata cognitionis actionisque consensus.

Pax corporis et animi, est ordinata vita, et salus animantis.

Pax hominis mortalis, est Dei immortalis ordinata in fide sub aeterna lege obedientis.

Pax hominum, est ordinata concordia.

Pax domus, est ordinata imperantium atque obediendi concordia colabantium.

Pax civitatis, est ordinata imperantium atque obediendi concordia civium.

Pax coelestis civitatis, est ordinatissima et concordissima societas fruendi Deo, et vivendi in Deo.

Pax omnium rerum, est tranquillitas ordinis. Lib. 16 de *Civitate Dei*, cap. 43.

HUGO A S. VICTORE. Pax est concordantium in bono animorum ordinata tranquillitas. De *Fruct. carnis et spirit.*, cap. 18.

S. MAXIMUS MART. Pax vera, est imperturbata et plena ejus quod gratissimum est, possessio. *Centuria 2, de Virt. et vitio*, cap. 7a.

DIONYSIUS CARTUSIUS. *Divinitio*. Triplex est Pax; prima vocatur pax temporis; secunda, pax pectoris; tertia, pax eternitatis. De *Profect. spirit.*, art. 21.

HUGO A S. VICTORE. Quatuor sunt paces: duas dat mundus, duas dat Deus: mundus dat pacem in tranquillitate rerum temporalium, et in sanitate corporum; Deus dat pacem in tranquillitate mentis, et in gaudio contemplationis. Super *Psalm.* lxxxv, cap. 62.

Falsae pacis tres sunt species: est pax opinata, est pax simulata, est pax imperata: existimatur a nescientibus, simulatur a non habentibus, imperatur a non tenentibus. Lib. 3, de *Claustro animo*, cap. 9.

Vera pacis tres sunt species: est pax probata, est pax confirmata, est pax certa. *Ibid.*, *Prose.*

Pax Dei hominibus quandoque datur, data probatur, probata confirmatur, confirmata certi-

fieatur. Probatum tentatione, confirmatum tribulatione, certificatur collocatione. *Ibid.*

Differentia. Differt concordia a pace, quia concordia importat unionem appetituum diversorum appetentium: pax autem supra hanc unionem importat etiam appetituum unius appetentis unionem. 2, 2, quæst. 29, art. 1.

SENTENTIA PATRUM.

1. Si in bello justitia valet, quanto magis in pace servanda est? Lib. 4, *Offic.*, cap. 29.

2. Justa pax sublimior est, que corporalium passionum excludit illecebras, perturbationesque mitigat, quam ea, que barbaricos sedat incurtus. *Prose.*

3. Istius pacis major est fructus, quo spiritalis nequitia tentamenta, quam quo arma hostilis repelluntur. Lib. 2 de *Jacob.*, cap. 6.

4. Ubi pax vera est, iracundia locum non habet, oblegatur discordia, fugatur dissensio. De *Joseph*, cap. 13.

5. Pax, fidei corruptelae materia est. Super *Psalm.* cxvii, serm. 11, vers. 6.

6. A te pacem incipe, ut cum fueris ipse pacificus, pacem alius feras. Lib. 5 super *Luc.*, cap. vi, in illud: *Benedicite pacifici.*

7. Sapienti pacis est studium, imprudenti amica jurgia. Lib. 2 de *Abraham*, cap. 6.

8. Ubi pax, ibi Christus, quia pax Christus est. Lib. 19, epist. 82, ad *Vercellenses*. *Eccles.*

9. In hoc nomine pax, tres sunt littere, et una syllaba, in quo Trinitas et Unitas designatur. *Prose.*

10. In P, Pater demonstratur: in A prima vocali, Filius, qui est vox patris: in X duplici consonante, Spiritus sanctus ab utroque procedens intelligitur.

11. Cum ergo Christus discipulis suis dixit, pax vobis, Trinitatis et unitatis fidem recommendavit. *Serm.* 1, post *Pascha*.

12. Pax uno nomine appellatur, sed longo intervallo discernitur, Dei et mundi: hæc enim fragilis est, illa fortis; hæc carnes, illa spiritalis: hæc terrena, illa coelestis: hæc de necessitate, illa de voluntate. De *Quæst. vet. et novi Testamenti*, quæst. 92.

13. Vir pacificus securam possidet mentem, totus est ab angelorum agmine munus, et fructu jucunditatis repletus: omnia ejus in pace versantur, discordiam fugat, secreta mentis suae illuminat. De *Salut. vocum*, cap. 22.

14. Magnum beneficium est pax, sed Dei veri beneficium est. Lib. 3 de *Civitate Dei*, cap. 9.

15. Tantum est pacis hominum, ut etiam in rebus terrenis atque mortalibus nihil gratius soleat audiri, nihil desiderabilius concupisci, nihil pot-

S. THOMAS AQUINAS.

S. AUGUST.

S. ANTON. DE PADUA.

S. AUGUST.

tremo possit melius inveniri. *Ibid.*, lib. 19, cap. 11.

16. Sicut nemo est qui gaudere nolit, ita nemo est qui pacem habere nolit. *Ibid.*, cap. 12.

17. Pacem constat belli esse optabilem finem. *Ibid.*, lib. 19, cap. 12.

18. Dissensio et divisio facit hæreticos, pax vero et unitas facit catholicos. Lib. 2 *contra Lit. Petilian.*, cap. 95.

19. Quisquis vel quod potest, arguendo corrigi; vel quod corrigere non potest, salvo pacis vinculo excludit: vel quod salvo pacis vinculo excludere non potest, equitate improbat, firmitate supportat; hic est pacificus, cap. 11.

20. Quid melius inveniri potest, quam pax? Pax quid est? ubi nullum bellum est. Quid est ubi nullum bellum est? ubi nulla est contradictio, ubi nihil resistit, nihil adversum est. Super *Psalm.* lxxxv, vers. 8.

21. Nemo est, qui non vult pacem, sed non omnes volunt operari justitiam. *Prose.*

22. Interroga omnes homines, vultis pacem? uno ore tibi respondet totum genus humanum: Opto, cupio, volo, amo: sana et justitiam, quia duas amicos sunt justitia et pax, si amicam pacis non amaveris, non te amabit ipsa pax, nec veniet ad te. Super *Psalm.* lxxxv, vers. 11: *Justitia et pax oscula sunt.*

23. Pax testamentum Dei est, hæreditas pax est, ut a concordibus consortibus possidatur, non a litigantibus dividatur. De *Ovibus*, cap. 13.

24. Pax est serenitas mentis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, amoris vinculum, consortium charitatis. *Prose.*

25. Hæc est que simultatem tollit, bella compescit, comprimit iras, superbos calcit, humiles amat, discordes sedat, inimicos concordat, cunctis est placida.

26. Non querit alienum, nihil deputat suum; docet amare qui odisse non novit, nescit extolli, nescit inflari. De *Verb. Dom.*, serm. 57.

27. Sanitatem pacis tenere animus non potest, qui discordiis et certaminibus pascitur. De *Catech. rud.*, cap. 16.

28. Hæc est illa perfecta pax, que mentem a vitio purgat, verum conscientiam rodit. *Prose.*

29. O pax eremitarum mater, cenobitarum pater, monachorum soror!

30. Tu patriarcharum vinculum, tu prophetarum velicium, tu apostolorum refugium, tu martyrum solatium, tu confessorum balneum, tu virginum tripodium.

31. Tu viduarum speculum, tu conjugatorum spectaculum, hincolorum presidium, tu tyrannorum odium, tu latronum suspendium.

Tom. III.

32. O pax Dei medicum! te non possunt destruere principum fulmina, insultus demonum te in nullo ledere possunt.

33. Tu pauperem divitem facis, tu divitem mendicantem perducis, tu contentum in cunctis, tu ditior universis, tu homines Dei filios facis.

34. O pax! sine te reges non regunt, sine te regna non valent, nihilqua sine te caetera prodesse possunt. *Serm.* 2 ad *Frates in eremo*.

35. Gloriosa illa pax est, plena atque perfecta, que fructus malarum cogitationum cruciat, mentem fluctuantem illiesam reservat, conscientiam purgat. *Ibid.*

36. Qui pacem cordis, oris et operis non habet, christianus dici non potest. *Ibid.*

37. Diabolus intrare non potest domum vel mentem, in qua pax dominatur. *Ibid.*

38. Pax tale bonum est in rebus creatis, tam mirificum, tam gloriosum, quod nihil dulcius solet audiri, nihil delectabilius concupisci, nihil utilius possideri. *Ibid.*

39. Pax omnium custodia, et cura virtutum est. *Ibid.*, serm. 28.

40. Si pax humana tam dulcis est pro temporali salute mortalium, quanto dulcior est pax divina pro aeterna salute angelorum? Et *Ibid.* in *Decret. Gratiani*, part. 2, causa 23, quæst. 1, can. *Noli*, § si *Pax*.

41. Ubi pax, ibi requies. *Epist.* 45.

42. Pacem habere debet voluntas, bellum necessitas. *Epist.* 205.

43. Non pax queritur, ut bellum excitetur: sed bellum geritur, ut pax acquiratur. *Prose.*

44. Hæc ergo etiam bellando pacificus, ut eos quos expugnans ad pacis utilitatem vincendo perducas. *Ibid.*

45. Si pax humana tam dulcis est pro temporali salute mortalium, quanto est dulcior pax divina pro aeterna salute angelorum? *Ibid.*

46. Amulationem sanat pax. In *Expos. super Epist. ad Galat.*, cap. v.

47. Sanitatem pacis tenere animus non potest, qui discordiis et certaminibus pascitur. De *Catech. rud.*, cap. 16.

48. Pax incertum bonum, quoniam corda eorum cum quibus eam tenere voluit, ignoramus. Lib. 19, de *Civitate Dei*, cap. 5.

49. Pacem non habebit in fine, qui non bene utitur ante finem. *Ibid.*, cap. 26.

50. Pax temporalis bonis malisque communis est. *Ibid.*

51. Natura humana, que pacem felix cum seculo habere nolit, seculo pugnat infelix. *Ibid.*, lib. 21, cap. 15.

52. Vera pax ibi est, ubi nihil adversi, nec a

seipso, nec ab alio ququam patietur. *Ibid.*, lib. 22, cap. 36.

53. Vis dividere pacem, et queris adire Judicem pacem: ego pax sum, ligare non novi. *De Quinq. haeres.*, cap. 6.

54. Charitatem Christi qui habet, pacem non potest odire. In *Prima contra partem Donati.*

55. Non potest esse in pace, qui spem ponit in homine. Tract. 1 super *Joannem.*

56. Jobatur pacem habere inter nos, ut aliquando perveniamus ad perfectissimam pacem. *Ibid.*, tract. 24.

57. Pax quo promittitur, est quam non habet mundus, quam non habet vita ista, que in vite comparatione nec vita est. Rom. 1 ex *in Hon.*, cap. 1.

58. Quantum sit pacis bonum, quid commemorare attinet ad viros pacis filios? nihil christiani hominis adeo proprium est, ut concilianda paci studeat. Apud *D. Joan. Damasc.*, lib. 1 *Parall.*, cap. 18.

59. Horrida bella gerit, qui pacis federa spernit. In suis *Proverb.*, verbo *Horrida.*

60. Pacem cum hominibus habes, bellum cum vitis. *Ibid.*, verbo *Pacem.*

61. Quid a foris vos conturbare aut contristare possit, si intus bene estis, et fraternam pacem gaudetis? Serm. 29 super *Cant.*

62. Intestinus et insanabilis plaga est Ecclesie malus christianus; et ideo in pace amaritudo ejus amarissima: sed in qua pace? Et pax est, et non est pax: pax a pagano, et pax in heretico, sed non profecto a filio. *Ibid.*, serm. 33.

63. Osculum pacis est, osculans invitare ad pacem, discordantes ad concordiam revocare, adversarios pacifice sustinere, errantes pie et benigne docere, eam omnibus pacem habere. *De Inter. dono.*, cap. 2.

64. Cum pro terrena re pax a corde cum proximo scinditur, apparet quod plus res quam proximus amatur. Super *Lev.*, cap. vi, in illud: *Qui auferit que tua sunt.*

65. Bonis hominibus est pax in mundo, pax in extremo, pax in iudicio, pax in celo. Serm. 3, *Per. 5.* post *Pascha.*

66. Pax est collis linguarum, Christi concinium, et Dei vestigium. Tit. 7 *Diato.*, cap. 6.

67. Gloriosissimum et potissimum est liberalis animus, et conscientie bonae iudicium, pacem proximi custodire. In *Speculo discipl.*, part. 2, cap. 3.

68. Ista non est dicenda pax, que de radice charitatis non conascitur. Rom. 19.

69. Pax illa habet tranquillam vitam, que cum va mente non litigat, sed in Domini beneficiis

perseverans, amena tranquillitate perfruitur. Super *Psaln.* iv, vers. 9.

179. Quisquis perfecte senserit onus peccati, et animas liberationem, exteriorum aut parum sentiet, aut ex toto non sentiet corporis poenam. Serm. 3 *ad Fratres*.

180. Frustra sibi de infirmitate vel ignorantia blandiuntur, qui ut liberius peccent, libenter ignorant, vel intrinsecus. *De Duodecim grad. humilit.*

181. Sicut peccatum est perpetratio mali, sic delictum est desertio boni. Lib. *Medit.*, cap. 2.

182. Velle peccare, nihil est: peccare, poena: in peccato perseverare, poenitentium: nihil poenitere, mortale est. *De Inter. dono*, cap. 24.

183. Peccatum manifestando decrescit, laudando crescit. Serm. 38 *ad Sororem*.

184. Nihil miserabilius quam peccato servire. Callist. 42, super cap. viii *Joan.*

185. Non actus temporales facit ut peccatum mortale alterius puniatur, sed circumstantia illius in quem peccatur. Super *Lac.*, cap. vi.

186. Certe periculosius est unum peccatum habere in corde, quam mille serpentes in corpore. Serm. 4 *Dom. 3, Quadrages.*

187. Inimicoriorum es anime tuae, ipsam per peccatum occidendo, quam Iudas corpori suo ipsum jugulando. Serm. 2 *Dom. 4, post Pent.*

188. Via peccatoris mala est committendo culpam, peior extinguendo gratiam, pessima perdendo gloriam. Serm. 2 *Dom. 4, post Pent.*

189. Peccatum ante mortem est curabilia, solo autem excessu mortis fit incurabile. Super lib. 2 *Sent.*, dist. 7, part. 1, art. 4, quest. 1.

190. Quamvis singula non lethali vulnere ferire solentur, tamen omnia simul congregata, velut scabies, eo quod plura sunt, necant. Super lib. 4 *Sentent.*, dist. 16, part. 2, art. 3, quest. 1.

191. Nunquam est peccatum mortale in inferiori parte alicuius superiori. *Ibid.*, dist. 24, art. 2, quest. 2.

192. Peccatum initiatur in cogitatione, crescit in delectatione, perficitur in consensu. In *Centilog.*, part. 1, sect. 11.

193. Peccatum postquam actum, sed remanet reatum. *Ibid.*, sect. 33.

194. Per peccatum ratio caeca facta est, voluntas curva et foeda, memoria instabilis et vaga. Lib. 1 *de Profectu relig.*, cap. 4.

195. Ubius diaboli et reflectio ejus peccatum est: qui plus peccat, majori et convivia parat. *De Novis Eccles.*, cap. 8.

196. Peccatum ipsius peccati cognitione curatur, et crimine criminis confessione aboletur. *Hom. 4.*

197. Non solum majora peccata, sed etiam et minuta, si nimium plura sint, mergunt. *Ibid.*, hom. 8.

198. Peccatum si diu dominari permittitur, omnibus Sacerdotibus et Deum timentibus, putorem terribilium et hiale cognoscitur. *Ibid.*, hom. 23.

199. Habet hoc infelix consuetudo peccandi, ut quanto amplius unusquisque peccaverit, tanto minus peccata ipsa intelligat, et tanto eum plus peccare delectet. *Ibid.*, serm. 29.

200. Ille periculosius peccat, qui se graviter peccare non putat. *Ibid.*, hom. 34.

201. Delecta recitata declinata non possumus, nisi vestita laudabili excretionis damnationis. Super *Psalm.* xv, vers. 5: *Nolite peccare*.

202. Omne peccatum Deo abominabile est, atque a conspectu ejus extraneum. Super *Psalm.* xvi, vers. 15.

203. Multos sollicitat cohors nefanda peccatorum, et delectatione quadam decipiuntur, quando cum plurimos delinquere festinant. Super *Psalm.* xxvi, vers. 1.

204. Unum peccatum morbus est amaram, quo crescente silius interioris hominis dissipatur. Super *Psalm.* xl, vers. 5: *Quia peccati tibi*.

205. Pingue est validumque peccatum, quod arbitrio magis, quam necessitate committitur. Super *Psalm.* lxxix, vers. 7.

206. Unusquisque supplicium eligit, cum sponte peccat. Lib. 1 *Psalm.*, cap. 8.

207. Primum felicitatis gradus est, non delin-
quere secundum, delicta cogitare. Epist. 55, ad *Cornel. Pap.*, cap. 5.

208. Magis illicito delinquitur, ubi sine suspi-

190. Quamvis singula non lethali vulnere ferire solentur, tamen omnia simul congregata, velut scabies, eo quod plura sunt, necant. Super lib. 4 *Sentent.*, dist. 16, part. 2, art. 3, quest. 1.

191. Nunquam est peccatum mortale in inferiori parte alicuius superiori. *Ibid.*, dist. 24, art. 2, quest. 2.

192. Peccatum initiatur in cogitatione, crescit in delectatione, perficitur in consensu. In *Centilog.*, part. 1, sect. 11.

193. Peccatum postquam actum, sed remanet reatum. *Ibid.*, sect. 33.

194. Per peccatum ratio caeca facta est, voluntas curva et foeda, memoria instabilis et vaga. Lib. 1 *de Profectu relig.*, cap. 4.

195. Ubius diaboli et reflectio ejus peccatum est: qui plus peccat, majori et convivia parat. *De Novis Eccles.*, cap. 8.

196. Peccatum ipsius peccati cognitione curatur, et crimine criminis confessione aboletur. *Hom. 4.*

197. Non solum majora peccata, sed etiam et minuta, si nimium plura sint, mergunt. *Ibid.*, hom. 8.

198. Peccatum si diu dominari permittitur, omnibus Sacerdotibus et Deum timentibus, putorem terribilium et hiale cognoscitur. *Ibid.*, hom. 23.

199. Habet hoc infelix consuetudo peccandi, ut quanto amplius unusquisque peccaverit, tanto minus peccata ipsa intelligat, et tanto eum plus peccare delectet. *Ibid.*, serm. 29.

200. Ille periculosius peccat, qui se graviter peccare non putat. *Ibid.*, hom. 34.

201. Delecta recitata declinata non possumus, nisi vestita laudabili excretionis damnationis. Super *Psalm.* xv, vers. 5: *Nolite peccare*.

202. Omne peccatum Deo abominabile est, atque a conspectu ejus extraneum. Super *Psalm.* xvi, vers. 15.

203. Multos sollicitat cohors nefanda peccatorum, et delectatione quadam decipiuntur, quando cum plurimos delinquere festinant. Super *Psalm.* xxvi, vers. 1.

204. Unum peccatum morbus est amaram, quo crescente silius interioris hominis dissipatur. Super *Psalm.* xl, vers. 5: *Quia peccati tibi*.

205. Pingue est validumque peccatum, quod arbitrio magis, quam necessitate committitur. Super *Psalm.* lxxix, vers. 7.

206. Unusquisque supplicium eligit, cum sponte peccat. Lib. 1 *Psalm.*, cap. 8.

207. Primum felicitatis gradus est, non delin-
quere secundum, delicta cogitare. Epist. 55, ad *Cornel. Pap.*, cap. 5.

208. Magis illicito delinquitur, ubi sine suspi-

S. BRUNO.

S. CESARIUS

ARL.AT.

CASSTROD.

CLEMENS

ALEX.

S. CYRIL.

- clione, securum potest esse delictum. *De Singulari, clericor.*, cap. 25.
- S. CYRILLUS ALEX.** 209. Animo peccatis dedito nihil abieciis, nihilque timidus. *Hom. 7 de Festis Paschal.*
- S. CYRILLUS HIEROSOL.** 210. Gravis res est peccatum, grave malum est peccatum, sed non incurabile; grave relinenti, leve abiecienti. *Catech. 2.*
211. Triet peccatum nervos animæ, et conterit ossa mentis spirituales, ac lumen cordis obtenebrat. *Ibid.*
212. Opera infame sunt cuiusvis generis peccata, quibus te remanere necesse est; sicut cum aliquis fugit tyrannum, arma quoque illius violare studet. *Ibid.*, *Catech. mystag. 1.*
213. Tanto fit peior brutis animalibus vir in peccatis, quanto eisdem prestat, cum divina gratia est fultus. *Epist. ad Augustin. de Miraculis D. Hieronymi.*
214. Qui vult vere mundari a peccatis, peccare desistat. *Lib. contra Manich.*
215. Peccatum gratiam auferit, et penam inducit. *Super Epist. ad Romanos*, cap. 5, art. 8.
216. Pari ratio tenetur qui peccat, et qui peccantem, cum potest et debet, non corrigit, vel peccare permittit. *Super Apocal.*, cap. 2, art. 3.
217. Habet hoc infelix consuetudo peccandi, ut quanto amplius quis peccaverit, tanto minus ipsa peccata intelligat, tantoque amplius cum peccare delectet. *Prose.*
218. Peccatum enim rationem excecet, et laedit: et quanto magis peccamus, tanto anima nostra excecatione redditur. *De Mortificat. vivifica*, art. 9.
219. Nihil facit rationalem creaturam Deo Altissimo displicentem, nisi peccatum. *De profect. spirit.*, art. 3.
- S. BOGOTI.** 220. Curate levia quoad levia sunt, ne graviora fiant: peccata enim a parvis incipiunt, et ad magna mala perducunt. *Doctr. 3.*
221. Anima quo magis peccaverit, eo fit semper debilior: peccatum enim in miseriam quancumque trahit, et concutit. *Ibid.*, doctrina 7.
- S. EPHEMUS.** 222. Gravior penaque inferi, cum unus cogitatione, quam alius opere peccat, cum et hic penitentia reperit locum, ille vero minime. *De Confessione.*
- S. FUSENIUS CESARIENS.** 223. Non facile in peccata labitur, qui se moriturum cogitat, et sibi fore iudicem non ignorat. *Epist. ad Damas. Pap. de Mort. D. Hieron.*
- S. EUSEBIUS EMISEN.** 224. Modo potest peccare, sed postmodum non delectabit urdere. *Homil. 3 Epiphani.*
225. Intolerabile est peccati iugum, et foeta damnatio, et erubescenda subjectio. *Ibid.*, homil. 3 de Pascha.
226. Ante vos sit peccatum, ut contra vos esse non possit. *Ibid.*, homil. de Parat. Nivirit.
227. Habet hoc infelix consuetudo peccandi, ut quantum amplius quisque peccaverit, tanto minus peccata ipsa intelligat, et tanto plus peccare delectet. *Prose.*
228. Et quando subreptit peccandi delectatio, statim futuri iudicii diem abscondit oblivio. *Ibid.*, homil. 5, ad Monachos.
229. Scelus est, quod interdum nobis brevia ac vitia facit peccata nostra ipsa consuetudo peccandi. *Ibid.*, homil. 8.
230. Omne peccatum febris est animæ, que dum auferitur (quia nullum habet substantiam) in nihilum revocatur. *Super Orat. Manassis in il. lib. : Ne perdas me cum iniquitatibus.*
231. Omnis homo se peccatorem confitetur, sed se iniquum haberi pudet. *Super Job*, cap. xiii: *Quantas habeo iniquitates.*
232. Inimici peccatis nostris fiunt valentiores. *Super Psalm. vi.*
233. Rex soli Deo peccat; at qui sub iudicio vivit, peccat Deo, et legibus mundi. *Super illud Psalm. i. : Tibi soli peccavi.*
234. Si homo avertit peccatum, Deus avertit faciem ne puniat. *Super illud Psalm. i. : Averte faciem tuam, etc.*
235. Peccatum linguam obturare solet. *Super Psalm. i.*
236. Magna et profunda ignorantia, nescire quod pecces. *Super illud Psalm. lxxix. Nescitis.*
237. Sicut quamdiu humor est in cadavere, vermes nascuntur ex putredine: sic ex ipsa materia peccatorum gignuntur supplicia. *Super Ierem. cap. xiv.*
238. Unde cepit peccatum initium, inde iudicium. *Super Eszech.*, cap. 9.
239. Quoties peccamus, morimur; quoties benefacimus, vivimus. *Super Danielel.*, cap. xii.
240. Qui peccata peccatis addit, quasi funem connectit, quo flagellatur et ligetur. *Super Joan.*, cap. ii.
241. Unusquisque peccator, mole peccatorum pressus, et sua lege gravatus, et consuetudine sua mala jam factos, alios exemplo suo aperte corrumpit. *Super Joan.*, cap. vi, in illud: *Dominus, jam factus.*
242. Dum peccator contemnit, sepultus jacet: quando se penitet, surgit: quando confitetur prodit, quasi de oculis exeuendo manifestus. *Ibid.*, cap. xi, in illud: *Et statim prodit.*
243. Inquietus est in Deum peccasse, iniquitas in homines. *Super Epist. ad Rom.*, cap. i, in illud: *Super omnem iniquitatem.*
244. Peccatum res est adeo mala, ut ubi quis

- fuerit liberatus, ob ipsum rubore suffundatur. *Ibid.*, cap. vi, in illud: *Nunc vero liberati a peccato.*
245. Subjectus peccato facit quod non vult. *Ibid.*, cap. vi.
246. Peccatum deceptio est animarum. *Super Apocal.*, cap. xxx.
- GLOSS. INT.** 247. Deus revocat peccatores, qui a diabolo captivi tenentur: et tu abijcis, qui cum debes imitari. *Super II Reg.*, cap. xiv.
- S. GREGOR. MAG.** 248. Anima peccatrix miserando modo fit quotidie tanto securior, quanto peior. *Lib. 9 Moral.*, cap. 42 super illud *Job x*: *Reverasque mirabiliter me crucias.*
249. Gravioris est certaminis commissa peccata prodere, quam non admissa vitare. *Ibid.*, lib. 22, cap. 14, super illud *Job xxxi*: *Et celavi in sinu meo iniquitatem.*
250. Peccatum quod penitentia non diluit, ipso suo pondere mox ad aliud trahit. *Ibid.*, lib. 25, cap. 12, super illud *Job xxxiv*: *Novit enim opera eorum.*
251. Peccatum quod ex peccato oritur, non jam peccatum tantummodo, sed peccatum est et pena peccati: qua iusto iudicio omnipotens Deus cor peccantis obnubilat, ut procedentis peccati merito etiam in aliis cadat. *Ibid.*
252. Suggestio peccatum agnoscamus, delectatione vincimur, consensu ligamur. *In Pastoral.*, part. 3, cap. 1, admonit. 30.
253. Tardius peccatum solvitur, quod per consilium solidatur. *Ibid.*, admonit. 33.
254. Peccata si qui nolant vitare cum possunt, postea non possunt si volunt. *Lib. 6, in I Reg.*, cap. ii, super illud *xv*: *Nic voluerunt desperare ea.*
255. Superbit, qui peccatum (si liceat non puniri) non deserit. *Lib. 4 Moral.*, cap. 25.
256. Eo atrocius peccator in tormentis obruitur, quo alius in peccatis elevatur: cum transit quod extollitur, permanet quod puniatur. *Ibid.*, lib. 6, cap. 4.
257. Tunc varius a peccatis alienis abstinimus, cum prius nos a propriis custodimus. *Ibid.*, lib. 18, cap. 4.
258. Peccatores se esse plerumque confitentur, etiam qui se peccasse non credunt: sed cum peccata sua veraciter aliis arguentibus audiunt, defendunt se summopere, atque innocentes videri conantur. *Prose.*
259. Unusquisque ergo cum talis est, qui deliquisse se dicit, vere non dicit, quia peccatorem se non ex cordis intimo, sed verborum assent: iste de confessione peccati ornari vult, non humiliari: per accusationem suam humilis appetit videri, non esse.
260. Nam si confitendo peccatum, esse humilis veraciter appeteret, de perpetrato peccati arguentes se alios non impugnet. *Ibid.*, lib. 24, cap. 6.
261. Antiquus hostis peccatoris perditione satiat. *Ibid.*, lib. 31, cap. 6.
262. Usitatum humani generis vitium est, latendo peccatum committere, et commisitum negando abscondere, et convictum defendendo multiplicare. *Ibid.*, lib. 22, cap. 9.
263. Peccatum cum voce, culpa est in actione: peccatum vero cum clamore, culpa cum libertate. *Part. 3 Pastoral.*, cap. 1, admon. 22.
264. In factis saepe infirmitate, saepe negligentia: in studiis vero malitiosa semper intentione peccatur. *Ibid.*, admonit. 33.
265. Qui peccata minima hinc ac devitare quisque negligit, a statu justitie, non quidem repente, sed paribus totus cadit. *Ibid.*, admonit. 34.
266. Admissa peccata eo facilius oblivioni traduntur, quo ea vel nulla, vel levia putantur. *Super Septem Psalm. penit. super Psalm. iv*, vers. 3.
267. Qui neglecta Dei timore, peccata peccatis accumulat, profecto ut meretur frontem obducat. *Ibid.*, super *Psalm. i*, vers. 10.
268. Peccatum omne spina dicitur: quia domi confert delectationem, quasi pungendo lacerat mentem. *Ibid.*, super *Psalm. ii*, vers. 4.
269. Quo quisque melius sapit, eo deterius delinquit. *Part. 3 Pastoral.*, cap. 1, admonit. 23.
270. Iniqui cum fine deliquerunt, quia cum sine vivere: nam voluissent, si potuissent, sine fine vivere, ut potuissent sine fine peccare. *Prose.*
271. In peccato semper vivere cupiunt, qui nunquam desunt peccare dum vivunt. *Lib. 4 Dialogi*, cap. 44, verbo *Hoc.*
272. Peccatum quod per penitentiam citius non deletur, peccatum est, et causa peccati, simulque et pena peccati. *Prose.*
273. Omne enim quod prius committitur peccatum est: sed si citius penitendo non tergitur, iusto iudicio omnipotens Deus obligatum peccatis mentem etiam in culpam alteram permittit cadere: ut qui flendo et corrigendo noluit mundare quod fecit, peccatum incipiat peccato cumulare.
274. Peccatum ergo quod penitentia lamento non diluitur, peccatum simul est, et causa peccati: quia ex illo oritur unde adhuc peccatoris animus altius obligatur.
275. Peccatum vero quod ex peccato sequitur, peccatum simul est, et pena peccati. *Homil. 11, super Eszech.*
276. Tanto amplius peccati rubigo consumitur,

quanto peccatoris cor magno claritatis igne concen-
tratur. Homil. 33 super *Evangelium*.

277. Perditur homo cum peccat, invenitur cum
peccatum adversum se iam penitendo pronun-
ciat. *Prose*.

278. Dum ille qui peccavit, confitendo iustifi-
cari incipit, in luce jam cernitur, ubi positus in-
venitur. Lib. 4 in *1 Reg.*, cap. iv.

279. Quid sunt peccata, nisi languores anima-
rum? *Ibid.*, lib. 6, cap. 3.

S. GREGOR.
MAG.

280. Peccatum mors animae est, atque perni-
ciosa. Oral. 9, in *Funeris patris sui*.

281. Peccare, humanum, ne infernus est com-
positionis. Oral. 3, de *Seneca laudato*.

282. Peccatum humilitatis est mater, con-
versio vero humilitatis. Oral. 4, in *Julian, Im-
perat.*

MAYNO.

283. Funis torquendo componitur, ut longior
efficiatur: et quicumque peccatis peccata addant,
quasi funem faciunt, quo in poena ligentur. *Serm.
Dom. 21, post Pent.* super illud *Prova*, cxviii: *Fu-
nes peccatorum circumpleti sunt me.*

284. Ille fit diaboli habitatio, in cuius mente
regnat peccatum. Super *Apocal.*, cap. xii, in il-
lud: *Neque locus invenitur est, etc.*

S. HIERON.

285. Ad peccatum maximum, quod opere per-
petratur, nequaquam pervenies, si incentiva vi-
tiorum statim in mente jugulas, et parvulus Ba-
bylonis allidis ad petram, in qua serpentis vesti-
gia non reperiuntur. *Epist. 8 ad Dnystrid.*

286. Malorum solutium est bonos carpere, dum
peccatorum multitudine patiunt culpam manui
peccatorum. *Epist. 10 ad Furionem*.

287. Multitudo peccantium, peccandi licentiam
subministrat. *Epist. 12 ad Gaudencium*.

288. Pro nefas! orbis terrarum ruit, in nobis
peccata non timuit. *Ibid.*, etc.

289. Tanto facilius abstinentis a quocunque
delicto, quanto illud magis cavemus: non cito ad
maiora progreditur qui etiam parva formidat.
Epist. 18, ad Celantium.

290. Peccantium multitudo non parit errori pa-
tracientium. *Epist. 20 ad Rufinum*.

291. Hominem absque peccato posse esse, si
velit, sine Dei gratia etiam cogitare, sacrilegium
est. Lib. 1, *dialog. advers. Pelag.*

292. Peccatorum est jacere, iustorum stare.
Epist. 24, ad Damas. Pap.

293. Peccatum odoris est putridi, virtus spirat
unguenta. In homil. super *Cont. ad Damas. Pap.*

294. Porta diaboli est peccatum: sicut homo
iustus Spiritus sancti porta est. Super *Epist. ad
Ephes.*, cap. 4, in illud: *Nolite locum dare dia-
bolo.*

HUGO A. S.

295. Melius quaedam peccata, maxime que

dulescent nobis, fugiendo viciniam, quam resis-
tendo. *Serm. 38, de divers.*

296. Quatuor sunt que aggravant peccatum:
qualitas generis, frequentio, duritiam, impeni-
tentia. Super *Gen.*, cap. iv.

297. Sepe cum aliquis evadit unum peccatum,
incurrit in aliud: vitia enim complexa sunt, et
sepe mutuo jurant. *Ibid.*, cap. 14.

298. Dominus sepe tentat de aliquo peccato
permitteri, ne tentati de alio succumbamus. *Ibid.*

299. Peccatum tria habet tribus respondentia,
Dammosum est, inde dolor: turpe est, inde pudor:
pernoscit est, inde timor. *Ibid.*, cap. 49.

300. Quatuor modis peccamus in opere. Primo
latenter, secundo publice, tertio consuetudine,
quarto superba excusatione. Super *Job.*, cap. 4.

301. Quod virtus unit, peccatum disjungit.
Ibid., cap. 8.

302. Anima peccatrix, meretrix est. Super
Psal., xxx.

303. Peccatum est hamus diaboli, quo capiuntur
homines. Super *Psal.*, li.

304. Prima et maxima poena, est ruina de pec-
cato in peccatum. Super *Psal.*, lxxvii.

305. Peccator fit iumentum diaboli, portans in-
differenter ejus onera. Super *Psal.*, lxxli.

306. Peccatores cadunt cogitando; cadunt con-
sentiendo; conteruntur operando; illaqueantur
per consuetudinem; capiuntur in morte. Super
Prov., cap. xxviii.

307. Multum impie agi, qui sine pudore pec-
cata committit. Super *Ecclesiasten*, cap. vii.

308. Non necessitate peccamus, sed perversa
voluntate, que ex liberi arbitrii qualitate pro-
cedit. Super *Sapient.*, cap. 1.

309. Quot peccata habes in corde, tot simul-
clava habes in domo tua. Super *Isai.*, cap. xlvii.

310. Malum est peccare, pejus est peccatum
factum manifestare, pessimum ipsum defendere,
et se innocentem reputare. Super *Hieron.*, cap. ii.

311. Longo gravius est causam peccati pra-
bere, quam peccare. Super *Luce.*, cap. 17.

312. Peccatores conditiones quidem Dei sunt,
voluntate autem sua sunt diaboli. *Ibid.*, cap. 19.

313. Liberos peccant homines, cum credunt se
a nemine videri. Super *Joan.*, cap. 1.

314. Nihil habemus proprium in hoc mundo,
nisi peccata. Super *1 Machab.*, cap. iii.

315. Quanto magis ad finem vitam accelero,
tanto magis peccatis involvor. Lib. 4 *Contem-
plat. de Innocent.*, cap. 4.

316. Ut unumquodque peccatum possit extin-
guere, causa atque occasio, per quam, vel ob quam
admissum est, debet primitus amputari. Collat.
20, *Abbat. Pinapfi*, cap. 10.

VICTORA.

HUGO CARD.

S. JOHANNES
CHRYSOST.

317. Impossibile est, ut aut ignorantia, aut
negligentia, aut vanitate, aut obreptione, nulli cog-
itatione, aut necessitate, aut oblivione non peccet.
Collat. 22, *Abbat. Theon.*, cap. 7.

318. Peccatum magna confusio est, et ideo non
solum embecere, sed se occultare debent peccato-
res, et miseris dicere et reus. Homil. 10, super
Gen.

319. Nihil peccato pejus, ipsum ut introierit
non solum confusio totum replet hominem,
sed et insipientem facit eum, qui antea intellectu
et sapientia multa proditus fuerat. *Ibid.*, ho-
mil. 17.

320. Qui amissa dignitate per peccatum magis
subditus est, et imperium fert potius, quam im-
perat: amittit et nomen quod sit homo, et bru-
torum in se nomina transiit. *Ibid.*, homil. 17.

321. Talis hominum natura est, ut si quando
peccans non refranatur, sed secure agit, ulterius
procedat, et in praecipis furatur. *Ibid.*, homil. 26.

322. Qui peccato exponit se, obstruitur a cogi-
tationibus absurdis. *Ibid.*, homil. 64.

323. Peccatum quando consummatum est, et
opere perfectum, tunc suae absurditatis ostendit
excellentiam. *Ibid.*, homil. 64.

324. Peccatum, donec consummatur, obtene-
brat mentem, et quasi densa nubes mentem con-
rumpit: deinde conscientia insurgit post consum-
mationem, et quovis acensatore mentem graviter
arrodit, monstrans absurditatem facti. *Ibid.*

325. Is quem peccare delectat, duplex seculi et
genium crimen admittit: et quod debita homi-
nino servitutis non reddit obsequia, et quod nu-
mera beneficia peccando ejus pensare nititur
contumelia. *Serm. Quomodo prius*, etc.

326. Qui volens deliquit, vel sponte furit in
peccatis, damnus est. *Serm., de Davidicis Canticis.*

327. Non potest cogitare peccatum, qui supplicium
cogitando veretur. *Prose*.

328. Non potest delinquere, qui futura premia
meditatur.

329. Oblivio mandatorum causa est delictorum.

330. Formido supplicii, abolitio est peccati.
Serm. Super illud Isai: Si *Vulceris et audieris me*, etc.

331. Tunc gravius crimen peccatum est, cum
in peccato duratur. Homil. de *Jona Propheta*.

332. Nihil grave aequo et onerosum invenies,
quam peccatum. *Ibid.*

333. Primum est bonum, nihil omnino pec-
care: secundum vero, post peccatum sentire quod
commiseris atque lugere. Homil. 14, super
Math. Oper. perf.

334. Peccatum gravissima paralysis est: non

paralysis solummodo, sed paralysis etiam pejus,
Ibid., homil. 68.

335. Vere in hoc peior est homo peccator,
quam animal: quoniam animal etsi non glorifi-
cat Deum, non exacerbat: homo autem peccator
non solum non glorificat Deum, sed adhae exacer-
bat. *Ibid.*, homil. 25, super *Math. Oper. imperf.*

336. Sine causa fugit ante diabolum pedibus,
qui sequitur eum peccatis. *Ibid.*, 49.

337. Grandis daemon peccatum est. Homil. 16,
ex *Dicere*, in *Math.*

338. Nihil peccato turpius est, nihil ignomi-
niosius: eo autem qui peccatorum sordibus in-
quinatur, nihil obscenius, nihilque contemptum
dignius. Homil. 4, super *Joan.*

339. Nihil peccato sordidius, nihil immundius.
Ibid., homil. 51.

340. Peccatum mortuo animo gravius est et facinus
oblet. *Ibid.*, homil. 73.

341. Gravis, gravis, inquam, res est, et oner-
osa peccatum, et omni plumbo onerosius. *Ibid.*,
homil. 87.

342. Peccatum quando pariturus, habet con-
fusionem ac pudorem: ubi autem perfectum fue-
rit, impudenter facit eos, qui ipsum parantur.
Homil. 40, super *Acta Apost.*

343. Unumquodque peccatum, ubi patratum
fuerit, et ad finem pervenerit, relinquit in anima
venenum. *Ibid.*, homil. 41.

344. A peccatis duplicia gravis sunt: nunc
quidem quod impingimus, alterum quod deterio-
res efficiunt. *Ibid.*

345. Voluntarius daemon est peccatum, sponta-
neaque insaniam. *Serm. 28, super Epist. ad Rom.*

346. Feroceem peccatum hominem facit, contu-
maceem et impudentem reddit. Homil. 3, super *I
Cor.*

347. Quamvis quisquam locuples sit, quamvis
generosus et nobilis, est tamen inter objectos ab-
jectissimus, cum a peccato vincitur. *Ibid.*, ho-
mil. 9.

348. Nihil tam praeter rationem est, quam pec-
catum: nihil tam insitutum, nihil tam futurum, nihil
tam veniens: omnia evertit, confundit, perdit.
Ibid.

349. Non est, non est, inquam, aliquid pecca-
tum quod non dilectionis virtus, instar ignis con-
sumat. *Prose*.

350. Facilius est enim stipulam tenuem ac viliam
multo igni resistere, quam peccati naturam di-
lectionis vi, ac potentia. Homil. 4, super *I Thess.*

351. Nihil peccato putidius est, et putredine
omni peccatum daterius est atque feclidius. Ho-
mil. 2 super *I Timoth.*

352. Peccato nihil amarius, et hoc nocent, qui

post admissum peccatum conscientie morore macerantur, quomodo dira amaritudine consumuntur. Homil. 31, super *Epist. ad Hebr.*

353. Talis res est peccatum, ut nullo prodar arguente, nullo condennat accusante, nullo fugiat persequente, pavidum faciat et timidum peccatorem. Homil. 3 ad *Pap. Antioch.*

354. Hominis illustis et vulgus cogniti delictum commune omnibus damnari offert. Lib. 3 de *Sacerdot.*

355. Nihil peccante pauperius, nihil ditius est justo. Serm. 5 de *Penit.*

356. Peccatum conceptum volubris est, in precordiis hominis pariens mortem, nisi fuerit penititudine expiatus. In serm. de *Penit.*

357. Peccati conceptio serpens est, in precordiis latens: consummationem vero, venenum spiritus, et lethiferum generat morbum. *Ibid.*

358. Qui peccatum parit, in iudicium cadit: et si neglexerit, in ipso manebit. *Ibid.*

359. Peccati pater et mater, est venter incontinenens et libido. *Ibid.*

360. Peccati virtus, confusa est ebrietas, et castigandi securitas. *Ibid.*

361. Pondus peccati deprimit desperantem. *Ibid.*

362. In corde pigri, ut cinis ardet peccatum. *Ibid.*

363. Peccare humanum est, percurrere autem in flagitiis, non humanum, sed penitus diabolicum. Epist. 5 ad *Theodor. laps.*

364. Ea peccata nos condennant, qua scientes et voluntarie facimus. Homil. 44, super *Gen.*

365. Non tam grave facinus est peccare, quam post peccatum se non pudere. Serm. 3, de *Provident.*

366. Peccatum dum aperitur, minus efficitur: si vero tegatur, peius. Homil. 41, ad *Populum Antioch.*

367. Peccatum ubi initium cepit, nec est qui id ulterius progredi impediat, coliberi postea ac frænari haud facile potest. Lib. *Contra Gentes.*

368. Peccati natura, nisi restringatur, procedens alterius, gravius certe ac magis indomitaefficitur. *Ibid.*

369. Pondus peccati etsi velit, etsi nolit, peccatorem humiliat et incurvat. Lib. 2, de *Conspunct. cordis.*

370. Tale est peccatorum debitum, ut si solliciti sinas ad solvendum, leve sit: sin negligentes, erit gravissimum. Serm. 1 de *Adam, Solomonis, etc.*

371. Quanto sapientiores aut potentiores fuerimus, tanto magis, si peccaverimus, puniemur. Serm. 5, super *Epist. ad Rom.*

372. Omnia increscunt mala, cum et peccamus, nec videmur nobis delinquere. Homil. 6 super *II Cor.*

373. Dormit et mortuus est, qui in peccatis est: nam et male facit ut mortuus, et inutilis est ut dormiens. Serm. 18, super *Epist. ad Ephes.*, in illud 5: *Exurge qui dormis.*

374. Quod peccamus non aliunde nobis oritur, quam quod Dei metus a nobis absit. Lib. 1 *Patroll.*, cap. 12.

375. Peccatum dum committitur, pudoris aliquid admetum habet: cum autem admissum est, eos qui id admisserunt impudenter reddidit. *Ibid.*

376. Perdidicimus est, quadrupedibus quidem imperare, a peccato in servitutem trahi. *Ibid.*

377. Peccata, quanto sunt spiritualiora, et quanto sunt sub majori specie boni palliata, tanto periculosiora sunt, et a sanatione magis distant. In *Regular. moralib. de gula.*

378. Humanum est peccare, diabolicum in peccatis perseverare. Serm. 1 de *Omni. sanctis.*

379. Qui peccaverit, abscondit sibi Deum: ipse vero Deo manifestus manet, sed non acceptus. Super *Prolog. Regule S. Bened.*, cap. 2.

380. Qui semper peccat, semper Deum irritat: et toties manus injicit in Deum, quoties mortaliter delinquit. *Ibid.*, cap. 2, text. 1.

381. Peccatum admittere, cadere est in peccatum: consuetudinem vero peccandi facere, os patet est constringere, ne is qui occidit valeat exire. In cap. 7, *Regul. S. Bened.*, grad. 12.

382. Multi vitam sine crimine habere possunt, sine peccato vero non possunt. Lib. 2 de *Sum. bono*, cap. 18, sent. 1.

383. Majoris est culpa manifeste, quam occulte peccare: dupliciter enim reus est, qui aperte delinquit, quia et agit et docet. *Ibid.*, cap. 20, sent. 1.

384. Aliud est non peccare amore dilectionis Dei, aliud timore supplicii. *Prosev.*

385. Qui enim amore charitatis Dei non peccat, horrescit omne malum, amplectendo iustitiam bonum: nec enim delectat peccatum: etiamsi secleris impunitas promittatur. Qui vero solo supplicii timore in se vitia reprimat, quamvis non expliat opus peccati, vivit tamen in eo voluntas peccandi, doletque sibi illicitum, quod lex prohibere dignoscitur. *Ibid.*, cap. 21, sent. 1.

386. Melius est peccatum cavere, quam emendare: factus enim resistitur hosti, a quo non dum victus sumus, quam et a quo jam superati ac devicti cognoscimur. *Ibid.*, cap. 23, sent. 1.

387. Omne peccatum antequam admittatur, amplius pertimescitur: cum vero in usu venerit

(quamvis grave sit) leve existimatur, et sine ullo metu committitur. *Ibid.*, sent. 2.

388. Frequenter peccare evadendum est, ne forte dum expectamus a vitis surari, et vitia multiplicemus, et salutem non adipiscamur. *Ibid.*, cap. 23, sent. 9.

389. Ibi peccamus, ubi cupiditate vel voluntate defestimur: ubi vero violenter addicimur, etsi factus aut flagitium non est, miseria tamen est. Lib. 3 de *Sum. bono*, cap. 5, sent. ultima.

390. Ibi pecca, ubi Deum esse nescis. Lib. 2 de *Synon.*, cap. 11.

391. Majus peccatum efficitur, non ob naturam, sed ob perpetrantis dignitatem, Lib. 1, epist. 121, ad *Theon. episc.*

392. Grave est eum qui inter subditos censetur, peccare: gravius eum qui divino cultui consecratus est: longe vero gravissimum eum qui pontificis dignitatem nactus sit. *Ibid.*, lib. 3, epist. 15, ad *Elianan.*

393. Eo pejus est cum notitia et scientia peccare, quam sine scientia, quo gravius est peccatum, quod causam excusationis non habet, eo quod habet. De *necessariis quibusdam Questionibus*, explicatio 3.

394. Quosdam nec pudor vitiorum tenet, sed patrocinia turpitudinis sus fingunt, ut etiam honesta peccare videantur. Lib. 3 de *Divin. Inst.*, cap. 15.

395. Ille qui peccat, sperare non debet perpetuam impunitatem, quia nulla est perpetua felicitas. De *Ira Dei*, cap. 20.

396. Nullus est, qui nihil peccat, et multa sunt, qua ad peccandum irritant: aetas, violentia, egestas, occasio, premium. *Ibid.*

397. Servorum filiorumque peccata non coerent, peccatum est. *Ibid.*, cap. 18.

398. Omnis virtutis officium est, non peccare: quo profecto fungi non potest, qui Deum nescit. Lib. 6 de *Divin. Inst.*, cap. 5.

399. Sicut nihil prodest male viventi ante acta vitia prohibita: ita nihil officium peccata vetera correpto. *Ibid.*, cap. 24.

400. Peccatum vitare sapientis est. In *Epitome*, cap. *Non.*

401. Diabolo utemque peiores sumus, cum peccamus, quoniam diabolus nulla precedentis peccati vindicta superbiens peccavit. Ille in innocentia constitutus, nos restituit. Ille persistit in malitia Deo reprobande, nos Deo revocante. Ille induitur ad puniendum, nos ad blandiendum. Ille contra nos requiritentem se, nos contra morientem pro nobis. *Le Ligno vite*, tract. 12, de *Humilitate*, cap. 4.

402. Nullum adeo est grave peccatum, quod Tom. III.

Christi sanguine non delectat. De *Discipl. monast.*, conversat. cap. 12.

403. Nullum peccatum sine cupiditate committitur, et omnis appetitus illicitus istius aviditatis est morbus. Serm. 9 de *Passione Dom.*

404. Peccatum in causa est, quod quidam paralyisi laborant, mutilati sunt, febricitant, et agrotant. Homil. 16.

405. Omne ferme peccatum propter voluptatem conficitur. Centur. 2 de *charit.*, cap. 14.

406. Qui peccatum non odit, cum sit inter peccatores, etiamsi non fecerit ipsum peccatum, tamen fecisse iudicatur. *Parvens.* 205.

407. Peccati pomam metuo, turpitudinem vero negligo: in utroque enim excessus periculosus est. *Ibid.*, *Parvens.* 209.

408. Quid dulce, quid suave potest unquam habere peccatum? Homil. 12 in cap. 21 *Numer.*

409. Peccata vires hostilium praebent: et ipse diabolus in nobis aliquid non prevaleat, nisi et vires ex nostris vitis praeberemus. Homil. 2 in cap. 2 *Judit.*, super illud: *Confortasti Dominus Eglon.*

410. Qui peccatorum factoribus delectantur, sunt velut porci, qui foetorem omnium, tanquam odorem maxissimum expetunt. Homil. 4, in *Psalm. xxxvii*, super illud: *Patriarum et corruptis non*, etc.

411. Hoc ipsum grave peccatum, et oblatio mentis signum, quod nullo peccato intelligis te gravatum: membrum enim quod ita stupuit, ut sentire non possit, longo est a salute. Epist. 118, ad *Archidiaconum Eboracensem.*

412. Vix unum transigimus diem, in quo non offendimus Deum, aut proximum. *Ibid.*

413. Qua sterora, quis sanguis monstrans, que putredo cadaverum immundior est, quam peccatum? *Ibid.*, de *Penitentia injungenda.*

414. Quis est peccator, nisi qui se peccatorem negat? magis ipse peccator est. Et, ut verius dicam, ipse jam peccatum est, qui se jam non intelligit peccatorem. Serm. 30.

415. Prima est felicitas, in peccatorum turpitudinem non venisse: sed felicitas est secunda, peccatorum veniam peccatis intentibus invenisse. *Ibid.*, serm. 34.

416. Lucem tenebrae fugiunt, tenebrae luce redempti abscedunt: ubi Deus, peccatum in hunc; ubi peccatum, non ibi Deus. *Ibid.*, serm. 44.

417. Qui peccare cepit, peccatorum colit et veneratur antiquos: hinc est quod Veneri adhaerit inservit, hinc est quod se Marti crudelis addicit. *Ibid.*, 155.

418. Ille Deum in corpore suo portat, qui nullum portat in suae carnis operatione peccatum. *Ibid.*, serm. 168.

S. LEO I.

S. MACHAN. EGYPT. SEN.

S. MAX. MART.

S. NIKUS ABB. MARY.

ORIGEN.

PETR. ELES.

S. YETROS CERSELL.

PETR. LOMB. MAGISTER SENTENT.

419. Peccatum non est admissum actione quam prius admissum erat voluntate, Lib. 2 Sent., dist. 42.

FRILLO JUD.

420. Peccare et peccatum fovere perinde est. Lib. 1 de Specialib. legib.

SALVIANUS.

421. Non quemadmodum sponte peccare, iniquum ac scelerosum est: ita etiam invito ne pecc ignorantiam peccare, statim iustum censeri debet; neque enim peccatum ullum iustum opus est. Et habet, apud D. Joan. Damasc., lib. 2 Parat., cap. 23.

S. THEODOR. ANTIOCH.

422. Tanto consensu omnes peccata sequimur, quasi summi consilii conspiratione peccemus. Lib. 4 de Gubern. Dei.

S. THEODOR. ANTIOCH.

423. Si honorator est persona peccantis, peccati quoque major est suorum. Ibid.

S. THEODOR. ANTIOCH.

424. Mala inaccessibiliter malis addimus, et peccatis peccata cumulamur. Ibid., lib. 6.

S. THEODOR. ANTIOCH.

425. Qui ignorantia peccant, errore agnito corrigantur. Ibid.

S. THEODOR. ANTIOCH.

426. Si famibus peccatorum errorum perteriti homines alligantur, ipse se absque dubio alligat peccator quisque cum peccat. Ibid.

S. THEODOR. ANTIOCH.

427. Discimus quanta mala peccatum accersit, non solum his qui illud admittunt, sed et illis qui subserviunt. Quest. 34, super Genes.

S. THEODOR. ANTIOCH.

428. Difficile sanantur peccata, quo non statim aut crescere cupimus, opprimuntur. Prover.

S. THEODOR. ANTIOCH.

429. Facilis est eorum eradicatione, cum qui dum peccaverunt, sine peccandi emolumentum inveniant penitendi. Epist. Paschal. 3.

S. THEODOR. ANTIOCH.

430. Peccati cessatio, virtutis principium est. Ibid.

S. THEODOR. ANTIOCH.

431. Consuetudo peccandi peccatores facit horribiles. Lib. 2 in Esang.

S. THOMAS AQUINAS.

432. Homo peccando ab ordine rationis recedit, et ideo a dignitate decidit humana. 2, 2, quest. 64, art. 2.

SENTENTIE PAGANORUM.

ARISTOTEL.

433. Necessae sunt peccata omnia, aut a nascente, aut ab invito, aut a volente, atque sciente fieri. Lib. 1 Ethic., cap. 13.

CATO FORA.

434. Nolo putare, pravos homines peccata lucrari: Temporibus peccata latent, et tempore parent. Lib. 2 Distictor., instr. 28.

CICERO.

435. Dicimus multos ideo peccare et delinquere quod a multis exempla sumunt. Lib. 4 Bhetor. ad Heron.

436. Praeter culpam ac peccatum homini accidere nihil potest, quod sit horribile, aut permissendum. Lib. 5, epist. 21, ad Messiniam.

437. Peccati dolor maximus est, est aeternis: solus, cuius peccatum corrigi non potest. Lib. 11, epist. 15, ad Alitum.

438. Peccata non rerum eventus, sed vitis hominum metienda sunt. De Paradoz., cap. 4.

439. Peccare certe nemini licet: quod autem non licet, id hoc uno tenetur, si arguitur non licere: id siquidem nec minus nec minus unquam fieri potest, quoniam cum in eo est peccatum, si non licet. Ibid.

MIRUS PUBL.

PLATO.

440. Bis peccas, cum peccanti obsequium accommodas. In suis Sentent., sent. 43.

441. Si qui propter peccatorum magnitudinem inenarrabiles esse videntur, perpetratis aut sacrilegiis multis et inanis, aut creditis iniustus, aut facinoribus commissis, hos consentaneas sors proficit in tartarum, unde nunquam egredientur. Proter.

442. Qui vero sanabilibus quidem magnis peccatis obnoxii esse considerant, et in reliqua vita egerint penitentiam, in tartarum incident: postquam autem ibi animi vel plus vel minus, ut purgantur, fuerint commorati, tum egredientur, et ab illis malis liberantur atque solvuntur, tanquam carceribus quibusdam, in superiorem vero illam purgatione regionem, quae terra sperpentium, in qua ad incalendum sedes sunt illis constituta, perveniunt, quas non est facile explicare. In Dialog. Phaedon.

443. Cum quis a se commissa multa peccata deprehendat, conscientie labes eum non patitur quiescere: sed in somnis et ubique extoritur ipse atque percellitur, et cum mala spe vitam tolerat. Prover.

444. Contra vero eum qui nullis sceleris sibi esse conscius, iuranda spes perpetuo conulatur. Lib. 1 de Republ.

PLINIO II.

445. Quo amentia? in hoc totum diem impendens, ut offendas. Lib. 6, epist. 17 ad Restitut.

446. Quis non e vestigio suo exilivit? multa fecimus sponte, plura instinctu. In Panegy. de Trajano Augusto.

447. Certatur ingenti quodam nequitia certamine: major quotidie peccandi cupiditas, minor verecundia est. Lib. 2 de Ira, cap. 8.

SENeca.

448. Iam sibi pomas dedit, qui peccavit. Ibid., cap. 30.

449. Peccamus omnes, alii gravia, alii leviora, alii forte impulsi, aut aliqua nequitia oblati. Lib. 1 de Clement. ad Novem., cap. 6.

450. Facit consuetudinem peccandi, multitudine peccantium. Ibid., cap. 21.

451. Verecundiam peccandi facit ipsa clementia peccati. Ibid.

452. Magna pars peccatorum tollitur, si peccatoris testis assistat: o felicem illum, qui non aspectus tantum, sed et cogitatione emendat. Epist. 11.

453. Initium est salutis, notitia peccati. Epist. 28, Proter.

454. Nam qui peccare se nescit, corrigi non vult: deprehensus tunc oportet, antequam emendetur. Ibid.

ANTONIVS DE PADOA.

S. AUGUST.

455. Dues sunt propter quos delinquimus: aut inest animo pravus opinioibus malitia contracta, aut eliam non est falsa occupatus, ad falsa proclivis est, et cito specie quo non oportet trahente, corrumpitur. Epist. 94.

456. Prima et maxima peccatum est poena, peccasse. Epist. 97.

457. Omne peccatum actio est, actio autem omnis voluntaria est, tam honesta, quam turpis: ergo voluntarium est omne peccatum, De Moribus.

458. Bonus vir est, qui eo perduxit affectu animi, ut non tantum peccare non velit, sed etiam non possit. Ibid.

459. Inviat culpam, qui peccatum preterit. In suis Proverb., in fine postis.

REX. PHEL.

460. Omne peccatum impietatem patit: non enim manus vel oculus peccat, vel aliquid huiusmodi membrum: sed male aut manu, vel oculo, peccatum est. Sent. 9.

461. Pesimum est peccatoribus in unum convenire, cum peccant. Ibid., sent. 99.

462. Optimum quidem est, non peccare: peccantem vero se agnoscere, quam ignorare melius est. Ibid., sent. 273.

VALERIUS MAXIMUS.

TRIMEG.

463. Plus voluisse peccare nocuit, quam non peccasse profuit. Lib. 6 Dictor. memorabil., cap. 1.

464. Quot delinquant, ignorantes, ut ob eam causam immortalitate priventur. Lib. de Potest. et sap. Dei, cui titulus, Pinander., cap. 1.

Vide etiam tit. Adulatio, sent. 20; Anima, sent. 184; Austeritas vitae, sent. 49; Auctoritas, sent. 35; Coelitas, sent. 34; Clamor, sent. 65, 66; Clericus, sent. 115; Compunctio, sent. 108; Confessio, sent. 186; Conscientia renouans, sent. 7, 24, 25; Conscientia, sent. 22, 29, 49; Consuetudo, sent. 123, 124, 125; Correctio, sent. 77; Corruptio, sent. 27; Defensio, sent. 9, 32; Delectatio, sent. 54, 55; Desperatio, sent. 20; Differentia, sent. 22, 26; Displectere, sent. 34; Dominio, sent. 32; Dormire, sent. 30; Eae, sent. 76; Exemplum, sent. 17, 64; Finitis, sent. 4; Furor, sent. 30; Fides, sent. 44, 108; Furor, sent. 44; Gehenna, sent. 8; Impudentia, sent. 1; Enigmata, sent. 48. Liberos arbitri, sent. 5, 6; Malum, sent. 30; Multitudo, sent. 24, 25; Negligentia, sent. 5, 6, 7; Oecario, sent. 10, 11; Patencia Dei, sent. 53, 55, 57; Tunc peccat, sent. 10, 13, 16, 70, 71; Verecundia, sent. 28, 38, 39, 40, 41; Voluptas, sent. 50, 145, 151.

PECCATUM MORTALE.

COLLECTOR.

Definitio. Peccatum mortale est peccatum, ex se indignum peccanti spiritum primam mortem, et constituens secundam reum.

SENTENTIE PATRUM.

S. ABERNOS.

1. Sagitta mortis est peccatum, per quod animus jugulatur. Super I Cor., cap. 15, in illud: Stimulus mortis, etc.

2. Nemo gravior moritur, quam qui peccato vivit. De Noe et Arca, cap. 10.

S. ANTONIVS DE PADOA.

S. AUGUST.

3. Quot mortalia peccatores habent, tot Deos invocant et adorant. Serm. Dom. 6, post Trin.

4. Amat mortem, qui vitam precepta non servat: et horret vitam, qui peccata mortis debita desperata mors frequentat. Serm. 3 de Verb. Dom.

5. Dulce est peccatum, sed amara est mors. Homil. 42 de Quinquagesima Homil.

6. Animi si peccaverint, miserae sunt. Lib. 3, de Lib. arbit., cap. 9.

7. Mors hominis ex poena peccati est, unde et ipse peccatum dicitur: non quia peccat homo dum moritur, sed quia ex peccato factum est ut moriatur. Lib. 14, contra Faust., cap. 3.

8. In peccato moriturus omnes, non in morte peccant: nam peccata procedente morti sequuntur, non morte procedente peccatum. Lib. 4 ad Bonifacium, cap. 4.

9. Omnis qui peccat, moritur. Tract. 49, super Joan.

S. DONAT.

10. Non aetatis temporalis facit, ut peccatum mortale aeternitatem puniatur, sed circumstantia illius in quem peccatur. Super Luc., cap. 6.

11. Immisericorditer ex animo tua, ipsam peccatum occidendo, quam Iudas corpori suo, ipsum jugulando. Serm. 2, Dom. 1, post Pent.

12. Nunquam est peccatum mortale in inferiori parte, alioque superiori. Super lib. 4 Sent., dist. 24, art. 2, quest. 2.

GLOSS. INT.

13. Quoties peccatum, moritur: quoties beneficium, virtus. Super Daniel., cap. 13.

S. GREGORIUS MAG.

14. Cum in peccato animus moritur, citius ad vitam reducitur, si super hunc sollicitus cogitationes vivunt. Lib. 4 Moral., cap. 28.

15. Ita fit diaboli habitatio, in cuius mente regnat peccatum. Super Apocal., cap. 12, in illud: Neque locus tentandus est, etc.

MAYNO.

16. Quod leve est, levatur: quod gravior, audivit. Lib. 2, super Ierem., cap. 25, super illud: Cum abierit Dominus, etc.

HUGO CARD.

17. Quantumvisque magnum sit peccatum, major est misericordia Dei. Quod si via scire, poena peccati in sidera Crucis: peccata trahunt ad infernum, sed calumnias penitentiam propitios, elevat ad caelum. Super Gen., cap. 6.

18. Qui est in mortali peccato, non est digna etiam pane quo vescitur. Prover.

19. Qui est in mortali, indignus est omni bono, etiam vita lata. Ibid., cap. 45.

20. Quoties peccat quis, toties in seipso interit. Christianum. Ibid., cap. 26.

21. Peccatum mortale, quod concipitur per al-

quem de sensibus, occidit sensus interiores et exteriores. Super *Job*, cap. xxxi.

22. Omnia peccata, que usque ad animam intrant per delectationem, suffocant per consensum, submergunt per operationem, putrescere faciunt per consuetudinem. Super *Psal.* lxxviii.

23. Peccator quilibet infernus est, ubi sunt tenebræ obscurissimæ: quia ibi non licet sol justiciæ, ibi tot demones, quot vitii, ibi algor infidelitatis, ibi ardor iniquitatis. Super *Proverb.*, cap. xv.

24. Omnis qui est in mortali, est iumentum diaboli, quod per capistrum, id est, per unum peccatum, ducitur ad aliud. Super *1. Cor.*, cap. xi.

S. INNOC.

25. Lethalis est venenum peccati, quam venenum serpentis. Super *Psal.*, xxxvii, vers. 3.

JOAN. CASS.

26. Quid perniciosius, quidve deformius, quam ut quis honestatis iudicium et regulam ac disciplinam rectæ discretionis amittat, et ea sanus ac sobrius perpetret, quæ nec temulentus quidem quis ac sensu indigens venialiter admittet? Collat. 19. *Abbat. Joan.*, cap. 14.

JOAN. TRIBT.

27. Qui semper peccat, semper Deum irritat: et toties manus inicit in Deum, quoties mortaliter delinquit. Super *Prolog. Regul. S. Benedicti*, cap. 2, text. 1.

28. Omnis qui mortaliter peccat, Janum cordis sui diabolo aperit, Deo claudit. Lib. 1, homil. 3, ad *Thimotheos*.

LACT. PIVM.

29. Peccatum pabulum mortis est. Lib. 4, de *Divis. Inst.*, cap. 25.

S. LAURENT. JUNIEN.

30. Nemo mortaliter peccat insitis, nullusque, nisi volens, immiscuit suavitatem spiritualium servus efficitur. *De Humilit.*, cap. 5.

31. Quo impuniti libertica peccant, eo vehementius damnatione peccantur æterna. *De Signo vite*, tractatu 10, de *Properitate*, cap. 3.

PETR. BLES.

32. Quis stercora, quis sanguis menstruus, quis patredo cadaverum immundior est, quam peccatum? *De Patient. injungenda*.

ROBERTUS A SOBONA.

33. Peccatum primum malum est, quod obligat hominem ad mortem æternam, sed ad pabulum inferni. In *libello dimeris Paraliis*.

SALVIANUS.

34. Cum ea, quibus torquemur, admittimus; ipsi tormentorum nostrorum auctores sumus. Lib. 4, de *Guberna. Dei*.

35. Peccare non desinit, quem in extremis situm, recedere a criminibus sola tantum facit impossibilitas, non voluntas. *Prosev.*

36. Qui enim a malis actibus tantum morbo discedit, non relinquit scelera, sed relinquuntur a sceleribus.

37. Quia quantum ad animam necdum desit, qui adhuc velit peccare, si possit.

38. Non bonis itaque spelus inlinitur, qui ad hoc tantum peccat in vita, ut peccatorum molem redimat in morte. *Ibid.*, libro 1, ad *Eccles. cathol.*

PECCATUM ORIGINALE.

Definitio. Peccatum originale est culpa primi peccati Adæ, homini ingenta. COLLECTOR.

SENTENTIE PATRUM.

1. Nisi originale peccatum fuisset, vitium nullum esset. Super *Apocal.*, cap. vi.

S. AMEDOS.

2. Necesse est omnem hominem in peccato originali natum, illo non dimisso damnari. Lib. de *Conceptu originali*, cap. 28.

S. ANSELM.

3. Corpus homini gravissimum vinculum est, propter antiquum peccatum. *De Morib. Eccles.*, cap. 22.

S. AUGUST.

4. Parvulus trahit peccatum originale ab Adam. *Epist.* 23.

5. Propter unius peccatum, in quo omnes peccaverunt, merito Deus justique damnavit. *Epist.* 105.

6. Inexcussibilis est omnis peccator reatu originis. *Ibid.*

7. Quicumque ex homine uno multi in seipis futuri erant, tunc in illo unus erant: proinde illud peccatum solus esset, si ex illo nullus exisset. *Epist.* 106.

8. Genus humanum non peccasset in Adam, si ipse non peccasset. Lib. 6, de *Genet. ad lit.*, cap. 9.

9. Ideo quisque renascitur, ut solvatur in eo quicquid peccati est cum quo nascitur. In *Enchirid.*, cap. 41.

10. Peccatum originale non solvitur ac diluitur, nisi per unum mediatorem Dei et hominum, hominem Jesum Christum, qui solus potuit ita nasci, ut ei opus non esset renasci. *Ibid.*, cap. 48.

11. Propter hoc renascimur, ut Duo placeamus: cui merito displicet, quod nascendo contraximus. *Ibid.*, cap. 76.

12. Missima omnium poena erit eorum qui præter peccatum originale quod traxerunt, nullum insuper addiderunt. *Ibid.*, cap. 93.

13. Omnis humana natura per peccatum primi hominis, in vanitatem de veritate collapsa est. Lib. 17, de *Civitate Dei*, cap. 11.

14. In originali malo duo sunt, peccatum atque supplicium. *Ibid.*, lib. 22, cap. 24.

15. Peccato transgressionis, mortales ex immortalibus facti sumus. *De duobus amantibus*, cap. 13.

16. Si aliquis naturaliter dicitur malus propter originem veteris peccati dicitur. *De Vite contra Manich.*, cap. 9.

17. Cœcitas parvulos, ut remissione indigent

peccatorum, non nisi originale traxisse peccatum. Lib. 1, de *Anima et orig.*, cap. 12.

18. Deus prædestinat ad æternam mortem, propter originale peccatum. *Ibid.*, lib. 4, cap. 11.

19. Propter originale peccatum reconciliatio necessaria est omnibus per unum, qui sine peccato venit in mundum. Lib. 4, ad *Bonif.*, cap. 5.

20. Peccata originalia dicuntur aliena et nostra. *De Concept. et grav.*, cap. 6.

21. Peccatum originale non est malum nuptiarum, sed primorum hominum peccatum in posterum propagatione tractatum. Lib. 2, contra *Julian.*, cap. 40.

22. Quod in homine malum est, est fructus originalis peccati. *Ibid.*, lib. 4, cap. 9.

23. Negantes originale peccatum, coguntur dicere Deum vel invalidum, vel injustum. *Ibid.*, lib. 6, cap. 24.

24. Pertinet originale peccatum ad hoc genus, ubi sic peccatum est, ut ipsam sit et poena peccati. Lib. 1, *Oper. imperf. contra Julian.*, num. 17.

25. Talit gratia Christi originalis peccati reatum, sed rem invisibilem invisibiliter tollit. *Ibid.*, num. 97.

26. Peccati originalis abolitionem, circumcisio infantis lex significabat. *Ibid.*, lib. 2, num. 221.

27. Quæcumque nascitur proles, originali est obligata peccato. Lib. 1 de *Nuptiis*, cap. 24.

28. Voluntarium peccatum hominis primi, originale est causa peccati. *Ibid.*, lib. 2, cap. 26.

29. Originalis culpa inest nascentibus, que non aboletur nisi in presentibus. *Ibid.*, cap. 39.

30. Nascitur proles ad penam, nisi renascatur ad vitam. *Ibid.*, lib. 4, cap. 17.

31. Homo quando nascitur, jam cum morte nascitur, qui de Adam peccatum trahit. *Tract. 49, super Joan.*

S. DOMIN.

32. Quatuor mala indicta sunt homini propter peccatum originale: concupiscentia, impotentia, malitia, ignorantia. Super *Luc.*, cap. vii.

S. GREGOR. MAG.

33. Peccatum originale à parentibus trahimus: et nisi per gratiam Baptismatis solvamus, etiam parentum peccata portamus. Lib. 15 *Moral.*, super illud *Job* xxi: *Deus servabit filium utrum dolorem Patris*.

9. Boni hujus vite licet de suo perseverantia premio certi sint, de ipsa tamen perseverantia sua reperiantur incerti. *Lib. 11 de Civit. Dei*, cap. 42.
10. Negare non possumus perseverantiam in bono proficientem usque in finem, magnum esse Dei munus. *De Correp. et gratia*, cap. 6.
11. Primus homo donum perseverantiam non habuit. *Ibid.*, cap. 10.
12. Sicut bonus qui perseveraverit usque in finem, sic salvus erit: sic et malus qui perseveraverit usque in finem, sic salvus non erit. *Lib. 4 de Baptismo contra Donat.*, cap. 44.
13. Non aliud oramus cum oramus, ut qui stat, stet; nisi ut perseveret. *De Correp. et grat.*, cap. 6.
14. Deus eos facit perseverare in bono, qui faciunt bonos. *Ibid.*, cap. 42.
15. Certi estote quia non erit inanis labor vester, si in bono proposito proficientes perseveraverit usque in finem. *De Gratia et libero arbitrio*, cap. 23.
16. Memoria promissae mercedis perseverantem facit in opere. *Tract. 3 super Epist. Joan.*
17. Tentatio accidit, persevera usque in finem: quia tentatio non perseverat usque in finem. *Tract. 45 super Joan.*
18. Saltem Deus promittit perseverantibus in charitate, non in iniquitate. *Homil. 5 ex lra Homil.*, cap. 4.
19. Ubi sane et sanctorum decus, et indeficientis gratie expressa perseverantia est, ibi est sanctitudo. *Serm. 16 super Cant.*
20. Perseverantia sola meretur viribus gloriam, coronam virtutibus. *Epist. 129, ad Januenses.*
21. Proxime absque perseverantia, nec qui pugnat victoriam, nec palmam victor consequitur. *Ibid.*
22. Perseverantia est vigor vitium, virtutum consummatio, nutritrix ad meritum, medicatrix ad premium, serva pacis, constantis filia, amica pacis, stultitiarum nodus, unanimi-tatis vinculum, propugnaculum sanctitatis. *Ibid.*

23. Tolle perseverantiam, nec obsequium mercedum habet, nec benedictum gratiam, nec laudem fortitudo. *Ibid.*
24. Perseverantia summæ honestatis est insignis, totius prohibitis unica fidaque custos. *Ibid.*
25. Si perseveraveris pulsans, non exhis inde vacuus. *De Inter. domo*, cap. 48.
26. Perseverantia singularis est filia summi regis, virtutum fructus, earumque consummatio, totius boni repositorium. *Serm. de Virt. abel.*
27. Profunda oblivione virtutes illas sepeliunt, quas perseverantia non inquirunt. *Ibid.*
28. Nullum bonum sine perseverantia coronatur. *Lib. 2 Pharetra*, cap. 43.
29. Perseverantia perficit inchoata, impetrat postulatam, stabilitat acquirita. *Tit. 8 Dieta*, cap. 2.
30. Alias virtutes coronam merentur, sed sola perseverantia coronatur. *Tit. 9 Dieta*, cap. 2.
31. Qui perseverat, cessare necit. *De Sex alis Cherub.*, ala 5, penna 5.
32. Perseverantia ipsa est virtutum omnium complementum, decor et gloria. *De Profess. monast.*, art. 5.
33. Quamlibet negligens, quamlibet tepidus, non in vacuum currit, qui ad palmam consummationis perseverando in bono pervenerit. *Homil. 5 ad Monachos.*
34. Hosti, quem ipsa conversio provocavimus, in medio certamine manus damus, si in fervore quo copimus, non perseveramus. *Ibid.*, *homil. 8.*
35. Incautum hominum agitur, si ante terminum vite deseratur: quia frustra velociter currit, qui priusquam ad metas veniat, deficit. *Lib. 1 Moral.*, cap. 21, num. 41.
36. Bene copta cunctis diebus agenda sunt, ut cum melum pugnamdo repellitur, ipsa boni victoriae constantie manu teneatur. *Ibid.*
37. Virtus boni operis perseverantia est. *Homil. 25 super Evang.*
38. Non sufficit bene incipere, nisi student quis in bono opere perseverare. *Super septem Psalm.* *Pavit.* super *Psalm. 1*, vers. 6.
39. Habes in Sanctis perseverantia documentum: ut si primo non exaudiris, ab oratione non delicias, immo precibus et clamori insistas. *Ibid.*, super *Psalm. vi*, vers. 4, super illud: *De profundis clamavi.*
40. Qui bonis inchoata minime consummant, dum proposita non perficiunt, etiam que fuerant coepa convellunt. *Prose.*
41. Nec males bona imperfecta adjuvant, nec bonos male inchoata condemnant. *Part. 3 Pastoral.*, cap. 11, admonit. 31 et 35.

42. Incipere plurimorum est, perseverare paucorum. *Lib. 1 advernus Sorianum.*
43. Qui ad capita pervenire voluerit, reflectere mentem a studio orationis non debet, sed magis perseverare in intentione coepa illum oportet. *Lib. 2 super Lamen. Hierem.*, cap. III. super illud: *Oculus meus.*
44. Perseverantia est honorum omnium coronatrix. *Lib. 4 de Anima*, cap. 16.
45. Tria impediunt perseverantiam: levitas, remissio, pusillanimitas. *Super Math.*, cap. XXIV.
46. Omnes virtutes ante tentationem perseverantiam promittunt, sed adventente nocte tentationum saepe fugam accipiunt. *Super Marc.*, cap. XIV.
47. Nec perseverantia piget aggredi magna, nec fatigat inchoatum. *Prose.*
48. Hec firmat nutantem, haec coronat pugnantem, haec ducit ad bravium, haec ad portum, haec dat formam operi, regulam actioni. *De Eleemosyn.*, cap. 6.
49. Si totam vitam perseverantia non illustrat, saltem perseverantia finalis finem concludat. *De Eleemos.*, cap. 6.
50. Felix perseverantia, que impenitentiam excludit, obstinationem expellit, contemptum eliminat, obdurationem expugnat. *Ibid.*
51. Non potest vincere, qui nascit perseverare. *Lib. 1, homil. 4 ad Monachos.*
52. Nullum vitium habet meritum, cui perseverantia non dedit incrementum. *Lib. 2, serm. 1 ad Monachos.*
53. Non est beatus qui bonum facit, sed qui incessabiliter facit. *Lib. 1 de Synonym.*
54. Perseverantia est triumphus pugnantium, laborantium merces, charitatis indicium, virtutum palma, scala colorum, paradisi porta, meta currentium, tribunalium finis, spiritualium interemptrix ferarum, inimicorum ruina, miserorum spes, miseriarum terminus, initium vite, religionis decus, christianae perfectionis testimonium, aeternae salutis impreddabile bravium. *De Obedient.*, cap. 25.
55. Qui coepa bona districte non exequitur, dissolutione negligentium manum destructis imitatur. *Lib. 7, epist. 16, ab Godesfred. ducem.*
56. Perseverantiam faciunt expectatio premium, et penarum recordatio. *Serm. 56, de S. Andrea.*
57. Felix anima, que vitam suam ad hominum perseverantiam finem perducere meretur, ut post multos labores corporis et dolores cordis, possit in fine dicere, quod Christus dixit in cruce, *Consummatum est.* *Serm. 30, ad Novit.*, divis. 8.
58. Grandis virtus perseverantia est, quis sola

bene coepis consummatio praestolatur. *Conc. 2, de Assumpt. B. M.*

59. Perseverantia boni victoria est. *Lib. 6, libell. 4, num. 21.*

SENTENTIA PAGANORUM.

60. Persevera ut copias, et quantum potes proprii. *Epist. 4.*
61. Perseverandum est, et assiduo studio robur addendum, donec bona mens sit, quod bona voluntas est. *Ibid.*
62. Scito te in quibusdam debere perseverare, quis coepisti: quondam vero nec incipere, in quibus perseverare sit noxium. *De Quatuor virt.*
- Vide etiam tit. *Bonitas*, sent. 22; *Dilatio*, sent. 55; *Firmitas*, sent. 2; *Incipere*, fere per totum; *Necessitas*, sent. 37; *Novitium*, sent. 7; *Opus*, sent. 30; *Philosophia*, sent. 94; *Premium*, sent. 60; *Propositum*, sent. 3; *Tentatio*, sent. 264; *Victoria*, sent. 72.

PERSONA IN GENERE.

Etyologia. Persona dicitur, quasi per se una, vel a personando, quasi per se sonans. *Super 1 Sentent.*, dist. 33, art. 1, quest. 1.

Definitio. Persona est substantia rationalis individua, suis proprietatibus a consubstantialibus eadem segregata. *Super Psalm. vii. Et Hugo Card.*, super *Epist. Jacobi*, cap. II.

Persona est rationalis naturae individua substantia. *Part. 4, lib. 4 de Trinit.*, cap. 21.

SENTENTIA PATRUM.

1. In persona humana mixtura est anime et corporis: in persona divina, mixtura est Dei et hominis. *Epist. 3.*
2. Una persona Deus et homo est, et utrumque est unus Christus Jesus. *Epist. 57.*
3. Sicut in homine quolibet anima et corpus, una persona est: ita in Christo Verbum et homo, una persona est. *Epist. 102.*
4. Sicut non augetur numerus personarum, cum accedit caro anime, ut sit unus homo: sic non augetur numerus personarum, cum accedit homo Verbo, ut sit unus Christus. *Epist. 120, cap. 4.*
5. Filius hominis heredo ad unitatem persona Filio Dei, facta est una persona: eademque Filius Dei, quos et Filius hominis. *Tract. 19, super Joan.*
6. Una persona est Christus Deus et homo, non duae: ne fides nostra non sit trinitas, sed quaternitas affirmet. *Ibid.*, tract. 27.
7. Anima et caro Christi cum Verbo Dei, una persona est, unus Christus. *Ibid.*, tract. 69.
8. Non alia Verbi, alia est hominis persona,

UNIVERSIDAD

UNIVERSIDAD

S. BERNARD.

THOMAS A. AQUINAS.

S. THOMAS

VILLA NOV. IN VITTA PATR.

SENECA.

S. BONAV.

CASSIODOR. & HUGO CARD.

RICH. A. S. VICTOR.

S. AUGUST.

quoniam utrumque est Christus una persona. *Ibid.*, tract. 69.

GRATIANUS. 9. Cum simus omnes in Christo, nihil contrarium personarum diversitas format, ubi efficaciam prosperitatis unitas fidei representat. In *Decretis*, part. 2, causa 7, quest. 1, can. *Nihil*. §. Cum enim.

S. GREGORIUS MAGNUS. 10. Cuiuslibet persone probitas, non solum quo degit, sed per diversas provincias fama loquente cognoscitur. Lib. 1 in *Registro*, indict. 9, cap. 74, epist. 74, ad *Gaudianum*.

11. Plerumque personarum ordinem permutat qualitas morum. Part. 3, *Pastoralis*, cap. 1, Admonit. 3.

12. Persona magis amissa humilitate placere omnipotenti Deo non valet. Lib. 2 in *Reg.*, cap. 11, super illud. *Et significatus est puer Samuel*.

13. Sicut in Christo sunt tres substantie in una persona; sic in Deo tres sunt persone in una substantia. *Prose*.

14. In tribus substantiis est aliud, sed non alius; in tribus autem personis est alius, sed non aliud. *Serm. 2, de Omnia. Sanctis*.

S. IOHANNES CHRYSOSTOMUS. 15. Quando persona firmiter cognoscitur, tunc doctrina fideliter suscipitur: quoniam personam dignitas commendat persone doctrinam. *Hom. 4, super Mat. Oper. imperf.*

16. Multa persona propria caret, nisi personam veritatis assumat. *Serm. de Fide et lege*.

SENTENTIE PAGANORUM.

EPICURUS. 17. Si quam personam, que vires tunc caperat, indueris; tum eam indecoro geres, tum eam quam sustinere posses, negliges. In suo *Enchiridion*, cap. 59.

PERSONARUM ACCEPTIO.

S. ANTONINUS. *Definitio*. Acceptio personarum, est vitium quo id quod ex debito iustitiam est alteri conferendum, exhibetur persone non ob meritum ipsius ad ipsam rem, sed ob conditionem ipsius non congruentem ad ipsam rem. Part. 2, tit. 4, cap. 20.

S. BERNARDUS. Acceptio personarum est, quod non minus arde, nec noxio minus insillit iudicantibus solet, facies peccatorum sumens, et non processus iudicantis cunctis mortuorum. *Lib. 2, de Consider. ad Eugen. Pap.*

S. BONAVENTURA. Personarum acceptio est injustitia, qua prefertur persona persone propter causam indebitam. Part. 1 *Centiloquii*, sect. 40. Et in *Confessionali*, cap. 1, part. 6.

BONIFACIUS OCTAVUS. Acceptio personarum est, qua aliquid alicui impenditur, seu conferitur, qui ad illud est indignus, et alteri digno subtrahitur aut negatur. *Super Epist. Jacobi*, cap. 11, art. 4.

Ille personam accipit, qui pro aliquo quod hominis est, hominem veneratur, et alius praefert. *De quest. circa epist. ad Rom.*, quest. 66. In illud: *Non est acceptio personarum Deo*.

Persona acceptio in bono est honoris debita exhibitio, servato gradu dignitatis et officii. *Super Epist. Jacobi*, cap. 11.

Personarum acceptio est vitium, quo non observatur aequalitas proportionis ratione conditionis alicujus, que non facit ad rem. Part. 4, in *Descript. terminor.*, cap. *Iustitia*.

Accipere personam proprie, est in aliquo negotio attendere quasi regulam ipsius negotii, conditionem persone nihil facientem ad negotium. *Super Epist. ad Galatas*, cap. 11, lect. 2.

Acceptio personarum est inaequalitas iustitiae distributive, in quantum aliquid attribuitur alicui propter proportionem. 2, 2, quest. 63, art. 4. *Differentia*. Differentia acceptio personarum sunt tres: una committitur in honoris exhibitione; alia in iudicii executione; alia in promotione ad dignitates. Part. 1 *Centiloquii*, sect. 10, cap. 4.

SENTENTIE PATRIUM.

1. Non personam alterius accipimus in iudicio, gratia absent, causam merita decernant. *Prose*.

2. Nihil sic opinionem, imo fidem gravat, quam si in iudicando potentiori donec causam inferioris; vel pauperem innocentem arguas, dixerim excusare rem culpae. Lib. 2 *Offic.*, cap. 24.

3. Causibus regalis potentia non est habendus; ubi religio exhibetur obsequium. Lib. 1 *de Apolog. David*, cap. 6.

4. Non sane putandum est leve esse peccatum, in personarum acceptioe habere fidem Domini nostri Iesu Christi. *Prose*.

5. Quis ferat eligi divitem ad sedem honoris Ecclesie, contempso paupere instructiore alique sanctione? *Epist. 29, ad D. Hieronymum*.

6. Acceptio personarum ibi recte dicitur, ubi ille qui iudicat, relinquens causam meritum de quo iudicat alteri contra alterum suffragatur: qua invenit aliquid in persona, quod honore vel miseratione sit dignum. Lib. 2, contra *Duas epist. Palaganorum*, cap. 7.

7. Admonemur personam divitem non accipere: hoc omnis homo videt, atque utramque sic omnis homo faceret. *Prose*.

8. Illud est, ubi fallitur, veluti qui vult placere Deo, si personam pauperis in iudicio accipiat, et dicit, Faxi pauperi: imo si tenens utrumque, et misericordiam et iudicium, placeat Deo. *Super Psalm. 32, conc. 4*.

9. Nulla iustitia, nulla laus, sed omnis perversitas et personarum acceptio regnat. *Serm. 47 ad Fratres in eremo*.

HUGO A S. VICTORE.

HUGO CARD.

JOAN. GRES.

S. THOMAS AQUINAS.

S. BONAV.

S. AMBROS.

S. AUGUST.

S. BONAV.

S. CYPRIAN.

BONIFACIUS OCTAVUS.

CHRIST. INT.

BONIFACIUS OCTAVUS.

40. Absit ut in tabernaculo tuo pro pauperibus accipiantur personae divitum, aut pro ignobilibus nobiles. Lib. 6 *Conf.*, cap. 4.

41. Deus sine acceptioe personarum bene faciendum omnibus intimaui. Lib. 2, contra *Advers. leges*, cap. 11.

42. Nulla est acceptio personarum in duobus debitoribus aequaliter reis, si alteri dimittitur, ab altero exigitur, quod pariter ac utroque debetur. Lib. 2 *ad Bonifac.*, cap. 7.

43. Deus nec falo premitur, nec personarum acceptioe corrumpitur. Lib. 6, contra *Julian.*, cap. 40.

44. In seculo magni laboris est non personaliter iudicare: quis est qui non iudicat personaliter? qui aequaliter diligit: dilectio aequalis facit non acceptari personas: nam cum homines pro suis gradibus honoramus, tunc timendum est ne personas accipiamus. *Tract. 30, super Joan.*

S. BERNARDUS. 45. Persona ubi minimo accipitur, defectur meliori, non nobiliori. *Serm. ad Milites Tempis*, cap. 4.

46. Apud iustum plus valet pauperis precatio, quam potentis vultus. *Epist. 43, ad Honorium Pap.*

47. Contra iustitiam, ne amicum quidem respicere fas est. *Epist. 15, ad Hagaricum Cancellar.*

48. Non parvi te reum peccati existimes, si factus peccatorum sumis, et non potius causas iudicis meritorum. Lib. 2 *de Convid. ad Eugen. Pap.*

49. Omnis hominis institutio est, iustitiam rationis, ac discretionis habere iudicium, nec alicuius in iudicio accipere personam. *De Vita solita*.

50. Sive inops, sive dives fuerit quis, non personam attendamus, sed res scrutemur. Lib. 3, *Pharetra*, cap. 30.

51. Personam accipere non potest humana indulgentia, ubi legem tribuit divina prescriptio. *Epist. 68, ad Clerum*, cap. 4.

52. Cum bona spiritalia sint corporalibus potiora, personarum acceptio in eis tanto vitiosior comprobatur, quanto huiusmodi bona sunt digniora, super *Epist. Jacobi*, cap. 11, art. 4.

53. Personarum acceptio amplius locum habet in exhibitione honoris: idcirco virtutibus praediti et sapientes sunt honorandi. *Ibid.*

54. Personarum acceptio opponitur iustitiae distributive, que diversis personis tribuit, secundum dignitatem ipsarum et merita. *Super Acta Apostol.*, cap. 10, sect. 19.

55. Quicumque divitem propter divitiam diligit, et pauperem propter paupertatem alijcit, utroque peccat. *Super illud Jacobi 11: Nolite in personarum acceptioe habere fidem*.

56. Si hanc distantiam sedendi et standi ad

honores ecclesiasticos referamus, non est putandum leve esse peccatum in personarum acceptioe habere fidem Domini gloriae. *Ibid.*, super illud: *Tuista ille, aut sede*.

57. Cum non intuemur quid homo sit, sed quid possit, in acceptioe personarum, non ex personis, sed ex rebus adjacentibus ducimur. Lib. 25 *Moral.*, cap. 1.

58. Nullum pro personali amore defendimus, sed auctore Deo normam iustitiae, postposita cuiuslibet persone accipimus, custodimus. Lib. 2, in *Registro*, indict. 40, cap. 14, epist. 14, ad *Natalen. epist. Salontan.*

59. Juvenes qui promoventur, super omnia personas in iudicio non accipiant, sed iuxta aequalitatis laeae cuncta disponant. Lib. 4, in *I Reg.*, cap. 4.

60. In acceptioe personarum ardor avaritiae causa est accipiendum numerum; et acceptio numerum, causa est pervertendi iudicium. *Ibid.*, super illud: *Declinaverunt post avaritiam*.

61. In ecclesiastica censura est non est acceptio personarum, est laeae discretio meritiorum. *Ibid.*, lib. 5, cap. 4, super illud: *Qui fecit salutem hanc*.

62. Non cuiusquam personam gratia, non favor, non blandimenta, quinquam emollit, vel a termine veritatis excutit. Lib. 10 in *Registro*, indict. 5, cap. 37, epist. 37.

63. Personam pauperis non accipias in iudicio, ne sub pretestu misericordiae, quod injustum est, iudices. *Prose*.

64. Inuiquisque non hominum, sed rerum pendere iudicandus est: nec diviti obstant ope, si eis bene utatur: nec pauperem aegestas commendabiliorum facit: si inter sordes et inopiam peccata non caveat. *Epist. 9, ad Salontan.*

65. Memor sis tribunalis Domini, et de iudicio tuo te intelligens iudicandum, nec mihi, nec adversario favois, neve personam, sed causam consideres. *Epist. 15, ad Pamnoch. et Oceanum*.

66. Ne bonis adversariorum, si honestum quid habuerint, detrahendum est: nec amicum laudanda sunt vitia, et unumquodque non personarum, sed rerum pendere iudicandum est. *Epist. 49, ad Pamnoch. et Oceanum*.

67. Inter omnia peccata sacerdotum, illud maximum et maximum vitium, quod non est, sed personam considerent, iustitiamque pauperum despiciunt, inique divites assumpunt et honorant. *Super Malach. 1, cap. 11, super illud: Sicut non servatis vias meas*.

68. Equum iudicium est, ubi non persona, sed opera considerantur. *Hab. apud Didam, in suis Scintillis*, cap. 58.

S. GREGORIUS MAGNUS.

S. BERNARDUS.

®

rentem, non contemnit petentem. Tract. 20, super *Joan.*

25. Differtur quod petimus, non negatur. *Ibid.*, tract. 73.

26. Simul petamus, quando bene petimus, ut non faciat Deus quod non bene petimus. *Ibid.*

27. Nobis aliquando subrepat, ut hoc petamus quod nobis non expeditur. *Ibid.*, tract. 81.

28. Tua oratione admonitus peto, quæro, et pulso. *Lib. Moltis*, cap. 39.

29. Illud da mihi petere quod te audire delectet, et mihi expellat: audi que peto, et da ut quod peto exaudias. *Lib. Meditationum*, cap. 40.

30. Da quod nosti tibi placere, et mihi prodesse. *Ibid.*, cap. 86.

31. Mali quæquid petunt a Deo, in luxuriis suis, et conviviis volunt consumere: et tunc putant quod bonus sit Deus, quando illis præstat, unde contempantur. *Homil. 8, ex Quingages. Homil.*

32. Discas nunquam desperare, ut ubi petieris et non acciperis, non desistas petere donec accipias. In *Consilio*, cap. 1.

33. Nō petas quod negaturus es. In suis *Proe.*, verbo *Nō*.

34. Fidecialiter postulare potest homo, tantum caveat ne forte aut postulet non postulanda aut minus postulet quam a Deo sunt postulanda. *Serm. de Quatuor modis orandi.*

35. Considerare debet is, qui orat, et qui petit, et ipsam quam petit, et se ipsum qui petit. In suis *Sent.*, cap. *Dirimis*.

36. Libere petitur quod in potestate potentis accipere est. *Serm. 76, super Cant.*

37. Blanditur potentis favor, et petitionis terret exactio. Dat autem ipsius dignitate dignanter indigna familiaritas, et trepidat presumptionem auctoritas imperantis. *Epist. 43, ad Henricum Senon. archiepisc.*

38. Semper consideretur non a quo, sed quid petitur. *Epist. 305, ad Eugen. Pap.*

39. Indignus benedictionis celestis convincitur, qui dubio quærit affectu, duplici petit intentione. In *Declaratione*.

40. Petitionis congruitas in tribus est, videlicet ut congruus congruis congrue, dignus digna digne petit. *Serm. 3, in Rogat.*

41. Dominis non cessat dare, et tu non cessas petere. *Ibid.*, serm. 4.

42. Futura non sapis, neque gaudia concupiscis, si non quotidie postulas ea cum lacrymis. *Serm. 1, Dom. 9, post Pentec.*

43. Erubescat humana pigritia, plus vult Deus dare, quam adest homo postulare. In *Soliloq.*, cap. 2.

44. Quis in causa sua simpliciter petere potest, quam iste qui pro inimicis suis acerrimis postulavit? *Super Psalm. vi*, vers. ultimum.

45. Ille tantum clamet ad Dominum, qui cum talis petit, qualia se daturum fidelibus pollicetur. *Proæc.*

46. Nam qui cum pro rebus transitoris rogat, non ad Dominum clamare cognoscitur, quamvis ipsam petere videatur.

47. Sed quid expeteret non designat Propheta, merito, quia non est illi necessarium dicere quod præstat, qui solus novit largiri quod expedit. *Super Psalm. lxxvi*, vers. 4. *Ad Dominum clamavi*.

48. Semper supplicare non decet: petamus et ætate florida, petamus et in juventute positi, petamus et occidui senectute perducti. *Super Psalm. lxxxv*, vers. 8.

49. Illud desiderio inardescere semper exquiritur, quod venire magis precibus postulat. *Super Psalm. cxviii*, vers. *Et Exequiam eam semper*.

50. Potenti nunquam debet esse fastidium, ubi largitas donatoris non potest habere defectum. *Super Psalm. cxvii*, vers. *Fac cum sermo tuo*, etc.

51. Iustus est, ut iugiter rogatur, qui, si non petatur, offenditur. *Ibid.*

52. Licet peti nimis supplicatione, quod summum est. *Super Psalm. cxxvii*.

53. Magna queris, et parva non expendis. *Catech. 3.*

54. Petamus orando, quæramus laborando, pulsamus desiderando, pulsamus proficendo, pulsamus perseverando. *Homil. 3, ad Monachos*.

55. Si pater filium uno expulerit ostio, alio sibi reintrandum est. In suis *opus.*, colloquio primo.

56. Non solum quod petimus, immo etiam que humana fragilitas aut nescit, aut non presumpsit petere, gratuito munere largitur Deus. *Super iii, Reg.*, cap. 19.

57. Quod charitas unanimiter petitur, cito impetratur. *Super Judith*, cap. iv.

58. Qui coelestia petit, torqueri se dicit, dum de ianis agere cogitur. *Super illud Job xvii*, *Torquetis cor meum*.

59. Tunc quisque quod recte petit adipiscitur, cum ejus animus non in petitione odio inimici fuscatur. *Super Hierem*, cap. 45.

60. Nullus ex his, qui mundana petunt, ac animabus damnosa, in nomine Christi petit. *Super illud Joan. xvi*: *Si quid petieritis, etc.*

61. Non statim Deus facit, quæquid ad salutem oritur: nec ideo negat, quia differt; sed tempore suo, id est, congruo præstat. *Super illud ad Galat. vi*, *Tempore enim tuo*.

CASSIODOR.

S. GREGOR. MAGNUS.

62. Sæpe homines dum bona temporalia postulant, æterna præmia non requirunt: petunt quod adijcitur, et illud non desiderant ubi adijcitur. *Lib. 13, Moral.*, cap. 27.

63. Vera postulatio non in oris est vocibus, sed in cordis cogitationibus. *Proæc.*

64. Valentiores enim voces aptud secretissimas aures Dei non faciunt verba, sed desideria. *Ibid.*, lib. 22, cap. 13, num. 18, super illud *Job xxxi*: *Ut desiderium meum audiat*.

65. Sæpe petitio eo perficitur, quo differtur. *Ibid.*, lib. 26, cap. 15.

66. Plus concupiscencia, quam necessitas petit. *Homil. 19, super Ezech.*

67. Tunc quisque quod recte petit adipiscitur, cum ejus animus in petitione nec inimici odio fuscatur. *Homil. 27, super Evang.*

68. Sicut petitio potentibus nullus est tribuendus effectus, ita legitima desiderantium non differenda petitio. *Lib. 5, in Registro*, indic. 13, cap. 104, epist. 1 ad Martinianum episcopum Ravennæ.

69. Ubi veritas cum ratione concordat, desideria potentis implere non minus justum est, quam benignum. *Ibid.*, lib. 9, indic. 3, cap. 22, epist. 23, de *Præb. abbati monasterii S. Andree*.

70. Citius ad preces Judex flectitur, si a pravitæ sua petitior corrigatur. *Ibid.*, lib. 14, indic. 6, cap. 2, epist. 2, serm. ad *Populum*.

71. Effectum justa postulantibus indulgere, et vigor æquitalis, et ordo exigit rationis. *Ibid.*, cap. 5, epist. 5, ad *Adolestantem*.

72. Ea que ingrata esse hominibus in precibus importunitas solet, iudici veritatis placet. *Ibid.*, cap. 2, epist. 2.

73. Sicut rationi contraria preces est abijcienda petitio, ita in his que bene desiderantur non convenit negare. *Ibid.*, cap. 38, epist. 38, ad *Joan. episc. Panormit.*

74. Petamus orando, quæramus legendo, pulsamus operando. *Ibid.*, lib. 6, indic. 15, cap. 197, epist. 33.

75. Implenda sunt semper postulantium desideria, quoties illa postentur, que a ratione non deviant. *Ibid.*, lib. 11, ind. 6, cap. 49, epist. 49, ad *Joan. episc. Panormit.*

76. Cum eo a quo aliquid postulat. metienda est postulatio, atque absurdum est a parvo magnum postulare, et a magno parva. Et hab. apud D. Joan. Damasc. lib. 2, *Parall.*, cap. 62.

77. Supplicem admittit, cui calamitas opitulatur. *Ibid.*

78. Vult Deus non importunos esse in petendo,

ut sua gratuita dona, nostra sint merita. *Serm. 2, For. 2, Liliæmar.*

79. Nihil omnino amico poseenti dare, amicitie dissimulatio est. *Epist. 13, ad Gensulatum*.

80. Nihil illius credit posse, qui quod judicat posse, non possit. *Epist. 7, de Vita perfecta*.

81. Importunitatis non vereamur offensam; quia hæc apud Dominum importunitas opportuna est. *Proæc.*

82. Acceptor enim est illi importuna deprecatio, quam secunda presumptio.

83. Plus meretur, qui sollicitus orat insatuler, quam qui confidens dissimulat negligenter. *Homil. super Evang. Matth.*

84. Cum oras, quem petas potius, quam quid petas cogites: et ipse quem petas, quicquid tibi petendum fuerat, providebit. *Super Psalm. xxxix*, cap. 45.

85. Omnis qui petit quod petendum est, quomodo petendum est, semper exauditur et utilitatem. In *Annot. super Epistolam ad Romanos*, in illud: *Quid oramus, sicut oportet, etc.*

86. Qui obsequium præstare nescit, injuste petit, immo etiam in odium cadit. *Lib. 4, Contemplat. de Amore Dei*, cap. 2.

87. Quam prudens, modestus, ac diligens est in petendo, qui ea petit, quam licet, quam decent, et que expedit, justa, honesta, et necessaria: *Super Psalm. i*, vers. 10.

88. Nihil calicum vult a se, nihil vile, nihil temporale æternitatem Conditor implorari. *Proæc.*

89. Itaque magnificentie ejus, ac munificencie maxime irrogat injuriam, quisque simpliciter petitionibus prætermisiss, transitorium aliquid et caducum ab eo maluerit postulare. *Colat. 9, Abbat. Tanc.*, cap. 20.

90. Talia petit, qualia a Deo petere convenit, ut et petit obinealis. *Homil. 30.*

91. Sive consequamur quod petimus, sive non, perseveremus semper: et non solum gratias agamus, si exaudiamur, sed etiam si repulsam passi fuerimus. *Ibid.*

92. Non est ægre ferendum, si differatur quod petimus; quia magis scit Deus quid nobis prosit, quam ipsi nos: et cum aliquid denegat, non minus est quam si concessisset. *Ibid.*

93. Nihil temporale a Deo petitur: indignum valde est a tam liberali et tanta virtute præstanti hujusmodi petere, que in presenti vita dissolvitur, et magnam vicissitudinem experitur. *Ibid.*, *Homil. 84.*

94. Habe fiduciam, Christiane, ut petas: peto quod desideras, ut accipias, Deus tibi petendi fiduciam tribuit, et voluntatem dandi se habere ostendit. *Serm. de Moyse*.

S. HIERON.


RICH. A. S. VICTORIS.

IMONA.

S. INNOC. III.

JOAN. CAS.

S. JOANNES CARRIGET.



S. BARTHOLOMÆUS MAGNUS. V. BRADA. S. BERNARD.

S. DONAV.

S. CYRILLUS

HEBROSEL.

S. ROSEBERTUS

EMMERSON.

S. FRANCIS

ASSISIENS.

OFROSS. ORD.

GLOSS. IXX.

GLOSS. ORD.

S. GREGOR. MAG.

BATHO.

95. Omnis qui petit, sive justus sit, sive peccator, tantum petere non dubitet; cum constet neminem sperari, nisi qui petere dubitaverit. Homil. 18, super Matth. Oper. imperf.

96. Si quis non expeditur petis, non tibi prestat Deus (etiam si petas) quia pater benignus est; alioquin si prestat nociva petenti, non est pater, sed inimicus. Ibid.

97. Petentis negligentia reprehenditur, ubi de dantis misericordia non dubitatur. Ibid., homil. 35.

98. Finit postulati, exceptio deprecantis est. Homil. 16, ex Divers.

99. Ne recedas a Deo quousque accipis quod petisti: tunc cessa clamero quando acceperis; imo magis nec tunc cesses, sed persevera agens gratis pro eo quod accepisti, ut perseveres tibi quod acceperis. Ibid.

100. Confidentialis securus emittit precēs, nec justis petitionis repulsam voretur apud amicum, qui ad illius semper est accinctus obsequium. Epist. 204.

101. Hanc inter amicos ratio præstat legem, ut ab invicem non nisi honesta petantur: et si inhonesta petita fuerint, non admittantur. Prose.

102. Ubi autem amici petitionibus honestas suffragatur, et eas admittendi facultas supponit, admittendus est sine difficultate consensus, et adimpletio voti, si potest fieri, prevenienda est molestia exigendi. Ibid., epist. 249, ad Robertum Archidia.

S. LAURENT. JUSTIN. 103. Petendi inest nobis facultas, sed petitionum effectus desperari expectandi sunt. De casto coenobio, cap. 22.

LEONOVIC. BLOSUS. 104. Dum ex infirmitate humana postulas a Deo quæ utilia non sunt, abis ut donet quæ petis. In Canon. vite spirit., cap. 47.

S. MILDS. ARB. MART. 105. Ne petas a Deo dulcina, sed sola tibi salutaria: illa enim rogatus non donat: quod si ea acceperis, nocentium tibi afferunt. Parasnes. 113.

S. PETERS. CHA. XEOL. 106. Audiat petentem, qui petens quærit audiri: auditum Dei aperit sibi, qui animi supplicanti non claudit auditum. Surm. 43.

107. Improbus petitor est, qui quod aliis negat, sibi postulat. Ibid.

108. Cum petit animo, mens pulsat, querit sensus, sperat pietas, fides exigit, meretur intentio. Ibid., serm. 96.

109. Salva reverentia, a Deo quæ digna sunt postulantur. Prose.

110. Qui enim mala a Deo postulat, Deum mali iudicet et sentit nocentem: et qui vilia et indigna precatur, prestantis potestatem degenerat petitor igitur.

111. Non ergo impia, sed pia: non terrena, sed celestia: non illicitis, sed virtutibus congrua: non digna odiis, sed apta concordis, a tali semper exoranda sunt largitor. Ibid., serm. 132.

112. Deus cum malo aliquid poscitur, dando irascitur, non dando miseretur. Apud. D. Augustin., sent. 292.

113. Fortissimum potentibus adjumentum, fides est. Lib. 4 de Gubern. Dei.

114. Quid irreligiosus quam petere aliquid in injuriam Dei? aut quid stultius, quam quid petas non considerate? Ibid., lib. 6.

115. Noli ingenia postulare, ne duorum alterum contingat: ut sive obtinueris, molestiam facias: sive non obtinueris, molestiam capias. Epist. 64, ad Jun.

116. Scire quid sit petendum, difficillimum est, cum difficillimum sit scire quid sit desiderandum. Prose.

117. Ea enim que licite petuntur in oratione, licite desiderantur. Opusc. 7, super Pater noster, petii. 1.

118. Petere, non quod tibi est delectabile et commedandum, sed quod tibi est acceptabile atque honorabile: petent alii et accipiant, tu petes nec impetrabis. Lib. 3 de Imit. Chr., cap. 49, sect. 3 et 4.

SENTENTIE PAGANORUM.

119. Quod justum est petito, vel quod videtur honestum:

Nam stultum est petere id, quod possit juste negari. Lib. 1 Distichor., metr. 60.

120. Grave est homini pudenti petere aliquid magnum ab eo, de quo se bene meritum putet. Lib. 2, epist. 6, ad Curionem.

121. Frustra rogatur qui misereri non potest. In eius Sent., sent. 124.

122. Gemis est rogandi, rogare non posse. Lib. 5, Controv., contrav. 33.

123. Mala pro bonis petenti, periculosum est associari. De bestia vita, cap. 14.

124. Exorari in perniciem rogantium, sæva hominis est: rogantibus pestifera largiri, Manichæum et affabile odium est. Lib. 2 de Benef., cap. 14.

125. Audacter roga Deum, nihil illius de alieno rogaturus, roga bonam mentem, bonam validitatem animi, deinde corporis. Epist. 10.

126. Nihil petas, quod negaturus fuisti: nihil negabis, quod petiturus fuisti. De Moribus.

127. Nulli studentes acquiescere petere quod non est bonum. Sent. 83.

128. Hæc posse a Deo, quæ dignum est precari Deum. Ibid., sent. 414.

129. Ea pete a Deo, quæ accipere ab homine non potes. Ibid., sent. 116.

130. Nos plerumque id votis expetimus, quod non impetrare melius foret. Prose.

131. O densissimis tenebris involuta mortalium mens! in quem late patentem errorem cæcæ preces tuas spargis? divitias petis, quæ multis exitio fuerunt.

132. Honores concupiscis, qui plures presumederunt: regna tecum ipsa velis, quorum exitus sæpenumero miserabiles cernuntur.

133. Desine igitur stulta futuris malorum tuorum causis, quasi felicissimis rebus per petitiones tuas inhiare: sed le totum celestium arbitrio per-mitte. Lib. 7, Dictor. memorabil., cap. 2.

Vide etiam tit. Angelus, sent. 49; Beneficium Dei, sent. 26; Desiderium, sent. 44; Dilatio, sent. 16, 17, 36, 55; Eleemosyna, sent. 308; Excursus, sent. 21, 30, 32, 45, 52, 59, 80, 83, 117, 119, 127; Jems, sent. 97; Judicium extremum, sent. 141; Mendicitas, sent. 43; Retinere, sent. 114; Temporalis, sent. 34; Voluntas propria, sent. 63.

PHILOSOPHIA.

Definitio Philosophia est divinarum, humanarum que rerum cognitio, seu creaturarum Creatoris que utilis inquisitio. Part. 4, tit. 41, cap. 4, § 1.

Philosophia est eorum que sunt et non videntur, et eorum que sunt et videntur vera comprehensio. Lib. 1 de Elementis.

Philosophia est amor sapientie, que nullius indigens, vivax mens, et sola rerum prima ratio est. Lib. 2, Distichor., cap. 1.

Philosophia est ars actuum, et disciplina disciplinarum. Prose.

Philosophia est meditatio mortis. Ibid., et S. Isidorus Hispal., lib. 2, Etymol., cap. 24.

Philosophia est disciplina omnium rerum divinarum, atque humanarum rationes probabiliter investigans. Ibid.

Philosophia est rerum humanarum divinarumque cognitio, cum studio bene vivendi conjuncta. Lib. 2 Etymol., cap. 24.

Philosophia est morum correctio cum vera certæ cogitationis gloria conjuncta. In libro Asceste.

Philosophia est scientie acquisitio, sive possessio: in Dialogo Euthydem.

Vera Philosophia est solida germanaque veritatis cognitio. Lib. 6 de Republica.

Philosophia est scientia eorum que semper sunt, appetentia, que considerat verum, quomodo verum sit. De Definit.

Quid philosophia, nisi vite lex est? Epist. 94.

Qui sapientiam expetunt, philosophi nominantur: nec quidquam aliud est philosophia, præter studium sapientie. Lib. 2 de Offic.

Philosophia est cultura animi. Lib. 2, Trac. quest. Tom. III.

Divino. Vera Philosophia in tribus consistit, in religione, in moribus, in doctrina. Part. 4, tit. 41, cap. 4, § 1.

Philosophia triplex est: physica, ethica, logica, in physica causa querendi, in ethica ordo vivendi, in logica ratio intelligendi. Lib. 2 Etym., cap. 24.

Philosophie tres partes esse dixerunt et maxime et plurimi auctores: moralem, naturalem, et rationalem. Prose.

Prima componit animum, secunda rerum naturam scrutatur, tertia proprietates verborum exigit, et structuram, et argumentationes, ne pro vera falsa surrepant. Epist. 89.

Differentia. Multum interest inter sapientiam et philosophiam: sapientia perfectum bonum est mentis humanæ, philosophia sapientie amor est, et affectio. Epist. 89.

SENTENTIE PATRUM.

1. Totius Philosophiæ robur, potentia est. Part. 4, tit. 41, cap. 4, § 2.

2. Moralem Philosophiam omnes dixerunt, cuius vita doctrinæ concordat, et eam mortis necessario discrimini parat. Ibid.

3. Philosophia, quam argumentis et subtilitatibus componitur, dum verisimilibus causis et commentis rebus divinis admittit fidem, omnino vitanda est, utque detestanda. Ibid., cap. 4, § 5.

4. Sunt qui sequuntur per philosophiam, magno et blando et honesto nomine colorantes, et fœnant errores suos. Lib. 3, Confess., cap. 4.

5. Nunc philosophos non fere videmus, nisi aut cynicos; aut peripateticos; aut platonicos; et cynicos quidem, quia eos vite quædam dolebat libertas atque licentia. Lib. 4 contra Academicos, cap. 19.

6. Pulchrior est philosophia, quam Thyssæ, quam Pyramus, quam illa Venus et Cupido, talesque omnimodi amores. Lib. 4 de Ordine, cap. 8.


7. Divinæ scripturæ non omnino philosophos, sed philosophos hujus mundi evitandos atque irvidendos esse præcipiunt. Ibid., cap. 41.

8. Philosophi si quæ forte vera, et fœci nostræ accomoda dixerunt, non solum formidanda non sunt; sed ab eis etiam tanquam injustis possessoribus, in usum nostrum vendicanda. Lib. 2 de Doctrina christiana, cap. 40.

9. Non falsæ philosophiæ loquacitate seducamur. Lib. 1 de Genesi ad lit., cap. 21.

10. Philosophia est finis boni: nulla est igitur causa philosophandi, nisi finis boni: quamobrem quæ nullum boni finem sectatur, nulla philosophiæ secta dicenda est. Lib. 19 de Civit. Dei, cap. 1.

11. Non est honestior philosophiæ gentium



quam christiana, que una est vera philosophia. Lib. 4 contra Julian., cap. 14.

12. Philosophi Epicurei, etc. Vide titul. Beati- cado, sent. 13, 14, 15, 16, 17.

13. Nulla mihi videtur prospera fortuna, nisi que otium philosophandi dat. Lib. 2 contra Aca- dem., cap. 1.

14. Philosophia nutrit ac fovet. Ibid., lib. 1, cap. 1.

15. A philosophia uberibus, se nulla atas que- ritur excludi. Ibid.

16. Non parvum in philosophia profectum puto, cum in comparatione recti verique invenendi, contemnitur a disputante victoria. Ibid., cap. 3

17. Ipeum verum non videbis, nisi in philoso- phiam totus intraveris. Ibid., lib. 2, cap. 3.

18. Nullus philosophorum finem actionum sua- rum constituit in fama vulgi, aut in lingua ho- minum. Epist. 56.

19. Omnia que corporeus sensus attingit, di- vina philosophia movet frenare atque sopire. Epist. 214.

20. Nulla est homini causa philosophandi, nisi ut beatus sit. Lib. 19 de Civitate Dei., cap. 4.

21. Quidam philosophorum quendam magna, quantum divinitus adjuverunt, invenerunt : quan- tum autem humanitus impediti sunt, erraverunt. Ibid., lib. 2, cap. 7.

22. Major societas debet esse nobis cum philo- sophis, quam cum poetis. Ibid., lib. 6, cap. 6.

23. Nomen philosophia, si latine interpretetur amorem sapientia proficit : porro si sapientia Deus est, verus philosophus est amator Dei. Ibid., lib. 8, cap. 4.

24. Cedant omnes illis philosophis, qui non dixerunt beatum esse hominem fruentem corpore vel fruentem animo, sed fruentem Deo. Ibid., cap. 8.

25. Tunc beatus est studiosus sapientia fid enim est philosophus) cum Deo frui coperit. Ibid., cap. 9.

26. Communitur omnes philosophi studendo, querendo, disputando, vivendo appetierunt ap- prehendere vitam beatam : hec una fuit causa philosophandi. De Epist., cap. 3.

27. Si qui philosophi gentium, de Filio Dei, aut de Patre Deo vera predixisse, seu dixisse per- hibentur, vale quidem aliquid ad paganiorem vanitatem revincendam. Lib. 13 contra Faust., cap. 16.

28. Percant argumenta philosophorum, qui ne- gant in sapientiam cadere perturbaciones animo- rum. Tract. 69, super Joan.

29. Spiritus est vita, mors carnis philosophia. In suis Proverb., verbo Spiritus.

V. REDA.

30. Philosophorum vel hereticorum intellectus non habet in se puritatis veritatisque nitorem : et ideo multam curam gerunt ipsam colorare et ficare phaleris verborum, et veritatis syllogismo- rum, ne si nudus appareat, falsi etiam appareat turpitud. Serm. 41, super Cant.

31. Philosophorum ventosa loquacitas, non ho- nus imber est, qui sterilitatem magis infert terris, quam fertilitatem. Ibid., serm. 58.

32. Intentio morali philosophia versatur prin- cipaliter circa rectitudinem. In Reduct. certum ad Theolog.

33. Philosophi de Deo querere contententes, nihil se invicem confessi sunt, nisi quod inco- gnoscibilis est Deus. Prose.

34. Sicut qui in vagum Oceanum usurat navi- gare, cum non potest transire, necesse est ut per eandem viam revertatur : sic illi ab ignoto cepe- runt, et in ignotum finiunt. Super Luc., cap. 10.

35. Philosophi non solum abstinabant a vitis, gravibusque peccatis, sed et ab omnibus mundi vanitatibus et curiositatibus : et multi conati sunt, ut possent fieri virtuos. Serm. 2, de S. Gre- gorio.

36. Pisces maris philosophos fortasse significat, qui hujus mundi naturam erraticam curiositate per- tractant. Prose.

37. Nam sicut illi posita fronte itinera sibi re- serunt pelagi inundatione confusa : ita et isti ca- pite demisso venas rerum ratione humana assidue labores perquirunt. Super Psal., viii, vers. 8 : Et pisces maris, etc.

38. Philosophia vera non adulatur. Lib. 1 Stromat.

39. Ars sophistica est potestas phantastica, seu que visione percipitur, verbis falsas opiniones tanquam veras ingenerans. Ibid.

40. Philosophos nec humiles videmus esse, nec mites, sed sibi multum placentes : et hoc ipsi quodammodo placeant, Deo displicent. De Bona patient., cap. 1.

41. Ille vere divinus est philosophus, qui omni tempore pravis suis concupiscentiis resistit. Prose.

42. Nam qui in solo nomine sapientia sibi blanditur et gloriatur, insipiens hic prorsus ac stultus reputabitur philosophus. Serm. ad pietatem.

43. Nulla philosophia honestas ad salutem, sine Christo proficit. Lib. 18 Moral., cap. 27, in titulo.

44. Philosophia sapiens est amanda, aut nequa- quam philosophia existit, si non sit sapiens. Orat. 21 ad Romanum.

45. Philosophiam animi passionibus dominam constituere oportet. Ibid.

S. BERNARD.

S. DONAT.

CARSTEDT.

CLEMENS ALEX.

S. CYPRIAN.

S. EPIPHAN.

JOAN. GERS.

JOAN. TERTUL.

S. ISIDORUS.

46. Verus philosophus per afflictiones clarerit, et ex gravibus materiam facit virtutis, ac in ad- versis gloriorum, nec dextris iustitiam armis extol- litur, nec sinistris deprimitur. Orat. 25.

47. Nihil vera philosophia est inextinguibilis, nihil quod minus laedi queat : omnia prius cedunt, quam Philosophus. Ibid.

48. Hec duo philosophia novit, et rebus recte habentibus modeste uti, et calamitatem honeste ferre. Epist. 35 ad D. Gregor. Nyssen.

49. Philosophi seculi solent amorem veterem amore novo, quasi clavum clavo expellere : illi ritum vitio, peccatum peccato medicantur : nos autem amore virtutum vilia superemus. Epist. 4 ad Rustic.

50. Mundi philosophus gloria est animal, et popularis aura, atque rumorum venale mancipium. Epist. 26 ad Pammach.

51. Philosophantium, vel philosophantium plu- rima sunt signenta atque vanitates, pauca veritates, et nulle utilitates. Super Proe., cap. 5.

52. Nasquam ita probe cognoscuntur ea, que (cum non sint) esse putantur, quemadmodum in philosophia. Homil. 84 super Matth. Oper. perf.

53. Philosophi magna loquantur, sed nec mo- dica faciunt. Homil. 10 super Matth. Oper. imperf.

54. Philosophi etsi exteriori nisi sunt sapientia, minime est mirandum, sed potius ridendum : cui neque de Deo, neque de creatura firmum quid et solidum invenire potuerunt. Homil. 65, super Joan.

55. Philosophi magni sunt in civitatibus, et philosophia eorum extenditur : quos si intrinsecus inspereris, pulvis sunt et cinis, in quibus nihil sani, sed sepulchrum patens est guttur eorum, plenum immunditia et sordium, et precepta omnia veritum plena. Ibid.

56. Qui philosophiam docet, primum de seipso id docere, et se auditoribus conciliare debet. Homil. 4 super I ad Cor.

57. Philosophia animi, litterarum eruditione studiisque liberalibus tanto difficilior est et ope- riosior, quanto ficere quam dicere difficilius, ope- ratur quam verba laboriosiora sunt. Lib. 1 Ad- vers. vituperat. vita mundi.

58. Vana est philosophia, vana prorsus, ingu- lis et noxia, si non comes affuerit devotio. Tract. 7 super Magnificat.

59. Philosophia et theologia sine devotione dis- purgant superbos et depriment. Ibid.

60. Philosophia alior est, quam intellectum dis- cernit erudians, amantis allectum non solet ne- gligere. Orat. 2, in conventu Abbat. habita.

61. Philosophiam consequi non potest, qui in

verborum pugnis, et concertationibus operam suam collocat. Lib. 4, epist. 220.

62. Non dignus est philosophi nomine, qui in Christi disciplina versatus non est : sed improprie est, multoque idiotis deterior. In Apolog. 1.

63. Philosophia nomen et speciem sibi vendi- cant nonnulli, qui nihil dignum promissione prestant. Ibid., in Apolog. 2.

64. Melius est civiliter quam philosophice vi- vere : si non stulte vivit, qui civiliter vivit : se- quitur ut stulte vivat, qui philosophice vivit. Prose.

65. Si sapientia est, que dicitur philosophia, stulte profecto vivit, qui non secundum philo- sophiam vivit. Lib. 3 de Divin. Inst., cap. 14.

66. Nihil esse testatur in omni philosophia me- lius et fructuosius, quam precepta vite dare. Ibid., lib. 6.

67. Philosophia hominibus est eximia, unigeni- ta vero existens sola soli vult coire possessori, Parmenes. 159.

68. Philosophi nihil putant verum, nisi ratio humana prebeat eis experimentum. Serm. 1 de Adventu.

69. Philosophia mea sit philosophia fratris Ge- rardi, qui nihil habebat aliud in ore et in corde, nisi Jesum Christum. Prose.

70. Philosophia mea sit philosophia Pauli, qui constantissime affirmabat se nihil aliud scire, nisi Jesum Christum, et hunc crucifixum. Ibid., super Job, cap. 2.

71. Quis dicere audeat eum philosophari, qui universis laboribus suis non ad eternam beatitudi- nem, sed ad eternam miseriam tendit? Lib. 1, epist. 9, ad Petrum.

72. Eris verus philosophus Christi, cum in te stultum fecerit ipse sapientiam mundi. Ibid.

73. Sicut liberales artes conferunt ad quendam philosophiam, ita philosophia ad parandam sapientiam. De Congressu querendus erudit. gratia.

74. Bonorum omnium, que vere bona sunt, fons est philosophia : ex eo si quis haurit, ut virtutum sibi quærat, laudandus : contra vituperandus, qui solum inde petit viciem. Lib. 2 de Speciali legib.

75. Philosophus mundi, captator est fame, ne- glector conscientia. Part. 1, lib. 8 de Contemplat., cap. 3.

76. Nihil est philosopho turpis, vitia obscena sectantur : quia prater eam deformitatem, quam vitia in se habent, sapientiam nomine plus notatur. Lib. 4 de Gubern. Dei.

77. Philosophia esperam se ab initio, et tractatu difficilem prebet. De Regno ad Arcadium imperat.

78. Philosophare, ac quod divinum in te est,

PHILOSOPHIA.

S. JUREN. MART.

LACT. PIEM.

PETRIUS MENSES.

S. PETRIUS MAURITIUS ABB. CLON.

PHILO JUD.

REGI & S. VICTORIS.

SALVIANUS.

S. SYNESTIA EPISC.

- ad divinum illud esse primigenium et antiquissimum. *Ibid.*, epist. 138, ad *Herulianum*.
- S. THOMAS AQUINAS. 79. Philosophia est contra morbos subdium, ingenii remedium, et amicorum presidium. *De Scientiis vtilibus*.
- THOMAS A KEMPIS. 80. Multi docti philosophi et magni in oculis suis viam salutarem prudentie neglexerunt aut nescierunt, et ab humilitate Christi recedentes, a veritate erraverunt, et difficulter ad contemptum seculi venire poterunt. *Serm. 12 ad Novit.*, div. 6.
- ARISTOTEL. 81. Philosophia scientia veritatis appellatur: speculativa etenim finis, veritas: practica autem, opus. *Lib. 2 Metaphys.*, cap. 1.
82. Oportet profecto, ut substantiarum principia et causas philosophus habeat. *Ibid.*, lib. 4, cap. 2.
83. Philosophus est de omnibus posse speculari: si enim non philosophi, quis erit qui considerabit? *Ibid.*
- CICERO. 84. Philosophia virtutis continet et officii, et bene vivendi disciplinam, quam qui profliciter, gravissimam sibi sustinere personam videtur. *Orat. 37. in Pisonem*, num. 71.
85. Beloris medicina est philosophia. *Lib. 1. Academic. quest.*, num. 11.
86. Omnis auctoritas philosophiam consistit in beata vita comparanda. *Lib. 5. de Finibus*, num. 87.
87. Philosophia nihil uberius, nihil florentius, nihil praestantius hominum vitae datum est. *Lib. 4 de Legib.*, num. 51.
88. Efficit hoc philosophia, scilicet: medietur animis, inanes sollicitudines detrahit, cupiditatis liberat, peliti timores. *Lib. 2 Tus. quest.*
89. Cultura animi est philosophia. *Ibid.*
90. Profecto animi medicina est philosophia. *Ibid.*, lib. 3.
91. O vite philosophia dux! o virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum! *Prose.*
92. Tu urbes peperisti, tu dissipatos homines in societatem rite convocasti: tu inventrix legum, tu magistra morum et disciplina es. *Ibid.*, lib. 5.
93. Non ex singulis vocibus philosophi spectandi sunt, sed ex perpetuitate atque constantia. *Ibid.*
- SPICITUS. 94. Philosophi status et expressa imago est, omnem utilitatem et damnum a semetipso expectare. In suo *Enchirid.*, cap. 71.
95. Nusquam te philosophum proficioris. *Ibid.*, cap. 68.
96. In omnibus rebus illud tibi satis sit te esse philosophum: siu alicui etiam videri philosophus

cupis, tibi videre, idque tibi satis esto. *Ibid.*, cap. 39.

97. Verus philosophus, quae ad corporis cultum spectant, contemnit. In *Dialogo Plectonis*.

98. Omnis veri philosophi opera et labor in eo versatur, non in curando colendoque corpore, sed quantum poterit, seipsum ab illo sevocando, et ad animum penitus convertendo. *Ibid.*

99. Boni et recte philosophi ab omnibus corporeis abstinent voluptatibus, et constanter fortitorque seipos conspiciunt, neque sese illis condonant permittuntque. *Ibid.*

100. In re vocamus philosophum eum hominem ad disciplinam quamlibet degustandam propensum, et alacri animo ad aliquid discendum incumbentem. *Lib. 5 de Republ.*

101. Necesso est, ut qui veri philosophi fieri incipiunt, methodicum minime amplectantur: sed illud potius, ubi agnoverint, summo odio prosequantur, amant vero veritatem. *Ibid.*, lib. 6.

102. Nisi quis fidei atque simulacri, non vere et solide sit philosophus: prorsus necesse est, ut temperans sit, neque pecunie ullo modo cupidus. *Ibid.*

103. Cum ignava et liberali natura, vera philosophia nihil habet commune. *Prose.*

104. Vir enim vere philosophus, modestus est, non questus deditus, non illiberalis, non arrogans, non insolens, non ignavus. *Ibid.*

105. Philosophia servias oportet, ut tibi contingat vera libertas: hoc enim ipsum philosophum servare libertas est. *Epist. 8.*

106. Non est philosophia populare artificium, nec ostentationi paratum: non est in verbis, sed in rebus est. *Prose.*

107. Animum format et fabricat, vitam disponit, actiones regit, agenda et omittenda demonstrat, dirigit cursum, sine hac nemo securus est. *Epist. 16.*

108. Multis ad philosophandum obstere divitiarum: paupertas expedita est, secunda est. *Epist. 17.*

109. Verba rebus proba; facere docet philosophia, non dicere, ne orationi vita dissentiat. *Prose.*

110. Maximum hoc est et officium sapientie et iudicium, ut verbis opera concordent. *Epist. 20.*

6. CASTORON. Poenitentia est antea delere, et stenda iterum non committere. Serm. 11, *ad Fratres in cretao.* Nihil aliud est poenitentia, quam voluntaria poena pro peccatis assumpta. Serm. 2, *de Plur. Mart.* Quid est aliud poenitere, nisi trisci sibi, ut horreat quod fecit, et cruciatu a se exigat, ne iudex potius iratus affligat? Super *Psalm. iv*, vera, 5; *Irascimini*, etc.

7. GREG. INT. Poenitentia est correctio male mentis. Super *Math.*, cap. 4.

8. GREG. NYSS. Poenitentia est dissolutio et eversio peccatorum, quae vel re, vel cogitatione sunt admissa. *In eos qui alios iudicant.*

9. HUGO CARD. & JOANNE BARASC. Poenitentia est correctio animae. Super *Psalm. xxxv.* Poenitentia est ab eo quod naturae adversatur, ad id quod naturae consentaneum est: atque a dia-

bolo, ad Deum per pie vite studia, et labores reditus. Lib. 2 *de Fide orthodoxa*, cap. 30.

Poenitentia plena et perfecta definitio est, ut peccata pro quibus poenitentiam gerimus, vel quibus nostra conscientia remordetur, nequaquam ulterius admittamus. Collat. 20, *Abbat. Piusqfi*, cap. 5.

Poenitentia est iustitia, qua quis inclinatur punire malum, vel emendare quod in se reperit. Part. 4 *de Descript. termin.*, cap. *Iustitia.*

Agere poenitentiam nihil aliud est quam profiteri et affirmare se ulterius non peccaturum. *De divinis Inst.*, lib. 6 *de Veru cultu*, cap. 13.

Poenitentia est vera ab omnibus extra Deum aversio, et integra ad purissimum certissimumque bonum, illud quod Deus ipse est, conversio. In *Apolog. pro Thaulero*, cap. 5.

Poenitentia vera est dolor cordis, et amaritudo animae pro malis, quae quisque commisit. Lib. 4, dist. 17.

Vera poenitentia est abominatio peccati, cum volo cavendi, confitendi, satisfaciendi. Part. 1 *de Potestate ligandi et solvendi*, cap. 5.

Poenitentia est quedam specialis virtus, qua homo operatur ad praeteritum peccati destructionem, et detestationem. Part. 3, *Sunnae*, quest. 85, art. 2.

Descriptio. Poenitentia est revocatio baptismatis. *Prose.*

Poenitentia est secunda vitae conventio ad Deum. Poenitentia est humilitatis empor.

Poenitentia est corporeae consolationis perpetua et iugis repudiatio.

Poenitentia est seipsum semper condemnans cogitatio, securae cuiusque sui cura.

Poenitentia est spes illa, inidelicitatisque et desperationis abnegatio.

Poenitentia est vera confessio liber.

Poenitentia est reconciliatio Domini per bona opera peccatis repugnancia.

Poenitentia est conscientio emendatio.

Poenitentia est voluntaria eorum rerum omnium, quae affligant, toleratio.

Poenitens est cruciatum sibi semper opifex.

Poenitentia est valida ventris afflictio, animaque in sensu firmissimo iugis reprehensio. Gradus 5. *Divisio.* Tres sunt species poenitentiae: simulatio et instructiva, ut in Esau et in Saul; crudelis et desperata, sicut in Cain et Juda; Utilis et consummata, sicut in Maria et Zachaeo, istius poenitentiae partes sunt quinque: contritio in corde; confessio in ore, maceratio in carne, correctio in opere, perseverantia in virtute. In suis *Sent.*, verbo *Tres.*

Poenitentiae tres sunt partes: contritio cordis

JOAN. CASS.

JOAN. GERS.

LACT. FIRM.

LUDOVICUS HROSTOS.

PETRES LOMBARDES MAG. SENT.

NICH. A. S. VICTORE.

S. THOMAS AQUINAS.

S. JOAN. CLIV.

HUGO CARD. & S. BONAV.

confessio oris, satisfactio operis. Super *Ecclesiasticis*, cap. 17. Et *S. Bonavent.* super *Psalm.* lxxx.

POENITENTIAE TRES SUNT PARTES: prima contritionis, secunda confessionis, tertia satisfactionis, *Prose.*

Prima mentem lavat, secunda refrigerat, tertia fovendat. Prima debetur Deo, secunda prelato, tertia proximo.

Deo debemus contri, prelato confiteri, proximo bene operari. *Serm. 10, in Die Classum.*

S. BONAV.

Comparatio. Sicut virus serpenti vilam conservat, sed homini mortem perinat et sicut lignis aurum probat, et virgulis temperat: sic eadem poenitentia, non omnibus est imponenda, sed diversis diversa. *Prose.*

Sicut talpa moritur in luce, et sub terra vivit: et sicut ignis quem cetera animalia timeant, salamandram nutrit; et sicut homo sub aqua moritur, ubi piscis delectatur: sic eadem poenitentia non omnibus est injungenda, sed diversa diversis. *Tit. 2, Dicitur, cap. 1.*

SUNT TRES PARTES.

S. ALANUS DE RUPE.

1. Poenitentia est curatio vitiorum, reparatio virtutum, reparatio virtutum, confusio demonum, letitia angelorum, medicina peccatorum. *Part. 3, serm. 4, regina 14, cap. 23.*

S. ALBERTUS MAGNUS.

2. Falsus est poenitentia, quando unum peccatum emendatur, et de alio non curatur. *Part. 1, de Poenitentia, serm. 44.*

S. ANDREAS.

3. Studeant qui agunt poenitentiam, quomodo agere debeant, quo studio, quo affectu, qua mens intentione, qua interiorum concussione viscerum, qua cordis conversatione. *Lib. 2, de Poenit., cap. 6.*

4. Tanta poenitentiae medicina est, ut mutare videatur suam Deum sententiam. *Ibid.*

5. Facilius juveni qui innocentiam servaverint, quam qui congrue egerint poenitentiam. *Ibid., cap. 10.*

6. Peccati: o quantum valent tres syllabae, tres enim syllabae sunt, Peccavi, sed in tribus syllabis flamma sacrificii cordis poenitentis ad caelum ascendit. *In Eucharistia, ad poenitentiam.*

7. Nichil peccare solius est Dei, emendare, sapientis est, et corrigere eruditi, et poenitentiam gerere peccati: id tamen difficile est in hac vita homini. *Prose.*

8. Quid enim tam rarum, quam ut invenias virum, qui scilicet coarguat, et factum condempnent suum?

9. Rara itaque confessio de peccato, rara poenitentia, rara in hominibus veritas ipsius asseritio.

10. Repugnat enim natura, repugnat verecundia: natura, quia omnes sub peccato, et qui car-

nom gerit, culpe obnoxius est: repugnat ergo natura carnis, et illicebat sicuti innocens, in tegeatistiquo.

11. Repugnat etiam verecundia, quia erubescit unusquisque propriam culpam fateri: dum praesentia magis quam futura cogitat. *Lib. 1, epist. 3, ad Simplicianum.*

12. Pigra est verecundia est poenitentia, quia premitur et revocatur praesentium pudore. *Ibid.*

13. Prudentis est prospicere, ne frequenter eum poenitent sui: nunquam enim poenitere, solus est. *Def. Lib. 10, epist. 82, ad Verullos, Eccl.*

14. Peccavit David ut solent Reges, sed poenitentiam gessit, levit, ingenuit, quod non solent Reges. *Lib. 1, de Apologia David, cap. 4.*

15. Vera medicina est, gerere poenitentiam: quae tunc legitime praedicta est, quando medicus venit et coelo, qui non exasperaret vulnere, sed sanaret. *Super Psalm. xxxvii, in praefat.*

16. Fidelior factus est Petrus, postquam fidem se perdidisse desisset; atque ideo majorem gratiam reperit, quam amisit. *Serm. 47 de Fide Petri.*

17. Si quis senserit aliquod mortali in se damnum, nisi poenitentiam egerit, aeterna illum flamma trucidabit. *Part. 2, lit. A, cap. 8, § 5.*

18. Sicut baptisimus est janua omnium sacramentorum, ita poenitentia est secunda tubula post naufragium. *Part. 3, lit. 1 de Matrimonio, cap. 49, § 11.*

19. Poenitens debet videre praeterita, ut defleat; futura, ut caveat; prospera, ne elevent; adversa, ne deprimant; superiora, ut sapiant; inferiora, ut desipiant; interiora, ut sibi in Deo sapiant. *Serm. Dom. 4, Quadrag.*

20. Poenitentia est cibus peccatorum. *Serm. in die Pasche.*

21. Tunc poenitentia prodest, cum poenitens emendandi voluntatem habet. *Prose.*

22. Sublata vero copia recte faciendi, inutilis est dolor et irrita poenitentia, Homil. de Divite et Lazaro.

23. Ne quomquam potes ab errore ad veritatem, vel a peccatoque suo magno, sui parvo peccato ad correctionem sine poenitentia posse transire. *Epist. 48, ad Vincentium.*

24. Non solum cum agitur poenitentia, verum etiam ut agatur, Dei misericordia necessaria est. *In Eucharistia, cap. 82.*

25. In actione poenitentiae non tam consideranda est mensura temporis, quam doctoris. *Ibid., cap. 65.*

26. Poenitentia aboleri peccata indubitanter credimus, etiam si in ultimo vite spiritu admis-

S. ANTONIUS.

S. ANTONIUS DE PADUA.

S. ASTERIUS.

S. AGOSTUS.

sum quem poenitit. *De Ecclesiasticis dogmatibus, cap. 80.*

27. Qui per poenitentiam peccata diluit, angelice felicitatis consortes in aeternum erunt. *Lib. 1 de Mirab. sacra Script., cap. 2.*

28. Poenitentia languores sanat, leprosum curat, mortuos suscitatur, vitia fugat, virtutes exornat, mentem mundit, et roborat, omnia saliat, omnia reintegrat, omnia iustificat, similitudinem angel, gratiam conservat, claudis gressum, aridis copiam, caecis restituit visum, temperat successus, constringit impetus, moderatur excessus. *De Vera et falsa poenit., cap. 1.*

29. Poenitentis genitrix, fletus, et lamentatio hoc acquirit, ut et veniam mereatur et reformationem. *De quaest., Veteris et novi Test., quast. 102.*

30. Temerarius est, qui peccatum non abhorret, sed cum peccat, ad poenitentiam recurrit. *De Vera et falsa poenit., cap. 7.*

31. Poenitentia efficax est et fructifera, neminem relinquens sine venia. *Ibid., cap. 8.*

32. Quem poenitit omnino poenitit, et dolorem lacrymis ostendit. *Ibid., cap. 10.*

33. Semper dolendum est in vita: ubi enim dolor finitur, deficit et poenitentia: si poenitentia finitur, quid relinquatur de venia? *Prose.*

34. Tandem gaudet et speret de gratia, quando sustentatur quis a poenitentia. *Ibid., cap. 13.*

35. Periculosissimum est, et interitum vitium, post mortem protrahere poenitentiae remedium. *Ibid., cap. 17.*

36. Poenitentia acquirit indulgentiam, sine qua nemo pervenit ad vitam. *Ibid., cap. 2.*

37. Recte poenitens quidquid sordium post purificationem contraxit, oportet ut aliquid saltem lacrymis mentis. *Ibid., cap. 9.*

38. Timendum est de poenitentesoro, multos enim solet serolina poenitentia decipere. *Ibid., cap. 17.*

39. Poenitentia omnibus utilis est, nec spem auferens, nec temeritatem concedens, sed digne et vere suscepta, promittit non solum indulgentiam, sed certa praemia. *Ibid., cap. 20.*

40. Petrum nisi Dominus respexisset, nunquam poenitentia motus amare levisset. *Lib. 3 Hypognostic., cap. 9.*

41. Poenitentia res est optima et perfecta, quae defectos revocat ad perfectum. *Ibid.*

42. Multi quos peccare non pudet, agere poenitentiam pudet. O incredibilis insania! de vulnere ipso non erubescit, de ligatura vulneris erubescit. Nonna patrum modum loquens de potius est? confugit ergo ad medicum, ago poenitentiam. *Super Psalm. 1, vers. 4.*

43. Tunc cum venerit iudicii tempus, correctionis locus non erit, sed tantum damnationis; et

erit ibi poenitentia, sed infructuosa, quia sera. *Prose.*

44. Vis ut fiat fructuosa? non ait sera. Considera, hodie te corrige. *Super Psalm. 11, vers. 6.*

45. Violentia poenitentia cedat consuetudo peccandi. *Tract. 49, super Evang. Joan., cap. 11.*

46. Quid est infelicis, quid perversus, quam de ipso vulnere quod latere non potest, non erubescere, et de ligatura illius erubescere? *De Poenitentiae medicina, cap. 3.*

47. Noli timere, ades in itinere auxiliator, qui in Aegypto non defuit liberator: noli timere, aggredere viam, praesum securus. *De Ulit. poenit., cap. 1.*

48. Quem poenitit, ita poenitit, ut ulterius jam lugenda non committat. *De Rectitud. catholice conversationis.*

49. Ipsa impoenitentia est Spiritus sancti blasphemia, quia ille quid loquor imponit peccato est ligatus, dono Spiritus sancti resistere videtur. *Serm. 11, de Verbis Domini.*

50. Propter dolorem salubrem poenitentiae in fletu Domini poenit officium: in risu, hoc est in gaudio, beneficii. *De Verbis Apost. serm. 9.*

51. Si poenitens es, poenit te: si non poenitit te poenitens non es. Si ergo te poenitit, cur facis quod male fecisti? si fecisse te poenitit, noli iterum facere: si adhuc facis, certe non es poenitens. *Homil. 41 ex 121 Homil.*

52. Si quis positus in ultima necessitate aggritudinis suae voluerit accipere poenitentiam, ei accipit, et mox reconciliatur, et hinc vadit: faber voluit, non illi negamus quod petit, sed non praesumimus quia bene hinc exit. *Prose.*

53. Non praesumo, non vos fallo, non praesumo: fidelis bene vivens, securus hinc exit: baptizatus ad horam, securus hinc exit: sanus agens poenitentiam, et reconciliatus, et postea bene vivens, securus hinc exit. Differens autem et agens poenitentiam ad ultimum et reconciliatus, si securus hinc exit, ego non sum securus.

54. Unde secutus sum, dico et de scientiam, unde non sum securus poenitentiam dare possum, ageritatem dare non possum.

55. Nunquid dico, damnabitur? Non dico, sed dico etiam liberabitur? Non. Et quid dicitis nihil nescio, non praesumo, non promitto, nescio.

56. Vis te de dubio liberare, vis quod incertum es evadere? ago poenitentiam dum sanus es.

57. Si enim agis veram poenitentiam dum sanus es, et invenierit te novissimus dies, curae ut reconciliaris: si sic agis, securus es. Quare securus es? quia agis poenitentiam eo tempore quo et peccare potuisti.

58. Si autem tunc vis agere poenitentiam ipsam,

UNIVERSITATIS
LIBRARIUM
UNIVERSITATIS
LIBRARIUM

UNIVERSITATIS
LIBRARIUM
UNIVERSITATIS
LIBRARIUM

quando jam peccare non potes, peccata te dimiserunt, non tu illa.

59. Sed unde scis, inquit, nisi forte Deus dimittat mihi? verum dicis. Unde? Nescio: illud scio, hoc nescio. Nam ideo tibi de poenitentiam, quia nescio: nam si scirem tibi nihil prodesse, non tibi darem; si scirem tibi prodesse, non te admonerem, non te tererem.

60. Dom res sunt: aut ignoscitur tibi, aut non ignoscitur. Quid horum tibi futurum sit, nescio: ergo tunc certum, dimitte incertum. *Ibid.*

61. Poenitentiam ago: quidquid enim feceris, quaecumque peccaveris, offline in hac vita es, unde te Deus, si sanare nolle, auferret. *Ibid.*, homil. 50.

62. Poenitentiam certam non facit, nisi odium peccati et amor Dei. *Serm. 3 de Nativit. Dom.*

63. Quando sic te poenitet tibi amarum sapit in animo, quod ante dulces fuit in vita; et quod te prius oblectabat in corpore, ipsum te cruciet in mente: jam tunc bene ingenuitatis ad Deum, et vere te poenitet. *Ibid.*

64. Ista est vera poenitentia, quando sic convertitur quis, ut non revertatur: quando sic se poenitet, ut non repetat. *Ibid.*

65. Quid infelicis, quid perversus, quam de ipso vulnere quod latere non potest non erubescere, et de ligatura illius erubescere? *Homil. 50, et vna Homil.*

66. Poenitentia vera, non amorum numero consistit, sed amaritudine animi. *Prose.*

67. Non longitudinem temporis tantum requirit Deus, quantum affectum sinceritatis poenitentia pensat. *Serm. 3 Dom. 4 Quadrag.*

68. Fidelior factus est Petrus postquam fidem se perdidisse deservit, atque ideo majorem gratiam reperit quam amisit. *Serm. 2 de Calceata S. Petri.*

69. Poenitentia mater est omnium honorum. *Serm. 44 ad Fratres in eremo.*

70. Poenitentia illa digna et bona est, quae peccata perita deplorat, sic ut deplorata iterum non committat. *Prose.*

71. Qui sic peccata deplorat, ut iterum peccata committat, adhuc poenitentiam agere ignorat.

72. Qui dissimulat, irrisus est: et non poenitens, qui adhuc agit cupis se poenitet. *Ibid.*

73. Si casu qui instigante diabolo ac suadente peccaverit, ad poenitentiam, quae est medicamentum lapsorum, tota animi virilitate confugiat. *Ibid.*, *Serm. 60.*

74. Qui tempus poenitentiae datum negligit, frustra ante tribunal Christi processit. *Prose.*

75. Ibi a Deo non potest mereri quod petit,

qui hic noluit audire quod jussit. *Ibid.*, *Serm. 71.*

76. Inanis est poenitentia, quam sequens culpa inquinat. *Hab. in Decret. Gratiani, pari. 2 de Penit., dist. 3, can. Inanis.*

77. Natura quam fecit Deus de nihilo, potest quam peccavit, cogitur ad poenitentiam. *Lib. 2 de Gen. contra Manich., cap. 29.*

78. Quicumque Dei auxilio corriguntur, quod amiserant peccando, se ponitendo recuperant. *De Morib. Eccles., cap. 34.*

79. Nihil aliud agit quem veraciter poenitet, nisi ut id quod male fecerit, impositum esse non sinat. *Epist. 34.*

80. Poenitentia animi quaedam mors est. *Lib. 4 de Doctrina Christ., cap. 19.*

81. Age poenitentiam de praeteritis malis. *Epist. 70.*

82. Peccata quam male agendo committitur, possunt et poenitendo sanari. *In Enchirid., cap. 86.*

83. Quicumque compunguntur homines poenitentia peccatorum, homines sunt. *Annot. in Job., cap. XXXV.*

84. In judicio sera erit et infructuosa infidelium poenitentia. *Ibid., cap. 37.*

85. De conversione nullus desperandum est, quando patientia Dei eum ad poenitentiam adducit. *Lib. 4 de Baptismo contra Donatistas, cap. 44.*

86. Poenitentia non est alienae naturae, sed voluntatis nostrae. *Lib. de Actis cum Felice, cap. 8.*

87. Deus sanat poenitentes peccata confessos. *Ibid.*

88. Inexcusabilis est omnis homo quem et admonitum poenitere non vult in malo. *De Cultiva agri Dom., cap. 3.*

89. Si me poenitet, parcis: in super dum differo, praestolaris. *Lib. Medit., cap. 2.*

90. Poenitentes, si tamen estis poenitentes et non estis irridentes, mutate vitam. *Homil. At ex iam Hom.*

91. Ne desperando augeamus peccata, propositus est poenitentia portus. *Ibid., homil. 27.*

92. Quisquis poenitentiam recusat humilitatem, Deo propinquare non cogitat. *Ibid., homil. 50, cap. 4.*

93. Non vehementius diabolum prosternumus, nec aciores ei dolores infligimus, quam cum plagas peccatorum nostrorum confitendo et poenitendo sanamus. *Ibid., cap. 3.*

94. A peccato illiciti sumus! per poenitentiam curamur: poenitentia porro remota jejuniis, inanitas et infrugifera est. *Homil. 4 de Jejunio.* *Hab. apud D. Joan. Damasc., lib. 2 Parall., cap. 86.*

95. Mali remedium cape, cape lapsus tui reputatum in poenitentia pharmacum. *Orat. 20.*

S. BASILIUS
MAONIS

S. BASILIUS
SERLIP.

V. BEDA. 96. Tale est genus vitiorum, ut nisi praeteritum celeri poenitentia deleatur, alia ex indo oriatur. In suis *Proverb., verbo Tale.*

S. BEANARD. 97. Poenitudo sine correctione non proderit: in poenitudine enim mens accenditur, in correctione ardet. *Serm. 3 Vigil. Not.*

98. Poenitentiam habere, dolere est; poenitentiam agere, remedium doloris est. *Serm. de Convers. ad Clericos, cap. 5.*

99. Poenitentia quae per corpus geritur, brevis est et levis: brevis, quia corporis morte terminatur; levis, quia per societatem corporis fertur facilis. In suis *Sent., verbo Tres.*

100. Quisquis dum in corpore vivit, poenitentiam recte agere negligit, nullum in futuro saluti remedium obtinere poterit. *Ibid.*

101. Necessaria sunt poenitentiam tria haec; absentia, lectio, oratio. *Ibid., verbo Necessaria.*

102. Qui veraciter poenitet, laborem poenitentiae non abhorret, sed quidquid sibi pro culpa, quam odit, injungitur, facili conscientia patienter amplectitur. *De grad. humilit., grad. 9.*

103. Vera poenitentia est quando sic poenitet hominem peccasse, ut crimen non repetat. *De Inter. domo, cap. 52.*

104. Vera poenitens semper in labore et dolore est, dolet de praeteritis, laborat pro futuris cavendis. *Lib. Medit., cap. 4.*

105. Vera poenitentia est sine temporis intermissione de peccatis dolere: sic plangere commissa, ut non committantur plangenda. *Ibid.*

106. Irrisor est, et non verus poenitens, qui adhuc agit quod poenitet: quoniam inanis est poenitentia, quam sequens inquinat culpa. *Ibid.*

S. BONAV. 107. Aut constanti dolore cruciabant poenitentem vitam, aut aeterni cruciatu vexabant poenitentem animam. *Serm. 1, Dom. 4, Quadrag.*

108. Agere poenitentiam, fructuosum est, respectu hominis agentis, respectu diaboli invidentis, respectu Angeli gaudentis, respectu Dei relictantis. *Prose.*

109. Fructuosus utique et utilis est actio poenitentiae ad hominis expiationem, diaboli spoliationem, Angeli congratulationem, Dei remunerationem. *Serm. 4, in die Cinerum, in illud 49. Job, Ago poenitentiam, etc. pag. 64, col. 4, tom. 3.*

110. Cinis et siliquium, sunt arma poenitentium. *Super Luc., cap. x.*

111. Asinus Christi est, qui omnis poenitentia portat; malus asinus est, qui et saecum poenitentiae, et Dominum insidentem projicit; gravius enim onus peccator assumit. *Serm. 3, Dom. Palm., in illud Matth. xxi: Soleus super asinum.*

Tohi. III.

112. Nullus potest esse particeps gloriae, nisi perseveret ad monumentum poenitentiae. *Serm. 4, Dom. 13, post Pent., super illud Joan. xx: Maria stabat ad monumentum.*

113. Sicut baptismus est porta intrantium, sic poenitentia est porta resurgentium: quia dum per eam peccatum destruitur, homo ad innocentiam reparatur. *Serm. 3, de S. Andrae.*

114. Vere non est vera, sed falsa poenitentia: immo nec poenitentia est nominanda, ubi nulla sunt aspera, sed dulcis universa. *Serm. 2 de S. Joan. Bapt.*

115. Vere homo et non fecte debet se pro peccato punire medici more, qui aegrotum non parat, ut sanari possit. *Serm. 5 de Plur. Mari.*

116. Nihil valet poenitentiam inchoare, et eam usque ad medium trahere, si non adit perseverare. *Ibid.*

117. Poenitentia est discretè imponenda, devotè assumenda, perfecte adimplenda. *Tit. 2, Diatae, cap. 1.*

118. Bonus et perfectus poenitens fugit dishonorem, sequitur Christum, spernit mundum, et appetit coelum. *Ibid.*

119. Poenitentia angelos iustificat, impiam iustificat, impium iustificat, amissa bona revocat, vitam aeternam donat, poenitentiam aeternam vivat. *Lib. 6 Theology. vort., cap. 22.*

120. Ve mihi, si peccata mea non desolvero: ve mihi, si media nocte ad confitendum tibi non surrexero. *In Soliloq., cap. 3.*

121. Erubescimus modo parvo tempore poenitentiam agere, et non timemus sine ullo termino aeterna supplicia suslinere. *Prose.*

122. O infelix homo! de ipso vulnere non erubescis, et de ligatura vulneris erubescis: peccatum enim vulnus est, poenitentia ligatura vulneris est.

123. Tu qui poenitentiam non vis agere, sine dubio dissimulas medicamenta tui vulneribus adhibere. *Homil. 13.*

124. Tu homo sapiens, considera si iustum est, ut per totam vitam tuam vitis et peccata servas, et ad acquirendam vitam per poenitentiam jam semivivus assurgas. *Ibid.*

125. Ista quaedam formula poenitentium est, ut inchoat a lacrymis, et desinat iactitia. *Super Psalm. vi, vers. 111.*

126. Perfecta poenitentia est, futura cavere peccata, et fugere praeterita. *Super Psalm. 1, vers. 4.*

127. O conditio beata poenitentium, quae de reis efficit justos, de tristibus perenniter letos, de mortalibus absolute perpetuos. *Super Psalm. ci.*

128. Quomodo modum aridum lignum aqua s. CTIVILLIS

S. CESARIUS
ARLAV.

CASSIUS

HEROSOL. participans, flores emittit, sic et anima peccatrix per poenitentiam Spiritu sancto digna reddita, iustitiam faciemus progeniam. Cateches. 16.

THEOPH. 129. Quem peccasse poenitet, ita poenitet, ut non amplius peccando ab ira in peccantes futura fugiat. Lib. contra Manich.

ALEX.

S. EL-GIUS. 130. Cavent omnes, qui poenitentiam volunt in fine vite sue accipere; vix enim paucos videmus eam secundum quod desiderant, adipisci. Homil. 6.

131. In poenitentis maiorem in se, quique reverentiam debet exercere, ut a seipso iudicatus, non iudicetur a Domino. *Ibid.*

132. Peccator dum labitur in peccatum, non differat poenitentiam, quia nescit si tempus poenitendi accipiet, aut digne poenitebit. *Ibid.*, homil. 9.

133. Ille poenitentiam digne agit, qui reatum suum satisfactione legitima plangit, condemnando scilicet ac desudando que gessit. *Ibid.*, homil. 6.

134. Dominus paratus est semper recipere peccantes ad poenitentiam converti volentes. *Ibid.*, homil. 43.

S. EUSEBIUS EMISSEN.

135. Beatus, qui hinc mala sua deslere, qui hinc delictus suos festinat evolvere, et innocentiam, quam jam non potest reparare per baptismi iterationem, recuperare studet per summum poenitentis fructum. Homil. de Poenit. Nisiit.

136. Non pudeat poenitere, quod peccare non potuit. *Ibid.*, homil. ad Poenitent.

FRANCISCUS XAVIER.

137. Tempus poenitentis, quo se valet homo ad Deum convertere, nunc solvitur; neque ultra hoc seculum extenditur. In *Annal. super Psalms*, v, vers. 5, sect. 4.

GLOSS. DIC.

138. Elatis ratio habenda est in poenitentia. In *Decretis Gratiani*.

139. Sicut prima bona per sequentia mala, mortua et irrita fiunt; ita ipsa eadem per poenitentiam, et alia bona sequentia reviviscunt. In *Decret. Gratiani*.

140. Qui a malis sic mentem revocat, ut commissa plangat, et plangenda committere non velit, nec satisfacere negligat, vere poenitens est. *Ibid.*

GLOSS. CAN.

141. Necesso est ut cito post peccatum ad poenitentiam redeamus, ne forte diabolus per malignos spiritus in necem nostram conspiret, et meriti perpetui nos tradat. Super II *Regum*, cap. 43.

142. Quando peccator vero poenitet, aeterna poena, quam meruerat, in temporalium commutatur. Super III *Regum*, cap. xxi.

143. Vere revertens ad Deum per poenitentiam, quanto commisit peccata graviora, tanto

conari debet ad faciendum opera meliora. Super II *Paralip.*, cap. xxxiii.

144. Peccator quantumcumque magnus, si vere poenitet, et in bono terminat vitam, finaliter consoquetur vitam beatam. *Ibid.*

145. Potentia Domini bonitatis plena, opus suum propter peccata non despicit, sed per poenitentiam adiuvat, et pie fovet et nutrit. Super illud *Sap. xi: Miseris omnium*.

146. Sic poenitor, ut non sit iterandum. Super illud *Ecclesiastici: Et non iteras verbum*, etc.

147. Libenter suscipit Dominus poenitentem, eiusque occurrit et gratiam reddit revertenti, si tamen cum poenitu redeat. Super *Hierem.*, cap. iii.

148. Puniat quisque mala prioris vite, quia appropinquabit saluti, quam perdidimus, et facultas rediendi unde occidimus. Super illud *Matth. iii: Poenitentiam agite*.

149. Virtus est per poenitentiam primere veterem hominem, et vitam odisse; sed qui non fecit non modo virtutes non comprehendit, sed nec etiam supplicia fugit. Super illud *Matth. iii: Poenitentiam agite*.

150. Forma poenitentibus describitur, locus scilicet conversationis, non frequentia hominum, sed desertum; vestitus non molis ad luctum, sed asper, victus tenuis et impositus. Super illud *Matth. iii: Vox clamantis*, etc.

151. Nunquam Deus spernit poenitentiam, si eam sincero et simpliciter offeratur: etiamsi ad summum quis perveniat malorum, et inde tamen velit reverti ad virtutis viam, suscipit et libenter amplectitur. In *Decret.*, part. 2, de *Poenit.*, dist. 8, can. *Talis*.

152. Peccatum quod per poenitentiam non diluitur, suo pondere mox ad aliud transit. Lib. 25 *Moral.*, cap. 9.

153. Nulla est cogitatio reprehensionis, si non sequatur etiam lamenta poenitentis. *Ibid.*, lib. 33, cap. 5.

154. Quod fiendo insequitur, nequaquam nobis a venturo Iudice hoc obici certe speramus. *Ibid.*, lib. 4, cap. 47.

155. Qui accepta poenitentis tempora, diverfit ad culpam, districtus in ultimis iudex impensa argumenta misericordiae convertet ad poenam. *Ibid.*, lib. 47, cap. 4, num. 3, super illud: *Joh. 24, Delit et Deus locum poenitentis*.

156. Tanto arctiori manu poenitentiam mane a pollutione tergendam est, quanto se per consensum conspiciit sordidius inquinatum. *Ibid.*, lib. 4, cap. 47, super illud *Joh. 2: Invehatur amaritudine*.

157. Ne captiva mens culpe serviat, culpam a poenitentia libera non relinquit. *Ibid.*

GLOSS. III.

GLOSS. CAN.

GRATIANS.

S. CASSIUS.

REB.

158. Amaritudo presentis poenitentis extinguit supplicia sequentis ira. *Ibid.*, lib. 9, cap. 24.

159. Nilii sibi blanditur infirmitas, sed quanto sibi mali sit conscia, tanto in se benignius sit severa, et quaeque in se sentit districto ferienda, pie feriat per poenitentiam conversionis. *Ibid.*, lib. 25, cap. 4.

160. Omnis qui poenitendo corrigit aliquam quam fecit, eo ipso quo poenitet, se sibi displicuisse indicat: quia emendat quod fecit. Homil. 8, super *Ezech.*

161. Vita nostra ad tempus amarescat in poenitentia, ne aeternam amaritudinem sentiat in vindicta. Homil. 9, super *Evang.*

162. Perpendo Petrum, considero Latronem, aspicio Zachaeum, intueor Mariam, et nihil in eis aliud video, nisi spem et poenitentis exempla. *Ibid.*, homil. 25.

163. Nemo indulta poenitentis tempora parvipendat. *Ibid.*, homil. 29.

164. De omnipotentis Dei misericordia ordinate confidit, qui hoc quod peccando delinquit, poenitendo corrigit, fiendo tergit. Lib. 2, in I *Reg.*, cap. 3, super illud: *Dominus est, quod bonum est*, etc.

165. Debitum redditur pro peccato, cum peccatores affliguntur, et cruciati tergere culpas salugunt, quas carnis delectatione contraxerunt. *Ibid.*, lib. 3, cap. 4, super illud *Psalms. i: Tibi soli peccavi*.

166. Tria in unoquoque poenitente veraciter considerata sunt: videlicet conversio mentis, confessio oris, vindicta peccati. *Ibid.*, lib. 6, cap. 2, super illud: *Peccavi*, etc.

167. Minus est de anteacta vita erubescere, nisi quis etiam studeat ea que admisit poenitendo corrigere. In *septem Psalms. Poenit.*, super *Psalms. i*, vers. 10.

168. Mala quae nos egisse meminimus, fletibus puniamus; et per lamenta poenitentis pervenimus ad carmen vite: ne si affligi modo poenitendo nolimus, va postmodum, sine fine sentiamus. Homil. 9, super *Ezech.*

169. Poenitentiam agere est et perpetrata mala plangere, et plangenda mala non perpetrare. *Prosee.*

170. Nam qui sic alia deplorat, ut tamen alia committat, ad huc poenitentiam agere aut dissimulat, aut ignorat.

171. Quis enim prodest, si peccata quis in xurim desinat, et tamen avaritiae visibus anhelat?

172. Aut quid prodest, si irae culpas jam inogat, et tamen invidia facibus tabescat?

173. Quis ergo peccata deplorat, ploranda minime committat: et qui plangit vitia, perpetrare vitia timeat. Homil. 34, super *Evang.*

174. Quisquis desperans de venia, agere poenitentiam dubitat, David poenitentiam ad animum redeat. In *septem Psalms. Poenit.*, super *Psalms. iv*, in Prologo.

175. Eorum mala in Dei memoria nequaquam veniunt, qui ipsi poenitentis afflictione delere oblii non sunt. Lib. 3, in I *Reg.*, cap. 5.

176. Debet poenitens diluere poenitendo quae fecit; et non iterum revocare quod flevit. *Serm. 1, fer. 2, Litan.*

177. Nullus dignam poenitentiam agere potest, nisi Spiritus sancti gratia cor ejus ad poenitentiam emoliat. *Serm. Dom. 43, post Pent.*

178. Nullum peccatum tam magnum est, quod medicamento poenitentis sanari non possit. *Ibid.*

179. Nullus de magnitudine, vel multitudine peccatorum desperet; quia etiam magni sunt mortui animarum, omnipotens est medicus, qui non venit vocare justos, sed peccatores ad poenitentiam. *Prosee.*

180. Nullum enim vulnus peccati tam magnum est, ut per poenitentiam sanari non possit. *Ibid.*

181. Nulla medicina poenitentis non negligatur. *Serm. 2, Dom. 4, post Pent.*

182. Nulli membrorum tuorum parcas, ut soli parcas animae. *Epist. 4, ad Thimo.*

183. Non statim nobis poenitentis subsidia blandiatur, quae sunt infelicium remedia: cavendum est vulnus, quod dolore curatur. *Epist. 9, ad Salvinian.*

184. Necessaria est poenitentia, qui aut aequet criminum, aut certe excedat. *Epist. 22, ad Susannam lapsam.*

185. Secundum conscientiae molem, exhibenda est poenitentis magnitudo. *Ibid.*

186. Poenitentia non verbo agenda est, sed facto. *Ibid.*

187. Si peccaveris, o homo, festina liberanda te reconciliari Deo: ut ex mercede sudoris, et digna poenitentia recipias quod ex gratia donatum tibi, perdidisti. *Epist. 40 de Duobus Jlib.*

188. Apud Deum non tam valet memoria temporis quam doloris. In *Regula monachorum*, cap. 30, de *Poenitentia*.

189. Secunda post naufragium tabula, poenitentia est. Lib. 2, super *Isaiam*, cap. 3, super illud: *Null enim Hierusalem*.

190. Poenitentia non amat delicias, sed diabus et noctibus orat, vigilat, jejunit, jacet in sacco, non in pluma, non in serico. Super *Psalms. xviii*, vers. 19: *Qui fugis laborem in procepto*.

191. Si volueris perfecte poenitentiam agere, segregare te debes a consortio peccatorum, vel omnium malorum hominum, et fugere in altum

RAYCO.

S. JERON.

iocum, ut perfecte eam agere valeas. Super *Psalm. cxvii*, super illud: *Declinate a me maligni.*

191. O vera est poenitentia iugiter fletibus commissis diluere, et ablata non litare. *Ibid.*, *Exitus aqvarum*, etc.

192. Amaritudinem radicis doloso pomi compensat: parvula maris, spes lucri doletat; dolorum medicinas, spes salutis mitigat. Qui desiderat nucleum, frangit nucleum: poenitentiam agit, qui vult eterno bono adherere. Super *Marc.*, cap. 4, cau. 6, num. 9, super illud: *Poenitentiam*, etc.

193. Via Domini, qua ad hominis ingreditur, poenitentia est: per quam Deus ad nos descendit, et nos ad illum ascendimus. Super *Marc.*, cap. 4.

MUGO A. S. VICTORI.

194. Si quis post lapsum peccatorum, ad veram poenitentiam se converterit, cito a misericordia Iudice veniam impetrabit. Et habet, part. 2, de *Penit.*, dist. 1, cau. *Quia*, in *Decret. Gratiani*.

195. Homo, qui malum velle potest, et mulare potest, poenitentiam agere potest. Super *1 Reg.*

196. Vera poenitentia a compunctione incipit, quae per aquam lacrymarum sordes peccatorum abluat, et animam irrigando ad gemina virtutum fornicat. Super *Thren.*, in illud 2: *Deus quasi torrentem lacrymarum.*

197. O fructuosa poenitentia, mediatrix peccatorum fidissima! o secunda naufragii tabula! o refugium peccatorum, miserorum auxilium, caritatem spes, publicani foetus, humani cœcorum, solamen oculoŕum, petulantium virga, vitiorum sera, virtutum apostolica! *Prose.*

198. Sola Iudæam flectis, Conditorum arguis, Omnipotentem sternis.

199. Dum vinceris, vincis: dum cruciaris, eras: dum vulneris, sanas: dum salubriter succumbis, gloriolæ triumphas.

200. Tu sola ceteris alioŕibus, thronum gratie conscendis: David reconcilas, Petrum restituis, Paulum illuminas, publicanum apostolorum inseris choro, Mariam de prostibulo iungis Christo, Latronem inseris paradiso. Super *Joel*, in illud *Psalm. i*: *Cor contritum*, etc.

201. Tria sunt in poenitentia: dolor præteriti, satisfactio delicti, custodia futuri. Dolor culpam placat, satisfactio vitium sanat, custodia sanitatem servat. Lib. 1 *Miscell.*

NECOCARD.

202. Quamvis in tempore sanitatis securior sit poenitentia: tamen minor sera, quam nulla; ante finem tunc, ne poenitere differas, in fine confido, ut vel tunc respicias. Lib. 2 de *Sacram.*, part. 14, cap. 5.

203. Spes præni decorat poenitentiam laborem super *Gen.*, cap. 24.

204. Gradus quatuor poenitentia, primus, vitio præteritis recordatio: hinc pudor de peccato com-

misso, dolor de bono omissio, timor de supplicio promerito. Secundus, est peccati abominatio. Tertius, est peccati nuda, vera, voluntaria confessio. Quartus, est satisfactio Deo, sibi, et proximo. *Ibid.*, cap. 38.

205. Sicut in arca thesaurus servatur, ita per poenitentiam virtutes custodiuntur. Super *Jesuc*, cap. 12.

206. Nichil debet esse in domo poenitentiam, quod non germinat dignos fructus poenitentia. Super *2 Reg.* 23.

207. Pigri enim viam poenitentia: aggredi cogitant, animadvertunt amaritudinem poenitentia, et quasi a sepibus spinarum resiliunt. Super *Prov.*, cap. 15, in illud: *Quasi spes spinarum.*

208. Per poenitentiam de imo vitiorum in alta virtutum, de servitute peccati in libertatem gratia ascenditur. Super *Canticum*, cap. 3.

209. Poenitentiam agere, tibi est securum, proximo fructuosum, angelo gaudium, Deo honorificum. Super *Matth.*, cap. 4.

210. Poenitentia facit homines beatos, bestitidine quadam imperfecta, que tamen in spe perficitur. *Ibid.*, cap. 5.

211. Falsam poenitentiam esse constat, cum spreto pluribus, de uno solo poenitentia agitur: et sic de uno agit, ut non discedat ab alio. Et hab. in *Decret. Gratiani*, dist. 6, cau. *Frater*.

212. Tunc securum est homini ponere, cum potest ipse peccare. *Serm. 2, Dom. 1, Advent.*

213. Tria sunt in vera poenitentia necessaria: dolor compunctionis in corde, pronuntiatio confessionis in ore, flagellum satisfactionis in opere. Super *Palm.* xxvii, vers. 47.

214. Nullum est peccatum, quantumcumque grave sit, quod Dei misericordiam vincat, modo tempore debito poenitentia agatur, et venia petatur. Homil. 19, super *Gen.*

215. Nulla penitentia sera utilis. *Ibid.*, homil. 43.

216. Plus Deus unius poenitentia commovetur, quam iustorum merito doletatur. *Serm. de Moyse.*

217. Si poenitit, corriget: si dolet, quiescet. *Prose.*

218. Peccator curret poenitendo quod fecit: ut possit recipere quod amisit. *Ibid.*

219. Poenitentia cor emundat, sensus illuminat, animas sanctificat, et ad susceptionem Christi preparat humana præcordia. Homil. 3, super *Matth. Oper. imperf.*

220. Omne peccatum quomodo committitur, eo modo et poenititur: recogita bene quod cogitaveras male, et poenitisti. *Prose.*

221. Si operibus aliquem offendiŕi, puta alicu-

s. PROCOPI.

s. JOHANNES CHERYSOG.

s. JOHANNES CHERYSOG.

jus pecuniam fraude abstulisti, aut rem aliquam per violentiam rapuisti: reddet et que abstulisti, et poenitisti. *Ibid.*, homil. 11.

222. Magna poenitentia remedia sunt, nullumque animæ vitium insanabile: non grave est venisse in profundum malorum, sed manere ibi postquam veneris. Homil. 24, super *Acta Apost.*

223. Bona est poenitentia, fratres, si tarda nimis non fuerit, et si fuerit sera, in opere videatur perfecta. *Serm. 2 de Resurrectione.*

224. Melius est, ut nunc anima mordeatur ex recordatione peccati, quam in futuro tempore supplicia sentiat sempiterna. Homil. 31, super *Epist. ad Hebr.*

225. Non sis insensus amator dilectam suam amat, ut Deus poenitentem animam. Homil. 22 ad *Popul. Antioch.*

226. Qui proposito excitato servet, atque multa cum solertia poenitentiam ostendit, brevis temporis momento longævi temporis peccata dolere poterit. Homil. 1 de *Poenitentia.*

227. Poenitentia est delictorum medicina, iniquitatum consumptio, lacrymarum impensa, ad Deum fiducia, adversus diabolum arma. *Ibid.*, homil. 3.

228. Poenitentia est spes salutis, et desperationis occasus. *Ibid.*

229. Poenitentia cœlum sperit, in paradysum ducit, diabolum superat. *Ibid.*

230. Poenitentia medicamentum est, peccatum extingvens, donum collis datum, virtus admirabilis, gratia vim legum superans. *Ibid.*, homil. 5.

231. Virtutis digestio poenitentia est. *Ibid.*

232. Poenitentia non fornicatorem renuit, non ab ebrio averŕit, non abominatur idololatram, non adulterum repellit, non maleficum insecatur, non reprobat blasphemum, non superbum, sed omnes suscepit, communicat omnibus. *Ibid.*

233. Sicut aqua ignem extinguit ardentem, sic poenitentia diluit crimina fontibus lacrymarum. In *serm. de Penit.*

234. O poenitentia, que peccatum remittis, et paradysum reves, que contritum sanat, et tristitem exhilaras! *Ibid.*

235. O poenitentia, que vitam de interitu revocas, statum restauras, honorem revocas, fiduciam das, reformas, vires, gratiam refundis! *Ibid.*

236. O poenitentia! omnia ligata tu solvis, omnia soluta tu reseras, omnia adversa tu mitigas, omnia contraria tu sanas, omnia confusa tu lucidas, omnia desperata tu animas. *Ibid.*

237. O poenitentia, rutilantior auro, splendidior sole: quam non vincit peccatum, nec defectio superat, nec desperatio delat! *Ibid.*

238. Poenitentia respuit avaritiam, horret luxu-

riam, fugit furorem, firmat amorem, calet superbum, linguam continet, componit mores, odit malitiam, excludit invidiam. *Ibid.*

239. Perfecta poenitentia cogit peccatorem omnia libenter sufferre: si violentiam querat quam habet, non vetat: si vultum dirimat, non refragatur. *Ibid.*

240. Perfectus poenitens castigatus gratias agit, provocatus tacet, exasperatus blanditur, superiori supplicet, inferiori subiacet. *Ibid.*

241. Poenitenti prelo est Deus, esurienti nutritor, sitiienti potator. *Ibid.*

242. O poenitentia misericordia mater et magistra virtutum! reos solvis, delinquentes redcis, lapsos relevas, reos desperatos. *Ibid.*

243. Quidquid durum in poenitentia, aut rigidum obicitur, vigilanti vincitur, orationibus mollitur, fletibusque resolvitur. *Ibid.*

244. Quid times poenitentiam? nihil tam durum quod non delat: cum gustaveris, tunc perenties quoniam suavis est, et odor ejus in naribus, et sapor in faucibus. *Ibid.*

245. Non ad temporis rationem, sed juxta afflictum animæ solet adjudicari poenitentia. *Epist. 5 ad Theodor. laps.*

246. Peccasti? poenitere: mille peccasti? mille poenitere. Homil. 2, super *Psalm. i*.

247. Vulneratus es? adhibe tibi curam dum visis, dum spiras: etiam in ipso lepto positus, poenitere: non enim impeditur temporis angustia misericordia Dei. *Ibid.*

248. Si tui memor sis peccati, Deus non erit memor: si tu oblitus ejus fueris, Deus ejus memorabitur. *Ibid.*

249. Qui in castigatione victus: se dicit agere poenitentiam; frustra hoc sermo pronuntiat, nisi continentiam addat. Et habet in *Decret. Gratiani*, part. 2, causa 33, quest. 8, cau. *Qui*.

250. Poenitentia correctio est voluntatis, non emendatio malæ nature. *Prose.*

251. Nam si emendatio nature esset poenitentia, Creator Dominus noster venisset in mundum, ut sui operis culpam emendaret, non nostros errores. Homil. 6 *Oper. imperf.*, in *Matth.*

252. Clerici peccantes, difficile poenitentiam agunt: erubescit enim aliquando reus videri, qui semper fuerat judex. *Ibid.*, homil. 43.

253. Poenitentia nullam habet potentiam, etiam in eum, qui peccatis valde demersus est, si voluerit potest eum liberare ex onere, etiam ad ipsam fundum iniquitatis pervenire. Homil. 9, super *Epist. ad Hebr.*

254. Magna est poenitentia virtus, siquidem nos sicut nivem efficit et sicut lanam dealbat, etiam si

antecegens peccatum inficiat animas nostras. *Ibid.*, homil. 12.

255. Vultus et medicamentum, peccatum est et poenitentia, vultus saniem habet, medicamentum saniei purgationem exhibet. Homil. 80 ad *Popul. Antioch.*

256. Non expectat Deus tempus a poenitentia: dixisti peccatum tuum? justificatus es: poenitisti? misericordiam es consecutus; non tempus estimatur, sed poenitentis modus peccatum extinguit. Homil. 6 de *Passi.*

257. Nunquam evasatur Deus poenitentiam sinceram factam, etiam quis ad malitiae fines pervenerit: illinc eum ad virtutis vitam reducere conatur, et suscipit poenitentem, et suaviter amplectitur. Epist. 5 ad *Theodor.*, de *reparat. bapt.*

258. Vera germanasque poenitentiam certum argumentum est, obivra iniuriarum. *Prose.*

259. Qui vero inimicitias tenet, et se poenitere existimat, nihil est ei, qui se in omnibus currere putat. Gradu 9.

260. Nihil est magis diabolicum, nihil ita displicens Deo, quam post culpam nolla poenitere. *Serm. A. de Omni. Sanctis.*

261. Poenitentia rediit, quod peccatum destruxit et inficit. *Serm. Dom. 1. Adven. contra gulam.*

262. Peccare, est fragilitatis humanae; non velle vero poenitentiam agere, obstinationis est diabolicae. *Serm. 2 de Spirit. Sancto.*

263. Noli tempus poenitentiae indelubrum negligere: quoniam qui veniam donat poenitentibus, sepe gratiam subtrahit differentibus. *De vir. illust. Ord. S. Benedicti.*, cap. 339.

264. Anima, quae purgationem delictorum in presenti vita neglexerit, gravias in futuro punietur. *Lib. 4. homil. 13 ad Monachos.*

265. Semper poenitentium est Monacho, qui non solum pro suis, sed etiam pro delictis aliorum intercessor ad Deum constituitur. *Ibid.*, homil. 14.

266. Magnum est bonam poenitentiam mortalibus, quae sordidas purgat animas, et mentes ab inferis revocat destinatas. *Ibid.*

267. Nunquam sine poenitentia vivit, qui verus est Monachus. *Ibid.*

268. Valde debitas res est, poenitentiam agere, cum jam necessitas compellit, et mortis lo instantia facit, non amplius posse peccare. *Ibid.*

269. Quanto diutius poenitentiam distuleris, tanto semper ad poenitentiam minus dispositus invenieris. *Ibid.*

270. Poenitentibus largitur benignitatem suam Deus. *Lib. 8. advers. Haeres.*, cap. 37.

271. Bene se iudicat iustus in hac vita, ne iudicetur a Deo damnatione perpetua. *Prose.*

272. Tunc autem de se quisque sumit vindic-

tam, quando per dignam poenitentiam sua prava facta condemat.

273. Amaritudo poenitentiae facit animum sua facta subtilius discutere, et dona Dei (quae contempserit) flendo commemorare: nihil enim peius, quam culpam agnoscente, nec desistere, *Lib. 2 de Summo bono.*, cap. 13, sent. 3.

274. Duplicem habere debet letum in poenitentia omnis peccator, sive quia per negligentiam bonum non fecit, sive quia malum per audaciam perpetravit. *Prose.*

275. Ille poenitentiam digne agit, qui reatum suum satisfactione legitime plangit, condemnando ac desiendo quae gessit: tanto in deplorato profusus, quanto exiit in peccando proclivius.

276. Ille poenitentiam digne agit, qui sic praeterita mala deplorat, ut futura iterum non committat.

277. Nam qui plangit peccatum, et iterum admittit peccatum, quasi si quis lavet laterem erudum, quem quando magis laverit, tanto amplius lutum facit. *Ibid.*, sent. 5.

278. Quamvis quisque sit peccator et impius, si vero ad poenitentiam converteritur, consequi posse veniam creditur. *Ibid.*, sent. 8.

279. A malo in deterius vadit, qui tempus sibi ad poenitendum indultum, ad libertatem pravi operis vertit. *Ibid.*, sent. 12.

280. Festinare debet ad Deum poenitendo unusquisque, dum potest: ne si dum potest indoluit, cum tarda voluerit, omnino non possit. *Ibid.*, sent. 9.

281. Qui cum prave vixerit, poenitentiam in mortis agit periculo: sicut eius damnatio incerta est, sic remissio dubia. *Prose.*

282. Qui ergo cupit certus esse in morte de indulgentia, sanus poeniteat, sanus perpetua scintora debeat. *Ibid.*, sent. 11.

283. Nunquam oportet poenitentem habere de peccatis securitatem: nam securitas negligentiam parit, negligentia autem sepe incautum ad vitam transacta reducit. Proinde quia miseratio Dei occulta est, sine intermissione flere necesse est. *Ibid.*, sent. 14, etc.

284. Irrisor est, non poenitens, qui adhuc agit quod poenitit: nec videtur Deum peccato subditus, sed subsannans superbus. *Prose.*

285. Casus reversus ad vomitum, est poenitens ad peccatum.

286. Lavatur et mundus est, qui praeterita plangit, et flenda iterum non committit.

287. Lavatur et non est mundus, qui plangit quae gessit, nec tamen desistit: sed post lacrymas ea quae deloverat, repetit.

288. Quisquis ergo culpas praeteritas plorat,

hunc necesse est modum tenere: ut sic admissa desisset, ne iterum flenda committat.

289. Vae mihi misero laidoro, qui et poenitere retro acta negligo, et adhuc poenitenda committo. *Ibid.*, cap. 10, fere per totum.

290. Poenitentia est medicamen vulneris, spes salutis: quae non tempore pensatur, sed profunditate luctus et lacrymarum. *Lib. 2 de Offic. Eccles.*, cap. 16.

291. Lacrymae poenitentium apud Deum pro baptisate reputantur. *Prose.*

292. In actioe enim poenitentiae non tam consideranda est mensura temporis, quam doloris.

293. Quanto in peccando fuit ad malum promptior mentis intentio, tanto devotior debet esse in poenitendo. *Ibid.*

294. Quod male fecisti, dum potes, emenda: dum potes, a peccato et vitio te revoca: dum tempus est, clama: dum datur spatium, tunc est poenitentia, poeniteas. *Prose.*

295. Festina dum potes, plange dum adhuc anima versatur in corpore, dum adhuc vivis, remedium tibi futurum sequere.

296. Prusquam te dies mortis preveniat, prusquam te profundum absorbeat, prusquam te infernus rapiat, poenitentiam ago.

297. Ubi nullus indulgentiae locus, ubi nulla poenitentiae patet libertas, nulla correctionis licentia, ubi nullus erit ad confessionem recursus, ad veniam nullus regressus. *Lib. 4 de Synonyma.*

298. Quamvis criminiosus, quamvis scleratus, quamvis criminibus nefandis oppressus, non denegatur poenitentiae locus, facile poenitentibus divina misericordia subvenit. *Prose.*

299. Per poenitentiam indulgentia datur, per poenitentiam delicta abstergantur. *Ibid.*

300. Peccati pudore oculos tuos attollere erubescas, incede deposita facie, incede abjecto vultu, maeato ore, percusso corde, ingubri veste, sacco involutus, operum cilicio corpus, semper lugens, semper morans, semper suspiria cordis emittens. *Ibid.*, lib. 2, cap. 5.

301. Admissio delicti poenitentia minime duci, perniciosum est; et desperatione afflicti perniciosus: illud enim a segnitie ac securitia manat; hoc a stupore quae indolentia. *Prose.*

302. Quanto autem stupor securitatis gravior est, tanto quoque desperatio negligentiam gravitate superat. *Lib. 2, epist. 94, ad Isidor. presbyt.*

303. Car. desperansu clementiam Dei Patria poenitendo posse placari: perens indulgentissimus est, et remissurus si poenitentibus peccata promittit, et obliteratur omnes iniquitates nostras, si iustitiam demum copiosius operari. *Lib. 6 de Divin. Inst.*, cap. 24.

304. Is, quem facti sui poenitet, errorem suum pristinum intelligit: ideoque Graeci melius et significantius *peritrosare* dicunt, quam nos latine possumus dicere *resipiscitiam*: respicit enim quasi suam mentem ab insaniam receperit, quem errati piget. *Ibid.*

305. Nemo potest esse tam prudens, tam circumspectus, ut non aliquando laiduro. Et idcirco Deus imbecillitatem nostram scilicet, pro sua pietate aperuit homini portum salutis: ut hinc necessitati (cui fragilitas nostra subjecta est) medicina poenitentiae subveniret. *Ibid.*

306. Magnam est poenitentiae auxilium, magnum solatium: illa est vulnere peccatorumque sanatio, illa spes, illa portus salutis: quam qui tollit, vitam vitam sibi amputat. In *Epitome*, cap. *Fides*.

307. Nemo esse tam iustus potest, ut nunquam sibi ei poenitentia necessaria. *Ibid.*

308. Dedit Deus generale pro omnium facinoram satisfactione remedium, poenitentiam videlicet portum: ad quem quisquis fideliter confugerit, quamvis ingenti delictorum fauce oneratus sit, damnari non potest. *De casto conviv.*, esp. 7.

309. Multiplex misericordia Dei ita lapsibus subvenit humanis, ut non solum per baptisum gratiam, sed etiam per poenitentiam medicinam spes vitae reparatur aeterna. *Epist. 91 ad Theodor. Foroticen.*, epist.

310. Poenitentia, quae usque ad vitam extremam differtur, dubia admodum est, periculosa, non semper vera. In *Canon. vita spirit.*, cap. 2.

311. Optima poenitentia atque praecleara est, mentem humiliter habere, et voluntatem ab omni peccato atque ab omnibus, quae impedimentum amori divino afferunt, avocare, tamque integro ad ipsum Deum convertere. *De Inst. spirit.*, cap. 8.

312. Si sordidum quid a nobis commissum est, poenitentia id lavamus: debemus enim puram nostram imaginem, ut regiam imitari. *Parthen.*, 210.

313. Nemo unquam potuit, qui officio poenitentiam pharmacum usus est. Et habet, apud D. Joannem Damascenum, *lib. 2. Parvul.*, cap. 86.

314. Poenitentia quamvis sit exigua, non despiciatur apud iudicem justum Deum. Et habet, apud Bedam, in suis *Scritulis*, cap. 8.

315. Piget sane peccare, sed poenitere non piget, potest periclitari, sed non potest liberari. *Epist. 1. ad Symoniam.*

316. Nunquam Deus non poenitenti comminatur, nisi ignosceret poenitenti. *Ibid.*

317. Satis tempestiva est poenitentia, quae appli-

S. JOAN. CL.

S. JOAN. GERS.

JOAN. TRITA.

S. IRENEUS.

S. ISIDORUS HISPALENS.

S. LAURENT. JUSTIN.

S. IVO I.

LUCIVICUS MILESIT.

S. NULUS.

ORIGENES.

S. PACHANUS EPISC. BARGINON.

VETR. PEE.

epat diem mortis : Lacro in cruce poenitet, nemo sero poenitet, quem mors invenit poenitentem. Epist. 45. ad Episc. Carnotens.

318. Non noverunt divites magnum, et supereminens, et gloriosum, et supercaeleste, et inestimabile poenitentiae donum. Prose.

319. Haec est secunda tabula post naufragium, colorum scala, reconciliatio pacis, acquisitio vite, virtutum abolitio, corporum custodia, medicina spirituum.

320. Nihil nilo deprimit et suffocat poenitentia fructum, sicut opum affluentia, et eminentia dignitatum.

321. Quis enim magis indiget remedio poenitentiae, quam dives, qui semper poenitenda committit ? de salute animae vix aut nunquam cogitans, semper curam carnis in desideris agit.

322. Periculosior est in divitiis poenitentia dilatio quam in aliis ; quia praeter morientis genus publicum, frequenter est eis mortis occasio, gladius aut venenum.

323. Tanto itaque debet esse per poenitentiam paratior anima divitis, quanto periculosior eidem imminet causa mortis. Ibid. Tract. de Hierosol. peregrinat.

324. Gratias acceptat Dominus plerumque peccatorum poenitentiam humilis et contriti, quam innocentium justi tepidi et remissi. Prose.

325. Ille fortiter cadit, sed fortius surgit : iste lenitescens in via Domini, et in proximo evanescens, in suo tepore et torpore marcescit. Ibid. de Insectis contra deponator.

326. Optimo poenitet, qui dum carnem maceratione maciat, et salutarem illi nunc amaritudinem ingeris vitae olim noxia delectatione peccavit. Prose.

327. Nihil differt quibus poenis caro poenitentis addicitur, dummodo voluptas praecedentis illecebria vicaria repressi corporis afflictione mutetur. Lib. 5, epist. 8 ad Clericos Florentinos.

328. Non tibi blandiaris, si graviter peccanti levior poenitentia, vel a nescente, vel a dissimulante dicatur : cum in purgatoris ignibus peritendum sit, quicquid minus feceris, quia dignos poenitentiae fructus quaerit Altissimus. Serm. 58 de Andrea.

329. O quam clarum poenitentia jubat, quod noclem peccati removel, quod conscientiae nubium erigit. Serm. 74 de Dedic. Eccl.

330. Quid prodest a peccatorum perpetrations desistere, nisi et haec ipsa quae perpetrata sunt, studeat quis districte poenitentia satisfactione delere ? Opusc. 13, cap. 6.

331. Revera quomodo de reatus sui relatione

securus est, qui ad locum poenitentiae veniens, poenitentiam non observat ? Ibid.

332. Delirat et contra veritatem mentitur, qui pergens injuste agere, proficitur poenitentiam. De Profugit.

333. Solet amaritudo poenitentiae non solum perpetrata satisfaciendo delere, verum etiam efficere, ut quae non licet, nec libet repetere. Part. 1, tract. 1 de Exterminat. mali, cap. 8.

334. Sera quippe sera est poenitentia mortuorum. Lib. 3, ad Eccles. Cathol.

335. Quisquis poenitentiam agere per labores, ultro susceptus renuitur, is coactus in labores, qui iam praedefiniti sunt, incidit, quos et invitatus feret. Hecatontad. 2, cap. 75.

336. Ubi emendatio nulla, poenitentia necessario vana. Lib. de Penit., cap. 2.

337. Qui poenitentiam differt in tempora posteriora, non festinat hic poenitere ; qui procrastinat, non assequitur sanitatem. Sup. Joan., cap. 5.

338. Nullus vere diligit, qui non vere poenitet Opusc. 9, de decem precept., verbo Sicut.

339. Si ex toto corde homo poenitit, et non apponit facere iterum unde poenitit, etiam triduanam poenitentiam suscipit Deus. Lib. 5, libell. 40 de Dicitat., num. 40.

340. Poenitentia peccatorum est ulterius non peccare. Lib. 7, cap. 22, num. 1.

SENTENTIAE PAGANORUM.

341. Quem factorum suorum non poenitet, is est incurabilis. Lib. 5 Ethic. ad Nicomach., cap. 7.

342. Optimus est portus poenitentis, mutatio consilii. Orat. 54, Philip. 12.

343. Gravis animi poena est, quem post factum poenitet. In suis Sent., sent. 450.

344. Qui mortalium injuste agit, et poenas non dat rerum a se injuste perpetratarum, miser est. De Rhetor.

345. Maculam veteris industriae, laudabili otio abluo. Lib. 3, Epist. 7, ad Coninium Rufum. Vide etiam Ul. Angelus, sent. 31 ; Diphimus, sent. 27 ; Cudus, sent. 186 ; Compulsius, sent. 13, 42, 46 ; Cyprianus, sent. 22 ; Culpus, sent. 35 ; Desperatio, sent. 15, 46, 47 ; Elecmoynus, sent. 45 ; Erucidus, sent. 40 ; Excusatio, sent. 49 ; Humilitas Christi, sent. 14 ; Impudentia, sent. 5 ; Judas, sent. 54, 55, 74 ; Larymus, sent. 37, 61 ; Luctus, sent. 31 ; Nescire Deum, sent. 36, 62 ; Peccatum in genere, sent. 249, 474, 472, 473 ; Peccatorum remissio, sent. 41, 58, 44 ; Purgatorium, sent. 57, 88, 406 ; Recidivatio, sent. 36 ; Religiosus, sent. 53 ; Retrogressi, sent. 36 ; Satisfactio, sent. 8, 14 ; Tempus, sent. 58 ; Venis, sent. 35 ; Vocatio Dei, sent. 37.

PHILO JOS.

RICHARDUS A S. VICE

SALVIANUS

THALASSIUS

TERTULLI

THEOPHILUS

S. THOMAS AQUINAS

IN VIT. PAT.

ARISTOTEL.

CICERO.

MIRUS PUBL.

PLATO.

PLINIIUS II

5. AUGUST. Definitio. Populus est cætus multitudinis juris consensu et utilitatis communione. Lib. 1 de Civitate Dei, cap. 21.

Populus est cætus multitudinis rationalis, rerum quas diligit concordia communione sociatus. Ibid., lib. 19, cap. 24.

Populus est multitudo hominum sub aliquo ordine comprehensorum. Part. 1. Summæ, quæ 31, art. 1.

5. AUGUST. Divisio. Est triplex populus, populus Dei, populus mundi, populus diaboli. Super Psalm. xcvi.

SENTENTIAE PATRUM.

1. Si populus sit bene moderatus et gravis, communisque utilitatis diligentissimus custos, recte lex fertur, qua huic ipsi populo liceat sibi creare Magistratus per quos sua res, id est publica, administratur. Lib. 1 de Libero arbitrio, cap. 6.

2. Minime ambitio, nisi in populo avaritia, luxurisque corrupto prævaleret. Prose.

3. Avarus, luxuriosusque secundis rebus populus effectus est. Lib. 1 de Civit. Dei, cap. 31.

4. Hominum multitudo populum facit, cujus res dicitur esse Republica. Ibid., lib. 19, cap. 21.

5. Populus tanto melior, quanto in melioribus : tanto deterior, quanto est in deterioribus concors. Ibid., cap. 24.

6. Ex hominibus una lege societatis populus constat. Lib. 1 de Lib. arbit., cap. 7.

7. Populus fidelis non novit gaudere de seculo. Tract. 7, super Joan.

8. Plebs quæ præpositus suos studet audire, Deum sequitur. Homil. 4.

9. Ad bonam ordinationem populi inter se, requiritur possessionum divisio. Super. Num., cap. xxvi.

10. Populus armatus sine Deo, inermis est. Super. Psalm. lxxxviii.

11. Bonus populus cum bono sacerdote, ad dexteram sublimandus est in gloria ; malus populus cum malo sacerdote, detrudendus est in gehennam. Super. Isaiam, cap. 24.

12. Plebs mobilis est sicut frondes, quæ moventur de facili. Super. Ezech., cap. 31.

13. Sicut familia sine flagello non regitur, sic et populus sine increpatione non gubernatur. Homil. 45. Super. Math. Oper. Imperij.

14. Vulgus iudicio recto caret. Homil. 28, super Acta Apost.

15. Membra Christi fideles sunt populi. Lib. 3 de animo bono, cap. 49, sent. 3.

16. Vulgus inobedum pompis inanibus gaudet, animisque puerilibus spectat omnia, oblectatur frivolis. Lib. 2 de Divin. inst., cap. 3.

17. Nihil est incertius vulgo, nihil obscurius, nihil fallacius. Orat. 23 pro Marcena, num. 36.

18. Quis major est populus, cui commissentur, hoc periculi plus est. Epist. 7.

19. Nunquam volui populo placere ; nam quæ ego scio, non probat populus, quæ probat populus, ego nescio : quis enim placere potest populo, cui placet virtus ? Epist. 29.

SENTENTIAE PAGANORUM.

CICERO.

SENeca.

20. Nihil est incertius vulgo, nihil obscurius, nihil fallacius. Orat. 23 pro Marcena, num. 36.

21. Quis major est populus, cui commissentur, hoc periculi plus est. Epist. 7.

22. Nunquam volui populo placere ; nam quæ ego scio, non probat populus, quæ probat populus, ego nescio : quis enim placere potest populo, cui placet virtus ? Epist. 29.

POSSESSIO.

Etymologia. Possessio secundum jura dicitur, quasi pedum sessio. Part. 3, tit. 3, princ. col. 2.

Definitio. Possessio est corporalis rei detentio corporis et animi juris adminiculo interveniente. Part. 3, tit. 2, § 2.

SENTENTIAE PATRUM.

1. Qui plurimum auri possidet, non abundat, quia nihil est quiddam in hoc seculo est. Lib. 1 Offic., cap. 30.

2. Lans Domini, ubi munda possessio, et innocens familie disciplina. Lib. 1 Offic., cap. 50.

3. Illud possidemus, quo utimur : quod autem ultra usum est, non utique habet possessionis fructum, sed custodia periculum. Ibid., lib. 2, cap. 26.

4. Christianus qui mundum non possidet, hic totum possidet Salvatorem. Serm. 51 de Judo proditore.

5. Quomodo non mendicis, cui sunt parva quæ possidet ? nam et si mihi dives videretur, nec testimonis sua vota solatur, qui quod optat, nescit credere. De Joseph., cap. 4.

6. Possessio possessoris debet esse, non possessor possessionis. Prose.

7. Quicumque igitur patrimonio suo tanquam possessione non utitur, qui largiti pauperi et dispensare non novit, is suarum servulus est et non dominus facultatum. De Nabulha, cap. 15.

8. Hoc alienum non est, quod jura possidetur : possidetur hoc autem jure, quod jusse, et hoc iuste quod bene. Epist. 43 ad Macedoniam.

9. Omnis quod male possidetur, alienum est : male autem possidet, qui male utitur. Ibid.

10. Sine dolore non poenitet, quæ cum amore possessa sunt. In Enchiridio, cap. 68.

11. Nemo possidet Deum, nisi qui possidetur a Deo ; simul nos ipsi facti Dei possessio, et efficitur nobis possessio Deus. De salutar. docum., cap. 10.


12. Nullo modo sit minor accedens, seu permanente consortio possessio : imo possessio tanto fit latior quanto concordior eam individua eorum possidet charitas. Lib. 15 de Civit. Dei, cap. 5.

S. ANTONIUS


S. ANTONIUS

S. AMBROSII

S. AUGUST.



S. PETERUS DAMIANUS.



43. In comparatione illius quod est, attendens ista que non ita sunt, et plus nihil videns deesse quam adesse, ero humilior ex eo quod desit, quam elatior ex eo quod adest. *Prose.*

44. Nam qui putant se aliquid habere, cum hic vivunt, superbiendo non accipiunt quod deest, quam magnum putant esse quod adest. *Super Psal. xxxviii, vers. 6: Ut sciam quid desit mihi.*

45. Unde quisque possidet quod possidet? non jure humano, nam jure divino Domini est terra et plenitudo ejus. *Prose.*

46. Noli ergo dicere possessiones tuas, quia ad ipsa jura humana renuntiasti, quibus possidentur possessiones. *Tract. 6 super Evang. Joan., de cap. 1.*

47. Gravis acquisitio, arduosa possessio. *De Verbis Apost., serm. 28.*

48. Possidere quod cum labore requiritur, minorum est; contentum quod cum fructu contemnitur, omnium est. *Ibid.*

49. Noli timere ne angustet te compressor, omnibus latum est quod charitas possidet. *Homil. 8, Ex quinquag. homil.*

20. Avaritia multa possidere vult, et tu possides omnia. *Lib. 2 Cont., cap. 6.*

21. Multo mirabilius est non inherere divitiis, quamvis possideas; quam omnino eas non possidere. *De Morib. Eccl., cap. 23.*

22. Si privatim quae nobis sufficiant possideamus, non sunt illa nostra, sed pauperum. *Epist. 50.*

23. In jure proditorum, tandem quisque bonae fidei possessor rectissime dicitur, quamdiu se possidere ignorat alienum: cum vero scierit, nec ab aliena possessione recesserit; tunc male fidei perhibetur, tunc juste injustus vocatur. *De Fide et oper., cap. 7.*

24. Totum posside, et noli dividere Deum. *De quing. haer., cap. 6.*

25. Intrat possessor sub titulis suis, quo intrabat praedo sub titulis alienis. *Tract. 7, super Epist. Joan.*

26. Pater non docet filium cum quo possident, sed qui post eum. *Tract. 7, super Joan.*

27. Non vult Christus communionem, sed eos vult vult possidere quod emit; tanti emit Christus hominem, ut solus possideat, in facie rei consortem diabolum; quia autem sit pars diaboli, discedit, et totum diabolus possidebit. *Ibid.*

28. Proponitur in tempore, quod possideas in aeternum. *Homil. 8, Ex quing. homil.*

29. Mala rei possessio, cuius abdicatio fructuosus est. *Serm. 20 de Verbis Apost.*

30. Beata est, qui ea possidet, que maximi pretii aestimantur, qui honorum que auferri non possunt, particeps est. *Super Psal. 1, conc. 4, vers. 1.*

31. Aliud est nullas divitias scire, aliud est possidere: nec notitia divitem facit, sed possessio. *Sermo. 23, super Cant.*

32. Propria possidere, seculari quidem homini medium est, quantum et non possidere licet: Monacho vero quia possidere non licet, purum malum est. *Epist. 7 ad Adam Monach.*

33. Nimis dives est Christiana Religio, cui datum est in omnium possessore omnia possidere. *Super Sap., cap. 8.*

34. Bona possessio est, que propinqua est civitati. *Lib. 5, compend. Theobg. serm., cap. 9.*

35. Quando aliquid tenemus, hoc in potestate nostra redigimus: sed desinit fieri liberum, quod nobis ceperit esse captivum. *Super Psal. cxxxvi, vers. vii.*

36. Possessio, que cum iniquitate acceleratur, minor redditur. *Lib. 3, Stromat.*

37. Caduca sunt quaecumque facta sunt: nec fiduciam praebent possessionibus stabilem, que possessionis non habent veritatem. *Epist. 2 ad Donat., cap. 40.*

38. Possidere se credunt, qui potius possidentur: census sui servi, nec ad pecuniam suam domini, sed magis pecuniam mancipii. *De Lapsis, cap. 3, art. 5.*

39. Quamvis temporalia bona sint possidentis, quantum ad proprietatem: tamen quoad usum esse debent eorum, qui de eorum superfluo indigent sustentari. *Super Epist. 1 Joan., cap. 5.*

40. Quanto major in possessione commoditas, tanto major in amissione dolor. *Super Exod., cap. xxxi.*

41. Gravis labor est, hoc cum magna fatigatione apprehendere, quod is qui apprehendit, novit diu stare non posse. *Lib. 6 Moral., cap. 7.*

42. Sine dolore amittitur, quicquid sine amore possidetur. *Ibid., lib. 34, cap. 8.*

43. Si nihil in hoc mundo amando possidetur, etiam possidendo cuncta reliquistis. *Homil. 37, super Evang.*

44. Fieri non potest, ut aliquid possidentur eorum, que sunt excelsa, nisi rerum terrenarum amisso studio. *Homil. 7, super Ecclesiast.*

45. Nonnulli sunt ditiores Monachi, quam fuerunt seculares et clerici, qui possideant opes sub Christo paupere, quis sub locupletate et fallacia diaboli non habuerant: ut suscipiat eos Ecclesia dives, que mundus tuncerat ante mendicos. *Epist. 2 ad Nepotian., et epist. 3 ad Heliodor.*

46. Nihil est grande possessionum redditibus abundare, et vile iactare palliolum. *Epist. 13, ad Paulin.*

47. Jam non sunt tua, que possides; sed dispensatio tibi credita est. *Ibid.*

S. BERNARD.

S. BONAV.

EUGO A. S. TICAL.

CASSIOPON.

CLEMENS ALEX.

S. CYPRIAN.

S. ANTONIUS.

DIONYSIUS GARTIUS.

OLIV. ORD.

S. GREGORIUS MAGNUS.

S. CYPRIANUS.

S. HIERONIMUS.

S. JOHANNES CHRYSOSTOMUS.

48. Quo affectu possideamus aliquid, docemus cum id amittimus: et cupiditatem fruendi, cavendi doli prodat, quem qui in cavendo non habuit in possidendo quoviam modo habuit? *Epist. 4 ad Demetriad.*

49. Qui plus possidet, plus debet timere. *Ibid.*

50. In Christo possidendum est, quod cum Christo est possidendum. *Epist. 3, ad Gerontium filium.*

51. Quatuor sunt in rebus possessis observanda, ne licita injuste acquirantur, aut iuste acquisitis illicito partiamur, aut illicita licite defendamus. *Lib. 2 de Civit. antiq., cap. 5.*

52. Multa possidere propinqua est cupiditati, et sic quod quandoque nimium diligitur, male defendi solet. *Ibid.*

53. Duo sunt, qui male possidere volunt, avarus et prodigus. Unus ut congreget, alter ut dissipet. *Ibid.*

54. Non falix existimatus est homo, si multa possidet, sed si multa non indiget. *Lib. 4, de Vanis mundi.*

55. Inimicus sibi fit, qui multa possidere concupiscit. *Ibid.*

56. Iustorum possessio sunt virtutes, et bona opera. *Super Gen., cap. 47.*

57. Quanto quod possidetur, ceteris est utilis, tanto amittitur damnosius. *Super Exod., cap. 22.*

58. Iustum est ut qui caelestia tractant, nihil in terra possident. *Super Beuter., cap. 18.*

59. Plerique dum possidere se credunt res, ipsi possidentur ab eis. *Super Ecclesiast., cap. 7.*

60. Nimis dives est Christiana Religio, cui datum est in omnium possessore omnia possidere. *Super Sapient., cap. 8.*

61. Vere pauperes omnia possident, quia Deus quicquid volunt, facit, et nihil facit quod non eis placeat. *Super Hierem., cap. 27.*

62. Multi multa cum dolore et timore possident. *Super Math., cap. 5.*

63. Nullius erit Deus possessor, nisi illius quem ipse possiderit. *Ibid., cap. 5.*

64. Quanto plura possidet avarus, tanto paucior solet fieri. *Homil. 84, super Math. oper. perf.*

65. Quanto plura amplecteris, tanto magis tua derogas libertati: vera namque libertas est, nulla te indigere. *Homil. 79, super Joan.*

66. Nihil sic in rerum discrimine fiduciam habere facit, sicut nihil possidere. *Serm. super illud: Sabulata Priscam, etc.*

67. Magnum bonum est, non possidere pecunias, sed Dei finem possidere. *Homil. 2, ad Popul. Antioch.*

68. Non tua possides, res pauperum sunt tibi

credite, sive ex laboribus, sive ex hereditate paterna possides. *Ibid., homil. 34.*

69. Qui multa possidet, nihil habet: qui autem nihil habet, bona omnium possidet. *Homil. 13, super 1. Cor., in illud 4, Quasi nihil habentes, etc.*

70. Hoc habet bonum possessio rerum presentium, si vitam relictam miserorum. *Lib. 3 de Sum. bono, cap. 69, sent. 2.*

71. Felicit est illud horreum possessionis, et omnium fructuum multiplicatione dignissimum, de quo egentium et debillum saturari esaries, de quo desiderium fovetur infirmi. *Serm. 6 de Jehu, decimi mensis.*

72. Omni possessione caret, qui omnibus suis possessionibus renuntiavit neque omnino quidquam super terram praeter corpus possidet. *Centur. 3, de Charit., cap. 88.*

73. Possessio hac vere magna et proficua est quae possessionem suam non cumulo seculari onerat, sed redditu datat eterno. *Epist. de Geographico.*

74. Melius est tibi domum tuam angere moribus quam possessionibus: melius est contumplere quam horreum. *Epist. 43a ad Willib. Electum.*

75. Cui offertur portio in terra vivendum, contentenda est possessio terrenorum. *Ibid., tract. de Hierosol. peregrinat.*

76. Quanto est aucta possessio, tanto magis est possidentis inflammata cupido. *Lib. 8, epist. 10 ad Maritimum doctorem.*

77. Bonus vir nihil proprie possidet, nec seipsum quidem. *Lib. 4 de Vita Moisi.*

78. Paucis possides? certe irvideas divitiis. *Lib. de Joseph.*

79. Expedit facultates Ecclesiae possideri, et amore perfectionis proprias contineri. *Prose.*

80. Hoc est possidendo contentum, non sibi, sed illis possidere: nec habendi cupiditate Ecclesiae facultates ambire, sed eas pietate subveniendi suscipere. *Lib. 2 de Vita contemplat., cap. 9.*

81. Quem possidendi delectat ambitio, Deum, qui possidet omnia que creavit, exoptata mento possidat, et in eo habebit quaecumque habere sancta desiderat. *Prose.*

82. Sed quoniam nemo possidet Deum nisi qui possidet a Deo, sit ipse primitus Dei possessio, et afficiatur ei Deus possessor et possessio.

83. Et quid potest eo esse felicitus, cui offertur suis Conditor census? quid ultra querit, cui omnia suis Conditor sit? aut quid ei sufficit, cui ipse non sufficit? *Ibid., cap. 16.*

84. Qui vult Deum possidere, renuntiet mundo, ut sit illi Deus beata possessio. *Ibid.*

S. ISID. HISP.

S. LEO. I.

S. MATTHEUS MARY.

S. PAULINUS.

PETERUS BLESSENSIS.

S. PETERUS DAMIANUS.

FRILIO JUD.

S. PROSPER.

SALVIANUS.

85. Refugienda est ampla possessio, ne con- sequatur profunda perditio. Lib. 2 ad *Eccles. Cathol.*

S. AUGUSTINUS.
86. Incerta est possessio divitiarum: nunc enim ad hunc veniunt, nunc vero ad illum tran- sient. Quae autem multos habet dominos, nullius est possessio. Super 1 *Timoth.*, cap. 6.

SENTENTIAE PARABOLARUM.
PLINIVS II.
87. Tanto invasit homines habendi cupidio, ut possideri magis quam possidere videatur. Lib. 1, epist. 30.

SENECA.
88. Omnium extrinsecus affluentium possessio, lubrica et incerta est. De *Constant. sapient.*, cap. 5.
89. Nullius boni sine socio jucunda possessio est. Epist. 6.
90. Quaecumque ex rebus transitoris possides, non mireris si nec inquam existimes, quod eadem est. De *quatuor vit.*,
S. FRUITOSUS.
91. Non amplius possideas, quam usus corporis possit. Sent. 407.
92. Ea possides, quae nullus possit auferre a te. *Ibid.*, sent. 410.
93. Cupiditas possidendi, origo avaritiae est. *Ibid.*, sent. 420.
94. Nulla propria possessio potest sapientis. *Ibid.*, sent. 218.
Vide etiam tit. *Aurum*, sent. 47; *Habere*, per totum; *Manachus*, sent. 69; *Pecunia*, sent. 21; *Pecuniarum*, sent. 126; *Regnum caeleste*, sent. 16; 47, 18, 56; *Temporale*, sent. 42.

POTESTAS in genere.

HUGO CARD. *Etymologia.* Potestas dicitur, quasi potentia status. Super *Joan.*, cap. 4.

CICERO. *Definitio.* Potentia est ad sua conservanda, et alterius obtinenda, imperium rerum facultas. Lib. 2 de *Invent. Rhetor.*

SENTENTIAE PATRUM.
D. AMBROS.
1. Omnis potentia seculi, somnium, non veritas est. De *Joseph*, cap. 6.
2. Ordinatio mundi a Deo, opera mundi a diabolo: a Deo potentatum ordinatio, a diabolo ambitio potentatis. *Prose.*
3. Fugiamus ergo omnia quae diabolica sub- jacent potentati, ne tanquam malus tyrannus in eos, quos intra suum regnum invenierit, acceptis sarritis potentatis utatur. Lib. 4, super *Luce.*, cap. 17, in illud: *Et ostendit illi omnia regna, etc.*

S. ANSELMUS.
4. Qui potest quod sibi non expedit, et quod non debet, potest: quanto magis hoc potest, tanto magis adversitas et perveritas possunt in illum, et ipse minus contra illas. In *Prologo*, cap. 7.

5. In nulla re tantum hodie offendunt seculi potestates, sicut in iudiciis. Part. 3, tit. 3, cap. 1, § 9.
6. Quanto his calidior potestate, tanto humilior bias pietate. Epist. 54, ad *Macedoniam*.
7. Optandum est ut potestas nunc datur, sed contra vitia, propter quae vincenda potentes volunt esse homines, et volunt propter vincendos homines, ut quid hoc? nisi ut vere victi, falso vincant, ne sint veritate, sed opinione victores. Lib. 13 de *Tyric.*, cap. 43.
8. Qui placeat sibi ut potestate sua ruti velit, tanto fit minor, quanto se cupit esse majorem. Lib. 3 de *Lib. arb.*, cap. 25.
9. Invidiosa est potestas, quae legitima est: invidiosa facit, qui iure facit: animo invidia facit, qui praeter leges facit. Tract. 5, super cap. 1 *Evangel. Joan.*
10. Quo potestas sublimior est, eo ad peccandum major audacia, quae totum sibi licere credit quod potest. De *Vita Christiana*, cap. 3.
11. Potentior animus non cogit in aliquid, nisi quod sua potestati subditum est. De *Inimicit. animae*, cap. 43.
12. Quisquis animus alterum animum habet in potestate, magis cum necesse est vult in potestate habere, quam corpus. *Ibid.*
13. Quae potentiora, etiam meliora sunt. *Ibid.*, cap. 111.
14. Non est ordinatissimum, ut impotentiora potentioribus imperent. Lib. 1 de *Lib. arbit.*, cap. 10.
15. Potentior ab infirmiore, si corrumpti nolit, non corrumpitur. *Ibid.*, lib. 3, cap. 44.
16. Nulla vi superari potest, qui est in nullius potestate. *Ibid.*, lib. 3, cap. 6.
17. Si animus placeat sibi potestate sua frui velit, tanto fit minor, quanto se cupit esse majorem. *Ibid.*, cap. 25.
18. In potestatis societatis humanae, major potestas minori ad obediendum praeponeatur. Lib. 3 *Conf.*, cap. 3.
19. Homo in natura posse, et in potestate habet velle. Lib. 11 de *Genesi ad litter.*, cap. 4.
20. A Deo sunt omnes potestates, quantum ab illo non sint omnium voluntates. Lib. 5 De *Civitate Dei*, cap. 8.
21. Non superbiendum est, quasi homo eadem potestate sanctetur, qua potestate vilis est. De *Nat. et grat.*, cap. 30.
22. Non quiescit in demonibus voluntas nocendi, etiam cum potestas non datur. Annot. in *Job*, cap. xxxviii.
23. Ut esset homini potestas in Deum, ab ipso Deo accepit potestatem homo. Homil. 35, *Ex quinquag. homin.*

S. ANTONIUS.
24. Videat, fratres, quam nocent iniqua potestas, quomodo caput impium subiectos quoque suas conformat impotenti. *Prose.*

S. ANSELMUS.
25. Miseram plane civitas, in qua regnat Herodes, quoniam Herodiane sine dubio particeps erit malitiae, et ad novae salutis ortum Herodiana movebitur turbalione. Sermon. 3, *Epiph.*

JUSTINUS.
26. Nullam ejus hominis potentiam putes, qui quod ipse in alio potest, id in se alter valeat, effugere ipse non possit. Lib. 2 de *Consolat. philos.*, prosa 6.
27. Qua parte bestios faciens desinit potestas, haec impotentia subintrat. *Ibid.*, lib. 3, prosa 5.
28. Non est illa potestas, quae sollicitudinum morsus expellere, quae forisimum aculeos vitare nequit. *Ibid.*
29. Eo ipso quo potentes hominum deserunt, et ad vitam delinunt, hoc modo non solum potentes esse, sed omnino esse desinunt. *Ibid.*, lib. 4, prosa 2.
30. In potentia nullo modo est gloriandum, sed semper de eam timendum. *Prose.*
31. Libi est vana potentia Caesaris, qui primus solum Imperium obtinuit, a quo omnes Imperatores appellati sunt Caesares, quem Romani tandem gladiis interfecerunt?
32. Ubi nunc est vana potentia Neronis, qui fugatus a Romanis, fuscis dentibus acuit, quo stipem per ventrem transiit?
33. Ubi nunc est ampla et vana Alexandri potentia, qui sibi orbem totum subiecit, et duodecim annis tantum regnavit, et ultimo veneno interiit?
34. Valde gloriosus Leo incedit, sed dum suam vanam potentiam non advertit, in foveam sepe roit, de qua cum exire non possit, submittit collum catenis. Sermon. 4 de *Uno Mart.*
35. Magis, quo plus ceteris unusquisque potest, sciat esse sibi metuendum, ne in aliquo minoretur. De *Singularit. cleric.*, cap. 24.
MORITIVS GARTIVS.
36. Qui potest quod sibi non expedit, quanto id magis potest, tanto impotentior est, et infelicio. Super *Epist. II ad Timoth.*, cap. 2, art. 2.
VEGETIUS ORB.
37. Non a diabolo est potestas, sed obnoxia tamen insidiis diaboli: nec ideo mala ordinatio potestatum, quia malo sunt obnoxiae potestates. Super *Illud Lucae iv*: *Quia michi tradita sunt, etc.*

S. GREGORIUS.
EPISCOPUS.
38. Potestas cum habetur, et cogitanda est ad utilitatem, et dissimulanda est propter timorem; quatenus is qui ea utitur, et ut prodesse debeat, posse se sciat: et ut extolli non debeat, posse se nesciat. Lib. 5 *Moral.*, cap. 3.
39. Sepe qui in potestate sunt, dum sese a licitis retinere nesciunt, ad illicita opera et iniqua ditabuntur. *Ibid.*

40. Utilitati iustorum militat potestas iniquorum. *Ibid.*, lib. 20, cap. 19.
41. Cum perversis in hac vita potestas tribuitur, quid aliud quam janus erroris aperitur? *Ibid.*
42. Amica potestati pene semper impatientia est: eique etiam male potestas imperat: quin quod ipsa sentit, potestas exceptitur. *Ibid.*, cap. 28, super illud *Job xxx*: *Sine furere contregens.*
43. Sepe transitoria potestas animam per abrupta clationis rapit. *Ibid.*, lib. 21, cap. 10.
44. Potentibus viris magna est virtus humilitatis, considerata aequalitatis conditionis. *Ibid.*, num. 41.
45. Qui contra superpositam sibi potestatem murmurat, liquet quod illum redarguit, qui eandem homini potestatem dedit. *Ibid.*, lib. 22, cap. 17, num. 24.
46. Rectori provido cogitatione sollicita, potestas quam accepta est, non honor, sed onus estimatur. *Ibid.*, lib. 24, cap. 16, num. 30.
47. Tunc potestas bene geritur, cum non amando, sed timendo retinetur: quae ut ministrari recte valeat, oportet primum ut hanc non cupiditas, sed necessitas imponat. *Ibid.*
48. Potestas cum percipitur, non est libidine amanda est, sed ex longanimitate toleranda. *Ibid.*
49. Bona est ordine suo potentia, sed cauta regentia indiget vita. *Ibid.*, lib. 26, cap. 19, super illud *Rom. xii*: *Nolite esse prudentes, etc.*
50. Cum potentia temporalis ministerium suscipitur, summa cura vigilandum est ut sciat quisque; et sumere ea eo quod adjuvat, et expugnare quod tentat, et sequens se cum illa ceteris cernere, et tamen se peccantibus solo ultionis praeferre. *Ibid.*
51. Potestas quanto exterius eminet, tanto proxi- mius interius debet, ne cogitationem vincat, ne in delectationem sui animum rapiat, ne jam sub se mens eam regere non possit, cui se libidine dominandi supponit. *Ibid.*, cap. 19.
52. Subtilissima ars vivendi est culmen tenere, gloriam premece, esse quidem in potentia, sed potentem se esse nescire, ad largienda bona potentem se cognoscere, ad rependenda noxia, omne quod poterat velle ignorare. *Ibid.*, cap. 19, num. 24.
53. Deum imitari desiderat, qui fastidium potestatis alienis intentus utilitatibus, et non suis laudibus elatus administrat. *Ibid.*
54. Superbus mundi hujus potentiam querit, non quo alius prosit, sed quo ipse alteri subditus non sit. *Ibid.*, lib. 29, cap. 6, super illud *Job xxxi*: *Omne sublimine videt.*
55. Qui a subiectis metuitur, tanto facilius persuadet, quanto et cum potestate indicat quae sunt agenda. *Ibid.*, lib. 31, cap. 3, num. 4.

85. Refugienda est ampla possessio, ne con- sequatur profunda perditio. Lib. 2 ad *Eccles. Cathol.*

S. AUGUSTINUS.
86. Incerta est possessio divitiarum: nunc enim ad hunc veniunt, nunc vero ad illum tran- sient. Quae autem multos habet dominos, nullius est possessio. Super 1 *Timoth.*, cap. 6.

SENTENTIAE PARABOLARUM.
PLINIVS II.
87. Tanto invasit homines habendi cupidio, ut possideri magis quam possidere videatur. Lib. 1, epist. 30.

SENECA.
88. Omnium extrinsecus affluentium possessio, lubrica et incerta est. De *Constant. sapient.*, cap. 5.
89. Nullius boni sine socio jucunda possessio est. Epist. 6.
90. Quaecumque ex rebus transitoris possides, non mireris si nec inquam existimes, quod eadem est. De *quatuor vit.*,
S. KRIST.
91. Non amplius possideas, quam usus corporis possit. Sent. 407.
92. Ea possides, quae nullus possit auferre a te. *Ibid.*, sent. 410.
93. Cupiditas possidendi, origo avaritiae est. *Ibid.*, sent. 420.
94. Nulla propria possessio potest sapientis. *Ibid.*, sent. 218.
Vide etiam tit. *Aurum*, sent. 47; *Habere*, per totum; *Manachus*, sent. 69; *Pecunia*, sent. 21; *Pecuniarum*, sent. 126; *Regnum caeleste*, sent. 16; 17, 18, 56; *Temporale*, sent. 42.

POTESTAS in genere.

HUGO CARD. *Etymologia.* Potestas dicitur, quasi potentia status. Super *Joan.*, cap. 4.

CICERO. *Definitio.* Potentia est ad sua conservanda, et alterius obtinenda, imperium rerum facultas. Lib. 2 de *Invent. Rhetor.*

SENTENTIAE PATRUM.
D. AMBROS.
1. Omnis potentia seculi, somnium, non veritas est. De *Joseph*, cap. 6.
2. Ordinatio mundi a Deo, opera mundi a diabolo: a Deo potentatum ordinatio, a diabolo ambitio potestatis. *Prose.*
3. Fugiamus ergo omnia quae diabolica sub- jacent potestati, ne tanquam malus tyrannus in eos, quos intra suum regnum invenierit, acceptis savitia potestatis utatur. Lib. 4, super *Luc.*, cap. 17, in illud: *Et ostendit illi omnia regna, etc.*

S. ANSELM.
4. Qui potest quod sibi non expedit, et quod non debet, potest: quanto magis hoc potest, tanto magis adversitas et pervertitas possunt in il- lum, et ipse minus contra illas. In *Prologo*, cap. 7.

5. In nulla re tantum hodie offendunt seculi po- tentates, sicut in iudiciis. Part. 3, tit. 3, cap. 1, § 9.
6. Quanto his calidior potestate, tanto humilior bias pietate. Epist. 54, ad *Macedoniam*.
7. Optandum est ut potestas nunc datur, sed contra vitia, propter quae vincenda potentes volent esse homines, et volunt propter vincendos homi- nes, ut quid hoc? nisi ut vere victi, falso vincant, ne sint veritate, sed opinione victores. Lib. 13 de *Tyric.*, cap. 43.
8. Qui placeat sibi ut potestate sua riti velit, tanto fit minor, quanto se cupit esse majorem. Lib. 3 de *Lib. arb.*, cap. 25.
9. Invidiosa est potestas, quae legitima est: invidiosa facit, qui iure facit: animo invidia facit, qui praeter leges facit. Tract. 5, super cap. 1 *Evang. Joan.*
10. Quo potestas sublimior est, eo ad peccan- dum major audacia, quae totum sibi licere credit quod potest. De *Vita Christiana*, cap. 3.
11. Potentior animus non cogit in aliquid, nisi quod sua potestati subditum est. De *Invent. animae*, cap. 43.
12. Quisquis animus alterum animum habet in potestate, magis cum necesse est vult in po- testate habere, quam corpus. *Ibid.*
13. Quae potentiora, etiam meliora sunt. *Ibid.*, cap. 41.
14. Non est ordinatissimum, ut impotentiora potentioribus imperent. Lib. 1 de *Lib. arbit.*, cap. 10.
15. Potentior ab infirmiore, si corrumpti nolit, non corrumpitur. *Ibid.*, lib. 3, cap. 44.
16. Nulla vi superari potest, qui est in nullius potestate. *Ibid.*, lib. 3, cap. 6.
17. Si animus placeat sibi potestate sua frui velit, tanto fit minor, quanto se cupit esse maio- rem. *Ibid.*, cap. 25.
18. In potestatis societatis humanae, major potestas minori ad obediendum praeponeat. Lib. 3 *Conf.*, cap. 3.
19. Homo in natura posse, et in potestate habet velle. Lib. 11 de *Genes ad litt.*, cap. 4.
20. A Deo sunt omnes potestates, quantum ab illo non sint omnium voluntates. Lib. 5 De *Civitate Dei*, cap. 8.
21. Non superbiendum est, quasi homo eadem potestate sanctetur, qua potestate vilis est. De *Nat. et grat.*, cap. 30.
22. Non quiescit in demonibus voluntas nocendi, etiam cum potestas non datur. Annot. in *Job*, cap. xxxviii.
23. Ut esset homini potestas in Deum, ab ipso Deo accepit potestatem homo. Homil. 35, *Ex quinquag. homin.*

S. ANTONIO.
24. Videat, fratres, quam nocent iniqua potes- tas, quomodo caput impium subiectos quoque suas conformat impotenti. *Prose.*

S. ANSELM.
25. Miseram plane civitas, in qua regnat Herodes, quoniam Herodiane sine dubio particeps erit malitiae, et ad novae salutis ortum Herodiana movebitur turbalione. Sermon. 3, *Epiph.*

JUSTINUS.
26. Nullam ejus hominis potentiam putes, qui quod ipse in alio potest, id in se alter valeat, eff- ficere ipse non possit. Lib. 2 de *Consolat. philos.*, prosa 6.
27. Qua parte bestos faciens desinit potestas, haec impotentia subintrat. *Ibid.*, lib. 3, prosa 5.
28. Non est illa potestas, quae sollicitudinum morsus expellere, quae forisimum aculeos vitare nequit. *Ibid.*
29. Eo ipso quo potentes hominum deserunt, et ad vitam delinunt, hoc modo non solum potentes esse, sed omnino esse desinunt. *Ibid.*, lib. 4, prosa 2.
30. In potentia nullo modo est gloriandum, sed semper de eam timendum. *Prose.*
31. Libi est vana potentia Caesaria, qui primus solum Imperium obtinuit, a quo omnes Imperato- res appellati sunt Caesares, quem Romani tandem gladiis interfecerunt?
32. Ubi nunc est vana potentia Neronis, qui fugatus a Romanis, fuscis dentibus acuit, quo stipem per ventrem transiit?
33. Ubi nunc est ampla et vana Alexandri po- tentia, qui sibi orbem totum subiecit, et duodecim annis tantum regnavit, et ultimo veneno in- teriit?
34. Valde gloriosus Leo incedit, sed dum suam vanam potentiam non advertit, in foveam sepe roit, de qua cum exire non possit, submittit col- lum catenis. Sermon. 4 de *Uno Mart.*
35. Magis, quo plus ceteris unusquisque po- test, sciat esse sibi metuendum, ne in aliquo mi- noretur. De *Singularit. cleric.*, cap. 24.
MORITIVS GARTIVS.
36. Qui potest quod sibi non expedit, quanto id magis potest, tanto impotentior est, et infelicio- rius. Super *Epist. II ad Timoth.*, cap. 2, art. 2.
VEGG. ORD.
37. Non a diabolo est potestas, sed obnoxia ta- men insidiis diaboli: nec ideo mala ordinatio potestatum, quia malo sunt obnoxiae potestates. Super *Illud Lucae iv*: *Quia michi tradita sunt, etc.*
S. GREGORIUS.
38. Potestas cum habetur, et cogitanda est ad utilitatem, et dissimulanda est propter timorem; quatenus is qui ea utitur, et ut prodesse debeat, posse se sciat: et ut extolli non debeat, posse se nesciat. Lib. 5 *Moral.*, cap. 3.
39. Sepe qui in potestate sunt, dum sese a li- cidis retinere nesciunt, ad illicita opera et iniqua ditabuntur. *Ibid.*

40. Utilitati iustorum militat potestas iniquo- rum. *Ibid.*, lib. 20, cap. 19.
41. Cum pervertisis in hac vita potestas tribuitur, quid aliud quam janus erroris aperitur? *Ibid.*
42. Amica potestati pene semper impatientia est: eique etiam male potestas imperat: quin quod ipsa sentit, potestas exceptitur. *Ibid.*, cap. 28, super illud *Job xxx*: *Sine furere contregens.*
43. Sepe transitoria potestas animam per abrupta clationis rapit. *Ibid.*, lib. 21, cap. 10.
44. Potentibus viris magna est virtus humilitatis, considerata aequalitatis conditionis. *Ibid.*, num. 41.
45. Qui contra superpositam sibi potestatem murmurat, liquet quod illum redarguit, qui eadem homini potestatem dedit. *Ibid.*, lib. 22, cap. 17, num. 24.
46. Rectori provido cogitatione sollicita, potes- tas quam accepta est, non honor, sed omnis estimatur. *Ibid.*, lib. 24, cap. 16, num. 30.
47. Tunc potestas bene geritur, cum non amando, sed timendo retinetur: quae ut mini- strari recte valeat, oportet primum ut hanc non cupiditas, sed necessitas imponat. *Ibid.*
48. Potestas cum percipitur, non est libidine amanda est, sed ex longanimitate toleranda. *Ibid.*
49. Bona est ordine suo potentia, sed cauta re- gentia indiget vita. *Ibid.*, lib. 26, cap. 19, super illud *Rom. xii*: *Nolite esse prudentes, etc.*
50. Cum potentia temporalis ministerium sus- cipitur, summa cura vigilandum est ut sciat quisque; et sumere ea eo quod adjuvat, et expung- nare quod tentat, et sequens se cum illa ceteris cernere, et tamen se peccantibus solo ultionis praefere. *Ibid.*
51. Potestas quanto exterius eminet, tanto pro- mi interius debet, ne cogitationem vincat, ne in delectationem sui animum rapiat, ne jam sub se mens eam regere non possit, cui se libidine dominandi supponit. *Ibid.*, cap. 19.
52. Subtilissima ars vivendi est culmen tenere, gloriam premece, esse quidem in potentia, sed potentem se esse nescire, ad largienda bona po- tentem se cognoscere, ad rependenda noxia, omne quod poterat velle ignorare. *Ibid.*, cap. 19, num. 24.
53. Deum imitari desiderat, qui fastidium po- tentis alienis intentus utilitatibus, et non suis laudibus elatus administrat. *Ibid.*
54. Superbus mundi hujus potentiam querit, non quo alius prosit, sed quo ipse alteri subditus non sit. *Ibid.*, lib. 29, cap. 6, super illud *Job xxxi*: *Omne sublimine videt.*
55. Qui a subiectis metuitur, tanto facilius per- suadet, quanto et eum potestate indicat quem sunt agenda. *Ibid.*, lib. 31, cap. 3, num. 4.

56. Nil de subsequenti iudicio metuunt, qui de temporali potestate improbe gloriantur. Part. 2, Pastor., cap. 8.

57. Fit ut ipsa ligandi et solvendi potestate se privet, qui hanc pro suis voluntatibus, et non pro subjectorum moribus exercet. Homil. 26, super *Evang.*

58. Bene acceptam potestatem regit, qui et tenere illam novit, et impugnare. Lib. 4 in *Regist.*, Ind. 9, cap. 24, epist. 24 ad *Joan. epis. Constantinop.*

59. Restrictenda sub ratione potestas est, nec quidquam agendum priusquam consentiat ad tranquillitatem mens redeat. *Ibid.*, lib. 8, Indict. 3, cap. 12, epist. 42 ad *Hadriaticum ducem.*

60. Potestas est ordinatio a Deo disposita in genere humano, qua alii alia preesse habent. Super *Epist. ad Rom.*, in illud: *Non est potestas, nisi a Deo.*

61. Potestas bona est in se, sed noxia est elatione, qua sepe committitur. Super *Job.*, cap. xxxvi.

62. Multi laudant romanam potestatem, qui appetunt dominationem. Super *Ecclasiastic.*, cap. 17.

63. Semper grandis potestas majori timori subiecta est. Homil. 2 super *Matth. Oper. imperf.*

64. Summa potestas sine timore periculi nunquam est. *Ibid.*, homil. 30.

65. Si potestas accedat sapienti, omnibus bonis grata est, et omnibus utilis: si vero cadat in insipientem, etsi bonis mala esse non possit, molestia tamen ad modicum temporis erit. Lib. 8 de *Nagis curis.*, cap. 48.

66. Nihil terrena potestate brevius. De *vicit. et miser. hum. vici.*, cap. 2.

67. Non statim utilis est omne potestatis insignis, sed tunc vero est utilis, si bene geratur: tunc autem bene geritur, quando subiectis prodest, quibus terreno honore praefertur. Prosee.

68. Potestas bona est, quando Deo donante est, ut malum timore coereat, non ut timore malum committat.

69. Nihil autem peius est, quam per potestatem, peccandi libertatem habere, nihil que inolicibus male agendi felicitate. Lib. 3 de *Sum. bono.*, cap. 48, sent. 5.

70. Vir justus aut omni potestate seculari, exultat, aut si aliqua cingitur, non sub illa curatur, ut superbis tumeat, sed eam sibi subijcti ut humilior innotescat. *Ibid.*, cap. 48, sent. 4.

71. Intra Ecclesiam potestates necessariae non essent, nisi et quod non prevaleret superbia offensa per doctrinae sermonem, potestas hoc impleret per disciplinam terrorem. *Ibid.*, cap. 54, sent. 4.

72. Quanto quia potentia major, tanto magis liber est ad peccandum. *Ibid.*, cap. 59, sent. 10.

73. Iura potestatis adeptis moderanter exerce, potestatis iura accepta ordinato animo administrata. Lib. 2 de *Synon.*, cap. 17.

74. Cito periclitatur potestas; alta enim arbor ventis fortius agiatur, ecclesiae turres graviore casu procumbunt. Prosee.

75. In potentem cadit invidia, cito patet insidiis potestas: gloria enim invidiam parit, invidia vero pericula. *Ibid.*

76. Mans potentie avida, nec abstinere novit a vetitis, nec gaudere concessis. Epist. 53 ad *Anatolium Constantinop. epis.*

77. Jutum est, ut quem dignitas potestatis doledat, laborem officii non subterfugiat. Prosee.

78. Delicatus est, qui potestate vult uti, et administrationem potestatis dissimulat exercere.

79. Merito se privat honore, qui honorem affectat sine opere. Sermon. 46.

80. Quid jurat, si hodie quis temporali praeiudicium potestate terram faciat sub pedibus tremere, et cras mendicem et pauper de hoc mundo compellatur exire? Lib. 7, epist. 15.

81. Omnis potestas, sive major, sive minor, que hominibus praest, aut ex voluntate Dei, aut ex permissione Dei constituta est. Super *Epist. ad Rom.*, cap. 43, can. 1.

82. Nulla major pauperiorum est depepultio, quam potestas. Lib. 4 de *Gubern. Dei.*

83. Potestas magna et potentissima, que inhibere scelus maximum potest, quasi probat debere fieri, si sciens patitur perpetrari. *Ibid.*, lib. 7.

84. Uti potentum amicitias, non abuti convenerunt. Epist. 63 ad *Joan.*

85. Potestas se habet ad bonum et ad malum: qua sicut optimum est, quod aliquis utatur bene potestate in regimine multorum: ita pessimum est, si male utatur. 1, 2, art. 4.

86. Homo, qui abulit potestate sibi data, eam amittere merebit. 2, 2, quest. 65, art. 3.

87. Major potestas nominis melioribus debetur. De *Perfect. vite spirit.*, cap. 19.

SENTENTIA PAGANORUM.

88. Fortitudo potentiam habens, superbia est. Lib. 5 *Poetica.*, cap. 40.

89. Difficilis est, o Callicles, ac impendio est laudabile, hominem iusto vivere, qui in potestate magna constitutus, impune quae esse injurias. In *Gorgia, de Justitia.*

90. Tandem quantum vult potest, qui se, nisi quod debet, non ruit posse. Epist. 99.

91. Quomodo episcopi potentiam tuebantur? impotentia occasionis. De *Moribus.*

Vide etiam tit. *Ambitio*, sent. 1, 2, 5; *Dichobus*, sent. 18; *Peitio*, sent. 80; *Seretus*, sent. 12;

Stabilitas, sent. 5; *Sublimitas*, sent. 40; *Superbia*, sent. 103; *Virtutes cardinales*, sent. 15.

POTESTAS DEI.

COLLECTOR.

HUGO A S. VICTORIS.

HUGO CARD.

S. LEO I.

PETROS BLESENSIS.

S. PETROS DAMASCENUS.

S. AUGUST.

S. BERN.

SALVIANUS.

S. SYMENS EPISC.

S. THOMAS AQUINAS.

ARISTOTELIS.

PLATONIS.

BERNARDI.

Definitio. Potestas Dei est ipsamet essentia divina, concepta per modum principii activi productivi.

Divisio. Potestas Dei duplex est. Altera, ad aliquid faciendum; altera, ad nihil patiendum. Lib. 1, de *Sacramentis*, part. cap. 22.

Potestas Christi in quatuor consistit: scilicet primo, in efficaci predicatione, et larga donorum Spiritus sancti effusione; secundo, in suorum fidelium consolatione; tertio, in adversariorum depressione; quarto, in suorum electorum glorificatione. Super *Apocal.*, cap. 1.

SENTENTIA PATRUM.

1. De omnipotentia Dei, et iustitia dubitare, dementis est. Lib. 4 *Retract.*, cap. 9.

2. Creatoris potentia omnipotens, atque omnimentis virtus, causa est subsistenti omni creaturae. Prosee.

3. Quae virtus Dei ab eis quo creata sunt roganda, si aliquando cessaret, summi et eorum cessaret species, omnisque natura consideret. Lib. 4, de *Genesi ad lit.*, cap. 12.

4. Quid Omnipotentis potentius? aut cuius creaturae potestas Creatoris comparari potest? Lib. 13, de *Trinitate*, cap. 13.

5. Deus omnipotens est: et cum sit omnipotens, mori non potest, falli non potest, nec fallere, mentiri non potest. Prosee.

6. Quam nulla non potest, et omnipotens est: et ideo omnipotens est, quia ista non potest. Nam si mori posset, non esset omnipotens: si mentiri, si falli, si fallere, si iurque agere, non esset omnipotens: quia si hoc in eo esset, non fuisset dignus qui esset omnipotens. Lib. 1, de *Symbolo fidei*, cap. 1.

7. Quanta speranda, vel timenda potestas est iudicantis, si apparuit tanta mortentia? Tract. 119, super *Evangelium Joan.*, de cap. xix.

8. Deus Deum aliquid posse, quod nos fatemur investigare non posse: in talibus rebus tota ratio facti est potentis facientis. Epist. 3, ad *Vasilianum.*

9. Quia Dominus Lazarium suscitavit, sine dubio potuit: quia vero Judam non suscitavit, numquid dixerim est, non potuit? potuit ergo, sed noluit; nam si voluisset, eadem etiam hoc potestis fecisset. De *Natura et gratia*, cap. 7.

10. Omnipotens est facienda majora et minor, omnipotens est ad caelestia et terrestria, omnipotens est ad facienda immortalia et mortalia, omnipotens est ad facienda spiritalia et corporalia,

omnipotens est ad facienda visibilia et invisibilia. Prosee.

11. Magnus in magnis, nec parvus in minutis: postremo omnipotens est ad facienda omnia quo facere voluerit.

12. Jam ego dico quanta non possit. Non potest mori, non potest peccare, non potest mentiri, non potest falli: tanta non potest, quae si posset, non esset omnipotens. Sermon. 3, *fer. 2, post Dom. Palm.*

13. Non longe est a nobis omnipotentia tua, etiam cum longe sumus a te. Lib. 2 *Confess.*, cap. 2.

14. Dei potestati eripi aut subtrahi, quid, quando, aut ubi, a nullo potest. *Ibid.*, cap. 9.

15. Non cogeres invitus ad aliquid, quia voluntas tua non est major potentia tua. *Ibid.*, lib. 7, cap. 4.

16. Non est minor potestas tua carens obsequio meo. *Ibid.*, lib. 13, cap. 1.

17. Sicut humana consuetudo verbis, ita divina potentia etiam factis loquitur. Epist. 49, quest. 6.

18. Deus qui potens est, etiam in nihilo, non tantum aliquid, sed etiam magnum aliquid facit. Epist. 56.

19. Nemo liget Omnipotentis evadit. De *Agone Christi*, cap. 7.

20. Quicquid vilissimum homines potant, omnipotentia Dei gubernatur. *Ibid.*, cap. 8.

21. Bona facere si non posset Deus, nulla esset potentia: si autem posset, nec faceret, magna esset inviolentia. Quia ergo est omnipotens et bonus, omnia bona valde fecit. Lib. 4 de *Genesi ad lit.*, cap. 16.

22. Movet Deus occulta potentia sua universam creaturam suam. *Ibid.*, lib. 5, cap. 20.

23. Deus potentia sua numeros creaturas destitit, non ipsam potentiam eisdem numeris alligavit. *Ibid.*, lib. 6, cap. 13.

24. Deus naturam creat bonitate, voluntatis ordinat potestate. *Ibid.*, lib. 8, cap. 23.

25. Deus non potentia temeraria sed sapientia virtute omnipotens est. *Ibid.*, lib. 9, cap. 17.

26. Deus per omnipotentiam suam praestitit universam creaturam. De *Catholica doctrina*, cap. 48.

27. Ad omnipotentiam Dei pertinet ut ex libero arbitrio voluntatis venientia mala esse permittat. De *Continent.*, cap. 6.

28. Tanta est omnipotentis Dei bonitas, ut etiam de malis possit facere bona, sive ignoscendo, sive puniendo, sive ad utilitates piorum computando atque vertendo, sive etiam iustissime vindicando. *Ibid.*

29. Nihil omnipotentis Deo, qui cum mali nihil faciat, bene etiam de malis facit. *Ibid.*

30. Recte Deus omnipotens dicitur, qui tantum

mori et falli non potest: dicitur enim omnipotens faciendo quod vult, non potiendo quod non vult. Quod si accideret, nequaquam esset omnipotens: unde propterea quaedam non potest, quia omnipotens est. Lib. 5 de *Civitate Dei*, cap. 40.

31. Manus Dei, potestas Dei est, qui etiam visibilia invisibiliter operatur. *Ibid.*, lib. 12, cap. 23. 32. Ut neque Angelus, neque homo eaderet, in potestate Dei fuit. *Ibid.*, lib. 14, cap. 27.

33. Firmissime credendum est omnipotentem Deum omnia posse facere que voluerit, sine vindicando, sive prestando. *Ibid.*, lib. 18, cap. 18.

34. Deus potens est facere, que infidelibus sunt incredibilia, sed illis: facilia potestati. *Ibid.*, lib. 21, cap. 6.

35. Deus non ob aliud vocatur omnipotens, nisi quoniam quidquid vult potest. *Ibid.*, cap. 7.

36. Efficacem potentiam suam Deus si rebus subtrahat, nec progredi poterunt, nec progressus in eo quod creata sunt, aliquatenus permanebunt. *Ibid.*, lib. 22, cap. 21.

37. Ut quisque habeat bona corporis et fortunae, non nisi in Dei potestate est. *De Corrupt. et grat.*, cap. 8.

38. Exhorresce quod minatur Omnipotens, ama quod pollicetur Omnipotens. Tract. 3, super *Epistolam Joani.*

39. Evadendi potentiam Dei, nullus editum invenire poterit. Lib. *Meditationum*, cap. 39.

40. Deus ostendit potentiam suam, accommodans militiam malorum ad bonos exercendos. *Epistolam*, 157.

41. Non legi aequa doctrina insonante fecinescus, sed interna potestate operatur Deus in cordibus hominum. *De gratia Christi*, cap. 24.

BERNARD. 42. Nil omnipotentiam Verbi clariorum reddit, quam quod omnipotentes fecerit omnes qui in se sperant. *Serm.* 85 super *Cant.*

S. BONAV. 43. Omnipotens est Deus, quia omnia facere, omnia trahere, omnia prospicere, omnia innovare potest. *Prose.*

44. Omnia facit per potentiam, omnia trahit per gratiam, omnia prospicit per notitiam, omnia innovat per gloriam. *Serm.* 4 Dom. 11, post *Epistolam*.

S. DIONYS. 45. Nihil est omnino eorum que sunt, quod non prepotens reum omnium Dei vis tueatur et contineat. *De divinis Nominibus*, cap. 8.

J. EPIPHAN. 46. Potest Deus ex lapidibus excitare filios, et potest Deus corruptibilia mutare in incorruptibilia, et potest in terra facere quietem paradisi, quia vult. In *Libro Anacoreta*.

S. FERDINANDUS 47. Sit pro luce retinenda magnipotentia Conditoris: Excedit enim divini officii potestas humane meritis angustias. *Homil.* 4 de *Symbolo*.

GLOSS. INT. 48. Nulla est dignitas, nulla est potestas, que

potestatis Dei non pareat imperio. Super I *Paralip.* 2, cap. 29.

49. Deus cum sit semper omnipotens, sic intendit omnibus ut adsit singulis: sic adest singulis, ut simul omnibus nunquam desit. Lib. 16 *Marci*, cap. 3, super illud *Job* 22: *An capitatus, qui Deus excelsior, etc.*

50. Deus sic exteriora circumdat, ut interiora implet: sic interiora implet, ut exteriora circumdat: sic summa regit, ut ima non deserat; sic ima presens est, ut a superioribus non recedat. *Prose.*

51. Sic laet in sua specie ut tamen cognoscatur in operatione: sic cognoscitur in suo opere, ut tamen comprehendere non valeat a cognoscendo aestimatione.

52. Sic adest, ut videri nequeat: sic videri non valet, ut tamen ejus presentiam ipsa sua judicia testentur. *Ibid.*

53. Constitutum est, in natura divina cum voluntate ita concurrere potestatem, ut Dei potestatis mensura sit ipsa voluntas. In *Hexamer.*

54. Dei potentiam sorrorum proes impediunt. *Epistolam*, 12 ad *Gaudentium*.

55. Potestatis dignitas in Nativitate non amittitur, dum carnis humilitas adoratur. Lib. 2 de *Trinitate*, verbo *Angelos*.

56. Deus nihil eget, nihil ignorat, cujus agnitioni nihil occultum est, cujus auctui nihil invidium est, cujus virtuti nihil reliquum, extra quem locus nullus est. Super *Psalm.* cxxxv.

57. Christus potestate natus est, potestate passus est, potestate medicus pluresque toleravit, potestate caecos, claudos, mutos, aridos, a spiritu immundo captivatos potestate curavit. *Homil.* super illud *1m.* ix: *Potestatis et pacis*.

58. Si dubitas an aliqua potentia prestat mundo, omnibus es insipientior: si vero istud persuasum habes, quid ambigis oportere Deo placere? *Serm.* 19, super *Epistolam ad Ephesios*.

59. Nihil cassum et irritum in divina potentia usurpatur: potest enim omnia, vult autem optima. Lib. 2, *epistolam*, 117 ad *Theophilum*.

60. Divinam auctoritatem nihil est quod non pareat. In *Quest.* 4 *Genibus positus*, quest. ult., respons. 33.

61. Deus unns est, in quo vis et potestas consummata est: nec minui potest, nec augeri. *De Ira Dei*, cap. 11.

62. Quod scilicet est omnibus potentis, intelligitur esse exardens Deus, cum eas in potestate habet. *De confusa lingua*.

63. Incircumscribitur Deus, et incircumscribitur ejus potentia. *De sacrificio Abel*.

S. GREGORIUS MAGNUS.

S. SYRISCUS EPISCOPUS.

ARISTOTELIS.

CICERO.

SENECA.

S. CRISTOTELIS.

THOMAS AQUINAS.

S. HIERONYMUS.

S. AUGUSTINUS.

S. JOHANNES CHRYSOSTOMUS.

S. JUSTINUS MARTIR.

S. ISIDORUS PELUSIOTUS.

S. JUSTINUS MARTIR.

LACTANTIUS.

PHILOSOPHUS.

64. Bonitas Dei mensura honorum est: potentia, mensura subditorum. *Ibid.*

65. Deus potentis suis erga seipsum meritis utitur, temperata autem erga suas creaturas. Lib. *Quod Deus sit immutabilis*.

66. Deo omnia possibilia sunt, etiam que fieri non possunt. *Epistolam*, 11 ad *Presbyteros*.

SENTENTIA PAGANORUM.

67. Quodlibet possibile, est a Deo effectibile. Lib. 10 *Theolog.*, cap. 12.

68. Nihil est quod Deus efficere non possit. Lib. 2 de *Divinitate*, num. 86.

69. Mundus Deo parat, obediunt maria, terraque et hominum vita jussis supremæ legis obtemperat. Lib. 3 de *Legibus*.

70. Deus quidquid vult, efficit. Lib. 1, *Quæst.* in *Prophetas*.

71. Deus alia exaltat, alia submittit. *Ibid.*, lib. 3, in *Prophetas*.

72. Deus est circa omnia, atque per omnia: actus enim est omnium atque potestus. Lib. de *Pat. et Sap. Dei*, cui *Julianus*, *Pinander*, cap. 12. Vide etiam *tit. Esse*, sent. 24; *Marin*, sent. 49; *Marcianum*, sent. 12; *Marcionem Dei*, sent. 99.

PRECEPTUM.

Vide MANDATUM.

PREDESTINATIO.

ONICEYUS. *Etyimologia.* Predestinatio dicitur, quia præ aliis destinatio.

S. AUGUSTINUS. *Definitio.* Predestinatio Sanctorum nihil aliud est, quam presentia scilicet et preparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur quicumque liberantur. *De Bono persever.*, cap. 14.

Predestinatio est preordinatio, in qua tria concurrunt, homo, gratia, gloria. In lib. 1, *Sententiarum*, dist. 40, dubio 5.

MONSIEUR CARIBUS. Predestinatio est preordinatio altius ad gloriam, seu preparatio gratie in presenti, et gloria in futuro. Super *Epistolam ad Romanos*, cap. 4, art. 8.

Predestinatio est eterna preordinatio horum que per gratiam fiunt in tempore. *Ibid.*

HUGO A. S. VICTORE. Predestinatio est gratia gratuita preparatio. *De Questionibus super Epistolam ad Romanos*, quest. 233.

JOHANNES BARRIS. Predestinatio est ab eterno gratia preparatio, per quam uniusquisque vocatur ad vitam. Lib. 2 de *Nuptiis caritalis*, cap. 21.

S. THOMAS AQUINAS. Predestinatio est quedam ratio ordinis aliquorum in salutem eternam in mente eterna existens. Part. 1, *Summa*, quest. 23, art. 2.

Predestinatio proprie accepta, est quedam divina preordinatio ab eterno, de his que per

Tom. III.

gratiam Dei sunt in tempore fienda. Part. 3, *Summa*, quest. 24.

DIFFERENTIA. Qui presentiam Dei in nullo ab ipsius predestinatione discernit, quod tribuendum est Deo de bonis, hoc ei etiam de malis conatur adscribere. Lib. 1 ad *Monitium*, cap. 30.

Inter gratiam et predestinationem hoc interest, quod predestinatio est gratie preparatio, gratia vero ipsa donatio. *De predestinatione Sanctorum*, cap. 40.

Hoc distat inter presentiam et predestinationem: quod presentia de salvandis et dammandis, predestinatio autem de salvandis tantum. In *Summa Sententiarum*, tract. 1, cap. 12.

Nota de Predestinatione differentiam. Quidam sunt predestinatione et re, sicut simpliciter boni: quidam predestinatione et non re, ut mali, et tamen futuri boni quidam re et non predestinatione, ut boni, qui sunt futuri simpliciter mali; quidam nec re, nec predestinatione, sed tantum numero, sicut simpliciter mali. Super *Psalm.* xvii.

Scientia, presentia, dispositio, providentia et predestinatio differunt. Scientia existentiæ; presentia futurorum; dispositio faciendorum, providentia gubernandorum; predestinatio salvandorum. Lib. 2 de *Nuptiis caritalis*, cap. 21.

Predestinatio distat a presentia, secundum rationem: quia presentia importat solam notitiam futurorum; sed predestinatio importat causalitatem quantum respectu eorum. Super *Epistolam ad Romanos*, cap. 6, lect. 6.

SENTENTIA PATRUM.

1. Deus is quos elegit sine meritis, dat in eis orientem et meritum *Prose.*

2. Et frustra dicitur quod ratio operandi non sit in electis, cum etiam ad hoc operantur, ad electi sint. Lib. 2 de *Vocato. gent.*, cap. 10.

3. Omnia que secundum dispositionem Dei fienda sunt, in predestinatione ejus jam quasi facta existunt: quia non potest fieri, ut immutetur aliquid ex omnibus que statuta Deus ut fiunt. Super *Apocalypsim*, cap. 2.

4. Gratia Dei suos electos sic predestinavit, ut si

eorum qui jam in eis unum libro arbitrio, ipse etiam voluntates preparat. Lib. 1 *Retract.*, cap. 9.

5. Sola gratia redemptio discernit a perditis, quos in unam perditionis conererat massam, ab origine ducta causa communis. In *Eucharistia*, cap. 99.

6. Predestinatorum nemo cum diabolo peribit; nemo usque ad mortem sui diaboli potestate remanebit. Lib. 13 de *Trinitate*, cap. 16.

26

7. Nescientes quis perineat ad predestinationem numerum, quis non perineat, sic affici debemus charitatis affectu, ut omnes velimus salvos fieri. *De Corrupt. et grat.*, cap. 15.

8. Universa massa perditionis facta est possessio perditorum: nemo itaque, nemo piorsus inde liberatus est, nisi liberabitur, aut liberabitur, nisi gratia Redemptoria. *Lib. 2 de Gratia Christi*, cap. 29.

9. Bonus est Deus, iustus est Deus, potest aliquos sine bonis meritis liberare, quia bonus est: non potest ququam sine malis meritis damnare, quia iustus est. *Lib. 3 contra Julian.*, cap. 18.

10. Peccatum in homine, in Deo incitat celum iustitias, rebus vero iustitia predestinationem, predestinatio autem attrahit mortem. *De Predestinatione Dei*, cap. 3.

11. Predestinationum ita certus est numerus, ut nec addatur eis quisquam, nec minuatur ex eis. *De corrupt. et gratia*, cap. 13.

12. Predestinationi Dei nullus est causa standi, nemini causa labendi. *Ad Act. sibi falso impositos*, respons. 12.

13. Eliguntur qui non sunt, nec errat qui eligit, nec vane eligit: eligit tamen, et habet electos, quos creaturus est eligendo. *De Verbis Apostoli*, serm. 11.

14. Deus predestinavit nos antequam essemus, vocavit nos cum aversi essemus, iustificavit nos cum peccatores essemus, glorificavit nos cum mortales essemus. *Ibid.*, serm. 16.

15. Non in creatione homo predestinatus est, hoc enim ante seculum in presentia Creatoris. *Lib. 6 de Genesi ad lit.*, cap. 11.

16. In predestinatione Deus vidit viam: qua se convertent tentati. *Arndt. in Job*, cap. 28.

17. Quid Deus dubit eis, quos predestinavit ad vitam, qui tot se talia, et tanta bona temporalia dedit eis quos predestinavit ad mortem? *Lib. 22 de Civitate Dei*, cap. 24.

18. Predestinavit ad eternam vitam misericordissimus gratia largitor, predestinavit ad eternam mortem iustissimus supplicii retributor. *Lib. 4 de Anima et orig.*, cap. 11.

19. Quicunque predestinati, etiam nondum nati, iam filii Dei sunt, et omnino perire non possunt. *De corrupt. et grat.*, cap. 9.

20. Predestinatus nunquam perire sinitur, licet ad tempus a via virtutis errare permittatur. *Super Psalm. lxxviii.*

21. Signum vel character predestinationis, virtus est. *Tit. 5, Diocet.*, cap. 1.

22. Tot salvantur homines, quot Angeli ceciderunt: vel tot homines salvantur, quot An-

geli perstiterunt. *Lib. 2 Compend. Theol. certit.*, cap. 24.

23. Predestinata multitudo Sanctorum; hereditas Christi est. *Super Psalm. xv.*, vers. 19.

24. Totum in predestinatione solidatum est, et nullus eventus mutare poterit, quod illa providentia superna decrevit. *Super Psalm. lxxvii.*, vers. 33.

25. Nemo quando in hac mortalitate vivitur, de arcano divine predestinationis mysterio usque adso presumere debet, ut certo statuatur se omnino esse in numero predestinationum. *Sess. 6.*, cap. 12.

26. Predestinationis nomine non aliqua voluntatis humane coactilia necessitas exprimitur: sed misericors et iusta futuri operis divini sempiterna dispositio prodicitur. *Lib. 1 ad Montanum*, cap. 7.

27. Predestinatio Dei semper in bono est, aut ad retributionem iustitiae, aut ad donationem perficiens gratia. *Ibid.*, cap. 30.

28. Voluntatis causa est electionis, non electio causa est voluntatis. *Ibid.*, lib. 1 de Verit. predest.

29. Non mutat Deus predestinata, qui sapientia ejus non fallitur aut reprobanditur in dispositione. *Probec.*

30. Perficit Deus predestinata, quia virtus ejus non impeditur, aut superatur in opere. *Ibid.*, lib. 3.

31. Omnes predestinati sic vocantur, ut iustificentur: sic iustificentur, ut glorificentur. *Probec.*

32. Ac per hoc predestinavit Deus quos voluit, et ad opera bona, et ad premia sempiterna.

33. Predestinavit ad vitam bonam, predestinavit ad vitam eternam.

34. Predestinavit ad fidem, predestinavit ad speciem.

35. Predestinavit adoptandos in saculo, predestinavit glorificandos in regno.

36. Predestinavit per gratiam sciendos Primogeniti fratres, predestinavit per gratiam perditionis ejusdem Unigeniti coheredes.

37. Hec omnia sicut in se continet predestinationis eternitas, sic implet predestinantis Dei misericordia et iusta maiestas.

38. Nullus predestinatus perit. *Super Math.*, gloss. tit. cap. 14.

39. Vocations impletur predestinatio. *Super Epistol. ad Rom.*, cap. ix.

40. Constat quod nullus liberatur, nisi gratuita misericordia: nullus damnatur, nisi aequissima iustitia. *Probec.*

41. Sed cur potius hunc quam hunc liberet,

CASSIODORUS.
GRATIANUS.
S. GREGORIUS MAGNUS.
CONCILIUM TRIDENT.
S. FULGENSIUS.

GLOSS. tit.
GLOSS. ORD.

scribitur qui potest tam profundum iudicium, verum tamen cavet prescriptum. *Ibid.*, cap. 9.

42. Predestinati ad vitam sine correctione mutantur; prescripti vero ad mortem, inter flagella deteriores fiunt. *In Decretis*, part. 2, causa 23, quest. 4, can. *Cum quosque*, § *Est.*

43. Quicquid foris futurum est in opere, intus iam factum est in predestinatione. *Lib. 28 Moral.*, cap. 6, num. 9.

44. Obliceri nequaquam possunt, que predestinata non fuerunt; sed ea que sancti viri orando effluunt, ita predestinata sunt, ut precibus obtineantur. *Lib. 1 Dialogi*, cap. 8, verbo *Obtineri*.

45. Ipsa perennis regni predestinatio ita est ab Omnipotenti Deo disposita, ut ad hoc electi pro labore perveniant, quatenus postulando mereantur accipere, quod eis Omnipotens Deus ante secula disposuit donare. *Ibid.*

46. Predestinatio precibus impletur, quando quidem Deus multiplicare semen Abraham predestinaverat, is tamen ratione obtinuit, ut illos habere potuisset. *Ibid.*

47. Tanto necesse est, ut unusquisque in humilitate se deprimat, quanto si sit electus, ignoral. *Homil. 38, super Evangel.*

48. Unum signum electionis, est soliditas charitatis. *Homil. 12, super Ezech.*, super illud *Joan. xiii: In hoc scietis, quis est.*

49. Electi Dei carnem domant, spiritum roborant, demonibus imperant, virtutibus errescant, presentia despiciunt, eterna moriendo diligunt, occidi possunt, et flecti nequeunt. *Homil. 27, super Evangel.*

50. Elegit Deus, quos mundus despicit: quia plerumque ipsa despectio hominem revocat ad sensum ipsum. *Ibid.*, homil. 36.

51. Predestinatio alicuius rei, multo ante in mente ejus, qui destinat quid futurum sit, praefigurat. *Lib. 1, super Epistolam ad Ephesios*, cap. 1, in illud: *Secundum placitum suum*, etc.

52. Predestinavit Deus impiorum gehennam, sed non predestinavit impiorum culpam. *De Potenti. et volenti. Dei.*

53. Quod Deus facturus fuit, predestinavit: quod autem futurum non fuit, sed permixturus, non predestinavit, sed prescripsit. *Ibid.*

54. Predestinatio tria notat. Dei provisionem, gratia infusionem, gloria adoptionem. *Super Epistol. ad Rom.*, cap. 8.

55. Gemina est predestinatio, sive electorum ad requiem, sive reproborum ad mortem. *Probec.*

56. Diversitatem mansionum, que in domo Patris celestis preparatae sunt, divine predestinationi coaptat, que salvandis pro beneficio dis-

ponendis parit diversa charismata gratiarum et immortium. *Lib. 2 de Nuptiis cibarii*, cap. 22.

57. Ultraque agitur divino iudicio, ut semper electos superna et interiora sequi faciat; semperque reprobos, ut circa infima et exteriora delectentur, deservendo permittat. *Lib. 2, de Summa. bono*, cap. 6, sent. 1.

58. Nullus se putet electum, ne forte iam apud Deum sit reprobos. *Ibid.*, cap. 7, sent. 13.

59. Deus his, quos eligit sine meritis, dat unde orientur et moriis. *Lib. 2 de Vocat. gent.*, cap. 35.

60. Predestinatio juvat precibus Satorum. *2, 2, quest. 17, art. 4.*

61. Divina predestinatio est fundamentum et principium primum salvationis hominum, in tantum quod nullus possit salvari, nisi aternaliter fuerit predestinatus. *Sent. 6, Dom. Septuages.*

SENTENTIA PAGANORUM.

62. Fidelis homo, electus homo est: electus homo, homo Dei est: homo Dei est, qui Deo dignus est: Deo dignus est, qui nihil indigne agit. *Sent. 1, 2 et 3.*

63. Dei proprium est salvare quos dignos iudicat. *Ibid.*, sent. 69.

Vide etiam tit. *Electio*, sent. 14, 16; *Predestinatione Dei*, sent. 48, 49, 50, 51, 61; *Tractio*, sent. 3; *Vocatio Dei*, sent. 52.

PREDICATIO.

Ethymologia. Predicatio dicitur quasi prelium actio.

Divisio. Trias sunt genera predicatorum, primi male vivunt, et male docent; secundi bene docent, sed male vivunt; tertii bene vivunt, et bene docent. *Super Gen.*, cap. 87.

Comparatio. Sicut tibio velicatum sunt corporis, ita verbum doctrinae velicatum est cordis. *Super Proverb.*, cap. 26.

Sicut medicinae diversis antidotis et medicamentis diversa curantur agilitudines, et infirmitates corporum: sic multiplici modo predestinationis, salutem curantur animarum. *Serm. 8.*

Sicut cibus et delicias carnis, ita spiritus verbi divinis convalescit. *Homil. 9, in cap. 16, Levitic.*

SENTENTIA PATRUM.

1. Attende tibi, qui predicas, et sollicite caveo, ne humanam polus laudem, gloriamque vanam aucuparis, quam solum animarum sectaris, ac reles. *Part. 3, serm. 2*, cap. 19.

2. Cujus vita despicitur, restat ut ejus predicatio contumetur. *Super Apocal.*, cap. 11, et S. Gregor. Magnus, homil. 12, super Ezech.

3. Predicatio Christiana non indiget pompa,

S. HEDORUS HISPALENSIS.
S. PROSPER.
S. THOMAS AQUINAS.
S. VINCENT. FERRARI.
SITUS PHILASOR.
RUGO CARD.
RUGO A. S. VICTOR.
RUGO CARD.
RUGO A. S. VICTOR.
CAIGENES.
R. ATANUS DE RUPE.
S. AUGUSTINUS & S. GREGORIUS MAGNUS.
S. AMBROS.

et cultu sermonis, ne hominum versutia et calliditate humana sapientia acceptabilis videretur, non veritate. Super 1 Cor. 1, super illud : Non in sapientia, etc.

4. Libero et iuxta fidem veram, sine adulatione Christum predicantes, et gesta prave vitæ arguentes, gratiam apud homines non habent. Super 1 Cor. iv, in illud : *Uosque in hanc horam curamus.*

5. Sane permissor ille Doctor dicitur, qui sermone inutili conscientiam percussit infirmorum. In *Decretis Gratiani*, part. 1, distinct. 45, can. *Sane.*

6. Prædicator vilesit Scriptura, cuius augetur curiositas magis quam devotio in auditoribus, et vanitas in loquendo. Part. 1, tit. 1, cap. 3, § 3.

7. Deum operibus provocat ad iram, qui populum vocibus delectat. Part. 2, tit. 4, cap. 5.

8. Cum magna attentione et affectu audienda est prædicatio, et cum silentio. Part. 2, tit. 2 de *Acedia*, cap. 11, § 1.

9. Bonus prædicator est, qui provocat populum ad luctum, non ad risum. Part. 3, tit. 18, de *Prædicantibus*, cap. 4.

10. Sicut lingua canis est medicinalis, sic lingua Prædicatoris, qui est medicus animarum. *Prose.*

11. Inque Prædicator debet cum aviditate lingua prædicationis ulcera peccatorum curare, et cum lenitate lingere. *Serm. Dom. 1, post Trinit.*

12. Sacros sacramentum præcones rerum, non ad imbecillitatem lectionis, sed ad eam, que requiritur vinctivamque et causam spectare oportet. *Serm. de sanctissima Deipara.*

13. Debet divinarum Scripturarum tractator et doctor, defensor regis fidei ac debellator erroris, et bona docere, et mala declinare, atque in hoc opere sermonis conciliari averseos, remissos erigere, mescentibus quid agatur, quid expectare debeant, intimare. Lib. 4 de *Doctrina christi*, cap. 4.

14. Oportet eloquentem Ecclesiasticum, quando suadet aliquid quod agendum est, non solum docere et instruat, et delectare ut tenet, verum etiam docere ut vincat. Lib. 4 de *Doctrina christi*, cap. 13.

15. Agat eloquens cum et iusta et sancta et bona dicit, ut intelligenter, ut libenter et obedienter audiatur : et hæc se posse si potuerit, et in quantum poterit, pietate magis orationum quam oratorum facilitate non dubitet, ut orando pro se ac pro illis quos est allocuturus, sit orator antequam dicit. *Prose.*

16. Ipsa hura jam ut dicit accedens, priusquam exeret profertentem linguam, ad Deum lovet animam silentem, ut eruet quod biberit, vel quod impleverit fundat. *Ibid.*, cap. 15.

17. Si regina Esther oravit pro suis gentis temporali salute locutura apud regem, ut in os eius Deus congruum sermonem daret : quanto magis orare debet, ut tale munus accipiat, qui pro æterna hominum salute in verbo et doctrina laborat? *Ibid.*, cap. 30.

18. Eos dicit Deus furari verba sua, qui boni voluti videri, loquendo que Dei sunt, cum mali sint faciendo que sua sunt : nec sane ipsi dicunt bona que dicunt, si diligenter attendas : quomodo dicunt verbis, quod negant factis? *Ibid.*, cap. 29.

19. Sicut est, ut teneatur ad audiendum, delectandus auditor : ita stectendus, ut moveatur ad agendum. *Ibid.*, cap. 12.

20. Quod minus habet peritia, suppleat diligentia : et quod crullitas loquacitatis erudit, ætatis maturitas deoqual. Lib. 4, de *Animas*, et eius origines, cap. 3.

21. Ut in recte sapias, et alios non tantummodo delectare possis, verum etiam edificare quod loqueris, curam de oportet gerere de sermonibus tuis, remotis plausibus alienis. *Ibid.*, lib. 4, cap. 25.

22. Multi prædicant veritatem non casto, quia vendunt illam pretio commoditatum hujus sæculi. Super *Psalm. xi*, vers. 7, *Eloquia casta*, etc.

23. In annuntiendo verbo veritatis labor est. Super *Psalm. xxxii*, conc. 2.

24. Qui dicitur et non auditur est, alteri prodest, sibi non prodest. Super *Psalm. xxviii*, conc. 1, vers. 4.

25. Prædicare veritatem nihil est, si cor a lingua dissentiat. Super *Psalm. lvi*.

26. Prædicatio Dei præter Ecclesiam inanis est. Super *Psalm. lxxii*.

27. Nemo debet cum tripudiatione prædicare, unde non potest dubitare. Super *Psalm. lxxviii*, vers. 5.

28. Tutius veritas auditur, quam prædicatur : quoniam cum auditur, humilitas custoditur : cum vultem prædicatur, vix non surrepit cupiditas hominum quantumcumque iactantia. Tract. 67, super *Evang. Joan.*, Ac cap. 13.

29. Unde vivatur necessitas est accipere, charitatis est, præbere, non tanquam venale sit Evangelium, ut istud sit pretium ejus quod sumunt, qui annuntiant unde vivunt. *Prose.*

30. Qui vendunt Evangelium, magnam rem vili pretio vendunt : accipiunt sustentationem necessitatis a populo, mercedem dispensationis Domino.

31. Non enim est idoneus populus reddere mercedem illis, qui sibi in charitate Evangelii sermunt : non expectent ergo illi mercedem, nisi unde et isti salutem. De *Paulinis*, cap. 2.

32. Non sic querunt homines charitate studiosa

quod prædicent ad imitationem, quomodo querunt iniquitate suspiciosa quod murrunt ad deceptionem. *Homil. 50, Ex quinquag. Hom.*

33. Audacter prædicabo, quia et vos publice male operari non erubescitis. Emendate igitur vitam, et emendabo verba : quiescite agere perverse, et ego quiescam mala vestra vobis improperare. *Serm. 47 ad Fratres in eremo.*

34. Fidelis justitiae prædicator, etiam ab hominibus respuitur, abicit ut apud Deum sui officii mercede fraudetur : res enim certa fit ad incertum, incertum autem dico, non premium facientis, sed animum audientis. Lib. 1 contra *Cretentium*, cap. 5.

35. Peccator si jûs sibi prædicandi usurpaverit, sibi nihil prodest, audientibus autem et facientibus non ipse, sed quod prædicat, prodest. *Ibid.*, lib. 2, cap. 20.

36. Nisi Deus interiore gratia mentem regat atque agat, nihil prodest homini omnis prædicatio veritatis. Lib. 15 de *Civitate Dei*, cap. 6.

37. Unusquisque Evangelii prædicator ita debet in Ecclesia laborare, ut defuncto fratri (hoc est Christo) suscitet semen. Lib. 32 contra *Faust*, cap. 10.

38. Si quis tibi Christum prædicat, attende qualem prædicet, uti prædicet : Christus enim per Scripturas sanctas prædicatur. De *Canticis nove*, cap. 5.

39. Quando te prædicamus, terram calcamus ut tibi aperiamus : et ideo si reprehendimur, perferbamur : si laudamur, inflamur. Tract. 67, super *Joan.*

40. Merces prædicatorum est adjuvari orationibus auditorum. De *Canticis nove*, cap. 10.

41. Noli imitari malum prædicatorem, sed imitare bonum quod tibi prædicatur. Tract. 5, super *Joan.*

42. Prædicatores Domini ascendunt imitatione, descendunt profectione. *Ibid.*, tract. 7.

43. Quod male facit prædicator, non prædicat de cathedra Christi : inde ledit, unde male facit, non unde bona dicit. *Ibid.*, tract. 46.

44. Vobis inimicum efficitur verum prædicans. *Homil. 24, Ex quinquaginta homil.*, cap. 2.

45. Homo attentis auribus, que prædicantur, avido corde suscipit. *Ibid.*, homil. 26.

46. Sermo datus multis, animi sapientia paucis. In suis *Prose* his, verbo *Sermo.*

47. Quidam passionem Christi ore prædicant, quam corde non sentiunt : oportet ut sincere Christum annuntient, quod ore dicunt, corde sentiant. *Serm. de Nuptiis.*

48. Canales multos hodie habemus in Ecclesia, conchas vero perpaucas, tanta charitatis sunt :

per quos nobis fluenta coelestia emanant, ut ante infundere quam effundi velint, loqui quam audire paratiore, et prompti docere quod non didicerunt. *Serm. 48, super Cant.*

49. Hoc varium est, quod plurimum ignorantia et tacetur quod est, et prædicatur quod non est. *Epist. 18, ad Petrum cardin.*

50. Nee minus peccat is, qui verbum subtrahit in tempore opportuno, quam qui prava loquendo alios scandalizat. *Prose.*

51. Nimis enim videtur avarus esse et invidus, qui verba gratis habita ad utilitatem proximorum negligit ministrare. *Lib. de Passione Dom.*, cap. 29.

52. Prædicatores nubes dicuntur, quia tonant nimis, coruscant miraculis, pluviant doctrinis. Super *Psalm. xvii*.

53. Ille Doctor est Ecclesiasticus, qui lacrymas, non risum movet. Super *Lament. Hierem.*, cap. 1.

54. Erudiuntur omnes peccatores, ut prius vacent perfectioni propriæ, et deinde adificationi alienæ : quia (ut dicit S. Greg.) enjus vita despicitur, restat ut ejus prædicatio contemnatur. Super *Luce*, cap. 1.

55. Doctor Scripturæ evangelicæ debet esse innocuus divina gratia, insitutus mera obedientia, inflammatus benevolentia fraterna. In Proemio, super *Luce*.

56. Tria sunt signa evidentia, quibus probatur utrum prædicator a Domino sit missus. Primum, est auctoritas mittentis : secundum, est zelus animarum, in persona que militat : tertium, est fructificatio, et conversio auditorum. *Ibid.*, cap. 9.

57. Prædicator veritatis super omnia vitare debet vitium cupiditatis, alioquin non erit prædicator veritatis, sed adiutor. *Ibid.*

58. Quatuor requiruntur in prædicando. Primum, est fidelitas consortii : secundum, est opportunus loci : tertium, est docilitas populi : quartum, est affabilitas magistri. *Ibid.*

59. Magna est auctoritas prædicatorum, in quorum receptione Deus recipitur, et contemptum contemnitur. *Ibid.*, cap. x, in illud : *Qui autem me spernit, etc.*

60. In malevola lingua prædicatoris, si intus non adsit gratia Salvatoris, que dirigit verba mentis, frustra exterius expenditur omnis prædicatio veritatis. *Serm. 2 de Evang.*

61. Exaudi teipsum, durissime, immansissime, surdissime doctor : quid tibi lingua aurea, et cor ferrum? Lib. 1 *Phœdra*, cap. 15.

62. Officium prædicantis verbum Dei, est proprie errantes dirigere, et ad viam salutis revocare. *Dieta salutis* in Proemio.

63. Sermo rudis usque ad cor penetrat, poli-

S. ANACLET.
PAPA.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN
DE PAVIA.S. AMBROS.
MAGNUS.

S. AUGUST.

V. BEDA.

S. BERNARD.

S. BONAV.

tus autem patit aures. Lib. *Medit. vite Christi*, in proemio.

64. Veri predicatorum dicuntur, quorum predicatio habet auctoritatem, veritatem, et utilitatem. De *paupertate Christi, contra Magistram, Guillelm.*, quest. 1, art. 2 in resp., argum. 48.

S. CESARIUS
ARLAV.
S. CYPRIAN.

65. Predicatori aspera, ægrois medicamenta providet: sanctis ornamenta componit. Homil. 45.

66. Bene atque utiliter predicatur, si id quod ora promittit, factis impicitur. De *zelo et amore*, cap. 4.

S. DIDACUS.

67. Non oportet nisi copioso lumine Spiritus sancti repletum, statim ad loquendum accedere: ubi enim est inopia, ea affert ignorantiam, ubi copia, non sinit loqui. De *Perfecto spirit.*, cap. 8.

MONESTRIUS
DANTUS.

68. Predicator seu Doctor moderari debet sensum et stylum doctrinæ suæ, secundum audientium capacitatem. Super *Epist. Pauli Cor.*, cap. ut. art. 3.

S. FRANCIS
ASSISIENSIS.

69. In predicatione est distributio quedam honorum cœlii acceptorum. In suis *Opus.*, colat. 11.

70. Prius predicator haurire debet venæ creatioibus, quod postea sacris ostendat sermonibus: prius intus calcet, quam extra verba proferat. *Ibid.*, colat. 17.

71. Predicatorum vita sunt corporis, impugnatōres demonum, mundi lucerna. *Ibid.*

72. Laudandi sunt predicatorum illi, qui pro tempore sibi sapiunt, sibi que gustant: illi vero vituperandi qui predicationi letum, devotioni vero nihil impediunt: illi etiam plangendi sunt, qui veniant sepe quod faciunt, oculo vana laudis. *Ibid.*

73. Officium predicationis. Patet misericordiarum omniis scilicet est acceptus, maxime si meritis studio charitatis impensum. *Ibid.*

74. Predicator magis exemplo laboret, quam verbo: magis lacrymosa proce, quam loquaci sermone. *Ibid.*

75. Plangendus est predicator, tanquam pietate privatus, qui in predicatione non animarum salutem, sed propriam laudem querit: sive qui privitate destruit vitam, quod edificat veritate doctrinam. *Ibid.*

SILLEBERTUS
ANGLUS.

76. Quid in Hierusalem vis loqui lingua Ægyptiaca? quid vis ex media parte loqui Azotice, qui iudæice debes? Angelus enim Dei es, qui sacri profiteris verbi mysterium. *Proce.*

77. Evangelium ex toto loquere, qui vir Evangelicus es. Sermon. 16, super *Cant.*, apud D. Bernard.

78. Student jam predicatorum magis alta quam apta dicere, facientes apud infirmas intelligentias miraculum sui, non ipsorum salutem operantes. Sermon. 27, super *Cant.* D. Bernard.

79. Non tam debes attendere, que te dicere debeat, quam que debeat audire quos instruis. *Ibid.*

80. Quidam predicatorum dum auditores longo peritose silentio, et quasi quadam subtristis acedia exilarare volunt petulantibus lascivis linguam, post utilis proficiunt ad securitiam, et modico frumento multum titanorum, ut præseminant, aut surseminant. *Ibid.*, serm. 31.

81. Predicatorum, qui loquuntur placentia, doctissime panem in vitam faciunt. *Ibid.*

82. Prædicare nemo potest, nisi mittatur. In *Decret. Gratiani.*

gloss. ecc.

83. Prius debet orare predicator, ut sermo Dei currat et fructificet in auditoribus. Super illud *Gen. xxix: Dominus Deus domini mei Abraham.*

gloss. ecc.

84. Predicationem arrogantium nullus admittet, si non aliquid humilitatis imagine permiscerent. Super *Job.*, cap. 33.

gloss. ecc.

85. Stulti sunt, qui non querunt proficere, sed laudem sibi acquirere. Super *Ecclesiasten.*, cap. 9.

86. Multi prædicant magis ut alliciant, quam ut profitant. *Ibid.*, cap. 10.

87. Qui tractat, debet audientium considerare personas, ne primarideat, quam audiatur. Super *Luc.*, cap. 9.

88. Tanta Predicatorum debet esse fiducia in Deo, ut presentis vite sumptus et si non prævident, tamen non defectores certissime sciat, ne dum occupat mens ad temporalia, nimis prædicet eterna. *Ibid.*, cap. xviii, super illud: *Nolite portare sacculum etc.*

89. Qui indoctus officium docendi usurpat, et Christum non sinceriter nuntiat, majorem damnationem meretur, quam si solus aus sceleris periret. Super illud *Jacobi 3: Majoris iudicium sumitis.*

90. Magnum est officium predicationis, unde necesse est, ut qui illud exercere debent, et firmetur virtute sanctitatis, et utantur libra discretionis. Super *Apocal.*, cap. viii.

91. Tanta debet esse discretio in predicatione sacerdotis, quasi forte carceris, tanquam tortoribus sacerdotibus officii iudicatur infirmis. In *Decret.*, part. 4. dist. 69, can. *Dispensatio, § Peritior.*

GRATIANCE.

92. Predicator paransor distinet, qui sermone inutili infirmorum conscientiam vulnerat.

93. Gravis moror est, duris cordibus infirmis predicare. Lib. 35 *Moral.*, cap. 9, num. 11.

S. GREGORIUS
MAGNUS.

94. Sanctorum predicatio solo caritatis ardore flammescit. *Ibid.*, lib. 2, cap. 27, num. 33.

95. Infirma ætas, etiam cum recesapit, ad predicandum non debet incaute procurrere. *Ibid.*, lib. 11, cap. 4.

96. Necesse est, ut cum audientium utilitati quis non proficit, mentem ejus fama laudabilis, non elevet, sed faliget. Lib. 22, cap. 6.

97. Coelestia predicantes, tanto robustius ad-versa tolerant, quanto et per tolerantiam suam animarum comoda loquuntur reportant. *Ibid.*, lib. 35, cap. 10, num. 46.

98. Ille uberes fructus predicationis colligit, qui semina bonæ operationis præmittit. *Ibid.*, lib. 6, cap. 16.

99. Non est perfectus predicator, qui vel propter contemplationis studium operanda negligit, vel propter operationis instantiam contemplanda postponit. *Ibid.*, cap. 17, num. 25.

100. Ad supernum desiderium inflammare auditores suos nequeunt verba, qua frigido corde profertur. *Ibid.*, lib. 8, cap. 26, num. 30.

101. Qui ad veram predicationis verba se preparat, necesse est ut causarum origines a sacris paginis sumat: ut omne quod loquitur, ad divinæ auctoritatis fundamentum revocet, atque in eo edificium locutionis suæ firmet. *Ibid.*, lib. 18, cap. 14, num. 14.

102. A bonis predicatoribus non causa victis predicatio impenditur, sed causa predicationis accipitur victis. *Proce.*

103. Datum, est res ipsa, qua impenditur: fructus vero datus est, si benigna mente futuræ mercedis studio aliquid impendatur. *Ibid.*, lib. 49, cap. 40.

104. Predicatorum sancti facta sua referunt, ut venerantur sint; appetunt, ut reverenter audiantur. *Ibid.*, cap. 24, num. 49.

105. Predicatorum honorem propter elationem fugiunt, et honorari propter imitationem volunt. *Ibid.*

106. Debet subtiliter is qui docet prospicere, ne plus studeat quam ab audiente capiatur, predicare. *Proce.*

107. Debet predicator ad infirmitatem audientium semelipsum contrahendo descendere, ne dum parvis sublimis, et idcirco non profutura loquitur, se magis curet ostendere, quam auditoribus proficere. *Ibid.*, lib. 20, cap. 2, super illud *Joh. xxi: Super illos stillabat eloquium.*

108. Veri predicatorum iusti auditores suos obijurgando corripiunt, solent in eorum vitia disticta incompone sapere. *Ibid.*, lib. 24, cap. 9, super illud *Proe. xv: In ore stulti vicia superbia.*

109. Magna predicatorum consolatio est, subseqens profectus auditorum. *Ibid.*, lib. 35, cap. 9, num. 11.

110. Predicationis officium tutius declinat, nec tamen declinari perniciter debet, cum ad

auspicandum hoc superna voluntas agnoscitur. Part. 4 *Pastor.*, cap. 7.

111. Oportet ut predicatorum sint fortes in preceptis, compatiens in infirmitatibus, in minimis terribiles, in exhortationibus blandi, in ostendendo magistrario humiles, in tolerandis adversariis rigidi. Lib. 30 *Moral.*, cap. 9, num. 19.

112. Omnes qui predicationis officium in Ecclesia tenent, eorum recte vocali sunt: quia nihil sapere celestia creduntur. *Ibid.*, lib. 2, cap. 20, num. 26.

113. Ad regnum æternæ beatitudinis pervenire non valet, qui non vult opere implere quod docet. *Proce.*

114. Corpus vita despicitur, restat ut ejus predicatio contemnatur. Homil. 2, super *Evang.*

115. Non facile predicatio ejus accipitur, si leviss in moribus esse videatur. Homil. 9, super *Ezech.*

116. Nulla erit maturitatis ostensio, si contra adversa omnia non affuerit operis fortitudo. *Ibid.*

117. Vita predicatorum sonat et ardet: ardet desiderio, sonat verbo. *Proce.*

118. Etsi candens est predicatio accensa: sed de candente ore scintille prodeunt, quia de predicatorum exhortationibus verba flammantia ad aures audientium procedunt. *Ibid.*

119. Recte predicatorum verba scintille appellata sunt, quia eos quos in corde tetigerint, incendunt. *Ibid.*

120. Cum predicatorum sancti de celesti patria loquuntur, non tantum valent aperire verbo, quantum possunt ardere desiderio. *Ibid.*

121. Verbum predicationis semen in corde audientis est: et auditor bonus iude profert postmodum magnam messen scientie, unde parum prius acceperat semen lingue. *Ibid.*

122. Dum sunt predicatorum vite: activa scilicet et contemplativa; sed activa prior est tempore, quam contemplativa, quia ex bono opere tenditur ad contemplationem. *Ibid.*

123. Omnis predicator intentus semper debet mente pensare, ne qui missus est lapis erigere, ipse in privabile opere cum lapide cadat. *Ibid.*

124. De predicatorum ore predicatio audientibus dulcis est, quando sermone actio contraria suis predicationibus non est: quia de propria vita sumit, quod per linguam proximi conferunt. *Ibid.*, homil. 10, super illud: *Et comedit illud, etc.*

125. Predicatoris vita semper in alto debet fixa permanere, ut more viriua discernat flores vitiorum, odoresque virtutum. *Ibid.*, hom. 11, super illud *Joan. v: Ille erat lucerna ardens, etc.*

126. Necesse est ut semper sermo predicatoris,

cum auditorum debeat qualitate formari: ne aut recrudens aspera, aut impudentibus levia loquatur. *Ibid.*

427. Predicatores sancti ut possint proximam perfecte diligere, student in hoc seculo nihil suare, nihil inquam appetere, nihil etiam cum appetitu possidere. Homil. 5, super *Evang.*

428. Qui locum predicationis suscipit, mala inferre non debet, sed tolerare; ut ex ipsa mansuetudine iram servitium mitiget, et peccatorum vulnera in illis ipse afflictionibus vulneratus sanat. Homil. 17, super *Evang.*

429. Verus quisque predicator, non ideo predicare debet, ut in hoc tempore mercedem recipiat: sed ideo mercedem recipere, ut predicatio subsistat, alioquin eterna mercede se privat. *Ibid.*, super illud *Luc. x: Dignus est operarius mercede sua.*

430. Pensate quantum damnationis sit, sine labore percipere mercedem laboris: et quanti criminis, peccatorum prelium manducare, et nihil contra peccata predicando agere. *Ibid.*

431. Quisquis pro humanis favoribus, quisquis pro terreno estimando verbum Dei predicat, in conspectu Domini veritatem illud animas non profertur. Lib. 1, in *I Regum, Kaposit, allegor.*, cap. 4, super illud: *Vivum et unum quod inebriare potest non habet.*

432. Bonum predicationis tunc bene impletur, cum predicator (qui sublimis est verbo) humilis esse satagit ministerio. *Ibid.*, lib. 2, *Exposit. Moral.*, cap. 4, super illud: *Infirmi accincti sunt robore.*

433. Predicator carnalis dicitur lucerna per officium, cecus per intentionem: quia dignitate fungitur præbendi luminis, sed mentem figit in tenebris vanitatis. *Ibid.*, cap. 3, super illud: *Jacebat in loca suo.*

434. Catholici viri predicatio completur, quæ in veritate sacri eloqui recte cognoscitur. *Ibid.*, super illud: *Et venit sermo,* etc.

435. Si magnus est labor predicationis, tanto devotius ferri debet, quanto majora lucra mercedis habet. *Ibid.*, lib. 4, cap. 4, super illud: *Cui erant quæque optima Israel?*

436. Predicatores cum gratiam divine predicationis accipiunt, non accipiunt solam scientiam verbi, sed virtutem amoris: ut per verbum alii processu valeant, et per verbum amore ipsi meliores fiant. *Ibid.*, cap. 5, super illud: *Et staberis in vicin altum.*

437. Sine Spiritu sancti gratia, predicator carnalis est: et quod loquitur non ad dignitatem predicationis referri potest, sed ad usum temeritatis. *Ibid.*, super illud: *Et venerunt et omnia signa.*

438. Predicator doctrinam veram signat, quando non solum docet, sed quod docet operando exoritur. *Ibid.*, lib. 5, cap. 4, super illud: *Que erat in manu mea,* etc.

439. Necessè est ut hi qui verbo sanctæ predicationis moment, prius studio bonæ actionis evigilent, ne in semetipsis torpentes opere, alios excellent, ne in semetipsis torpentes opere, alios excellent. Part. 3, in *Pastoral.*, admonit. 6.

440. Tot habet loca predicator sanctæ Ecclesiæ, quot profectus vitæ. Lib. 3, in *I Regum, cap. 1,* super illud: *Abiit ergo Samuel, et dormiit, etc.*

441. Difficile est ut quilibet recta denuntians predicator, qui non diligitur, libenter audiat. Part. 2, *Pastoral.*, cap. 8.

442. Majus est miraculum, predicationis verbo peccatorem convertere, quam carne mortuum resuscitare. *Prose.*

443. In isto enim resuscilatur caro iterum meritata, in illo vero anima in æternum victura. Lib. 3 *Dialog.*, cap. 17, verbo *Si visibitis.*

444. Turpe nimis est, ibi nos negligendo cadere, unde predicando consti sumus alios levare. Romil. 18, super *Ezech.*, in illud *Pron. xvi: Anima laborantis laborat tibi.*

445. De predicationis labora laudem transitoriam præterio, quid est aliud quam rem magnam tibi prestio vanum dare? *Ibid.*, homil. 24, super illud *Philip. ii: Nec querentes gloriam.*

446. Otiosus est sermo Doctoris, si præbere non valet incendium amoris. Homil. 30, super *Evang.*

447. Perfectus predicator, ut exemplum det absentia, crucem portare debet in corpore: et quæ in se trahit damna infirmitatis alienæ, crucem portare debet in corde. *Ibid.*, homil. 32.

448. Quot sunt dona predicationis, tot sunt ornamenta colorum. Homil. 30, super *Evang.*

449. Manifestatur virtus predicationis, ubi surgit seges animarum. Lib. 6, in *Registro*, ind. 15, cap. 172, epist. 8, ad *Stephan. episc.*

450. Nimis iniquum est, si hi qui predicatores humilitatis facti sunt, de vani nominis elatione gloriantur: cum verus predicator dicat: *Milia autem abis gloriari, tui, etc.* *Ibid.*, cap. 169, epist. 5, ad *Cyriacum episc.*

451. Clamare predicatoris est, electorum salutem magna devotione postulare. Lib. 5, in *I Regum*, cap. 2.

452. Predicatores, sancti et sublimes esse debent: non solum opere, sed etiam contemplatione: extrema pars est sublimitas operis, intima vero illa contemplationis. *Ibid.*, cap. 1.

453. Non potest in predicatione venerabiliter recipi, qui prius in se honorem ministerii non profert lucæ bonæ conversationis: apparatus vere doctor, non tam cum verbis loquitur, quam cum

vita et moribus venerabiliter demonstratur. *Ibid.*

454. Qui laudes transitorias de verbis predicationis requirit, deficient, cum non laudantur: quia nullo vigore verba proferunt, quæ non laudari serunt. *Ibid.*

455. Qui charitatem erga alterum non habet, predicationis officium nequaquam suscipere debet. Et hab. apud D. Bonavent., super *Luc.*

NAVRO.

456. In vacuum laborat sermo doctoris exterioris, si interius non sit Spiritus sanctus, qui illustret eorum auditoris. *Serm. in Die Pent.*

457. Sub nomine Christiano quamplurimi sunt falsi doctores: nec doctores, sed seductores: non predicator, sed prædator. *Sermone ser. 3, Pentec.*

S. MEBRO.

458. Docente te in Ecclesia, non clamor populi, sed gemitus suscitatur: lacryme auditorum, laudes tue sint. Epist. 2, ad *Nepotian. D.*

459. Sermo præhyteri Scripturarum lectione conditus sit. *Ibid.*

460. Verba volvere, et celeritate dicendi apud imperitum vulgus admirationem sui facere, indoctorum hominum est. *Prose.*

461. Attrita frons interpretatur sæpe quod nescit, et cum aliis persuaserit, sibi quoque usurpat scientiam.

462. Nihil tam facile, quam vilem plebeculam, et indoctam concionem lingue volubilitate decipere, que quicquid non intelligit, plus miratur. *Ibid.*

463. Predicator continentis nuptias ne conciliet. *Ibid.*

464. Frustra ejus lingua prædicat paupertatem, et docet elemosynas, qui Cæci divitis tumet, vilique operus pallio, pugnat contra lineas vestium sericorum. Epist. 16, ad *Principiam.*

465. Licet hydra sibilat, victorque Sinon incendia jacet, nunquam moum, juvante Christo, silebit eloquium, etiam præcis lingua balbutiet. In *Præfat.*, super *Estrom.*

466. Difficile dignus Præco Christi inveniri potest, qui in annunciando verbo Dei, non suam, sed ejus querat gloriam, quem prædicat. Epist. 23, ad *Hedibiam*, quest. 11.

467. Omnis Doctor, qui auctoritatem Scripturarum, per quam potest audientes corrigere, velit ad gratiam: et ita loquitur ut non corrigat, sed delectet audientes, vitium sanctarum Scripturarum violat, atque corrumpit sensu suo. Lib. 1, super *Isaiam*, cap. 1, super illud: *Caupones tui miserunt vino saporem.*

468. Ille est doctor ecclesiasticus, qui lacrymas non risum movet, qui corrigit peccatores, qui nihil beatum, nullum dicit esse felicem ante

mortem. *Ibid.*, lib. 2, cap. 3, super illud: *Quæ beatum te dicunt.*

469. Qui speculator futurus est, et Dei verba populo narraturus, multo tempore debet quiescere, et dolere ad ea quæ videat, nihilque habere eorum in conscientia, que in illis correpturis est. Lib. 4, super *Ezech.*, cap. 3, super illud: *Cum autem pertransierint, etc.*

470. Magnam discrimen est Dei facere sermones, ob triplicem causam: vel propter timorem, vel propter pigritiam, vel propter adulationem. *Ibid.*, super illud: *Si dicente me ad impiam,* etc.

471. Confusio et ignominia est, Jesum crucifixum, Magistrum pauperem atque esurientem falsis predicare corporibus: jejuniarumque doctrinam rubentes buccas, tumeliatæ ora proferre. Lib. 4, super *Micheam*, cap. 2, super illud: *Duces populi mei, etc.*

472. Dicuntur verba sapientum pungere, non palpare: sed errantibus penitentia dolere et vulnus inficere: si ejus sermo non pungit, sed oblectationem facit audientibus, iste non est sermo sapientis. Super *Ecclesiasten*, cap. 12, super illud: *Verba sapientum ut stimuli, etc.*

473. Curæ quod loquitur, debemus affirmare de Scripturis sanctis: non habet tantam auctoritatem sermo dicentis, quantum Domini præceptum. Super *Pa. cum*, vers. 1: *Dominiis regnavit, etc.*

474. Bonus sermo est, qui docet virtutes sequendas, vitia fugienda: malus, qui ad peccata provocat, et pronos magis incitat ad ruinam. Lib. 2, super *Epist.* ad *Ephes.*, cap. 4.

475. Frustra laborat lingua Predicatoris, nisi interius operetur gratia Illustratio. In *Annot.*, super *I ad Cor.*, in illud: *Neque qui plantat, etc.*

476. Predicator debet esse sanctus, doctus, discretus, maturus, facundus, honeste conversationis, constans, inlegræ fame, humilis, affabilis, missus. Lib. 4 de *Proprietate rerum*, cap. 14.

477. Predicator debet accipere, ut prædicet: non autem predicare, ut accipiat. *De quest.* circa *Epist. I ad Tim.*, quest. 28.

478. Tris solent in predicatione requiri, sanctitas conversationis, perfectio scientiæ, eloquentia ad gratiam. Ut sermo sit sanctus, sit prudens, sit illustris. Lib. 4, *Miscell.*, codic. 2, tit. 64.

479. Bona Domini sunt, paupertas, angustia, fames, vilitas, humilitas, morum honestas, animarum zelus, doctrinæ subtilitas: que quasi divitias pauperibus erogandas debet portare secum predicator: ut tanto citius ad sequendum Deum persuadent, quanto auditoribus in seipso monstrat quod prædicat. Super *Gen.*, cap. 24.

480. Prius debet orare Predicator, ut sermo Dei currat, et fructificet in auditoribus. *Ibid.*, cap. 24.

MURO A S. VICTORIS.

MURORAN.

481. Quatuor necessaria sunt predicatori: Operis exemplum, doctrinæ verbum, castitatis liliolum, fides perfecta. *Ibid.*, cap. 24.
482. Tria sunt genera predicatorum: Primi male vivunt, sed male docent; secundi bene docent, et male vivunt; tertii bene vivunt, et bene docent. *Ibid.*, cap. 37.
483. Quinque sunt predicatori necessaria: Iustitudo dilectionis, strenuitas predicationis, auctoritas missionis, puritas intentionis, honestas sermonis. *Ibid.*, cap. 49.
484. Prædicatio debet esse interpolata, non assidua, ne vilescat; si enim prædicatio rara est, non sufficit: si assidua, vilescit. Super *Joan.*, cap. 6.
485. Prædicatio sit sapiens, sit eloquens, sit humilis, sit patiens, aliter non prædicat. *Ibid.*
486. Nisi prædicator cultum fuerit, stultitiam virtutibus, altus vita, clarus scientiâ, concors humilitate, mercedis sua plus nocet, quam juvat. *Ibid.*, cap. 40.
487. Prædicator eo ipso quod bona aliis prædicat, ad ea faciendum se obligat: et ne in aliqua parte ad malum deficiat, hinc inde propria voce undique obsidet. Super *Job.*, cap. 39.
488. Prædicatio debet esse dies et nox. Dies, subtilis sapientibus: nox, simplicibus grossa prædicando. Super *Psalm.* xviii.
489. Quatuor sunt necessaria predicatori: testimonium conscientie, exemplum operis, verbum amarum, scientia. Super *Psalm.* xxxiii.
490. Si prædicator sit ministrus in effectu, debet nihilominus esse humilis in affectu: ut non ambiat honorem, nec de exhibito gaudeat. Super *Psalm.* cv.
491. Prædicatores boni habitant mente et desiderio in celo, non in terra: idea descendunt, quando terrenis descendunt. Super *Psalm.* cvii.
492. Sicut scholæ sine doctore deficiunt a profectu, sic populus sine predicatoris cædii a statu proficiendi. Super *Psalm.*, cap. 11.
493. Sicut liliæ velicolum sunt corporis, ita verbum doctrinæ velicolum est cordis. *Ibid.*, cap. 26.
494. Boni predicatoris contentiâ molliores et veriores et utiliores auditoribus sibi stando impendunt: ut postea docendo vel prædicando refundant. Super *Ecclésiastic.*, cap. 11.
495. Non magis querat ornatum verborum, quam fructum auditorum. Super *Ecclésiastic.*, cap. 4.
496. Verus prædicator verbum quod prædicat, rationibus et auctoritatibus et operibus adificat. *Ibid.*, cap. 19.
497. Tota vita et opera predicatoris debet sapientia, sive doctrinæ circumdari: ut quod docet faciat et quod facit doceat. *Ibid.*, cap. 21.
498. Prædicator, qui subtilitatibus vacat, et sibi, et aliis, qui eum audiunt, lumen veritatis auferit. *Prose.*
499. Furatur, subtilitates fingendo: maculat seipsum, studendo, perdit auditores, decipiendos. *Ibid.*, cap. 21.
500. Non mimice, aut rhythmicè prædicandum est, sed eum flatu et gemitu. *Ibid.*, cap. 23.
501. Tempus prædicandi est, cum quis bene didicerit, et bene vixerit, alioquin tempus est tacendi. *Ibid.*, cap. 26.
502. Nullus est idoneus, ut mittatur ad prædicandi officium, nisi prius defectus suos cognoverit et dederit, ut humilitatem in se extoliat, et alia melius compati sciat. Super *Isai.*, cap. 7.
503. Hæc hodie multi more columbas pascensibus pullos suos, grana integra portant in guttore, et nihil in ventrem anime traferunt. *Ibid.*, cap. 24.
504. Isti debent esse sermones predicatoris, qui scilicet Deus mandat, non otiosa, non turpia, non iniqua. *Ibid.*, cap. 24.
505. Prædicatio debet provocare amorem, incutere timorem, et inferre pudorem. *Ibid.*, cap. 64.
506. Multi predicatorum tantum ignem et malleum habent in ore, sicut joculatores qui ignem habent in ore, statim emittunt alios comburendo, et ipsi frigidi manent. Super *Hierem.*, cap. xxxiii.
507. Tria requiruntur in predicatoris: ætatis maturitas, compassionis pietas, meditationis assiduitas. Super *Esai.*, cap. 4.
508. Prædicator primo in se debet habere quod post modum possit aliis prædicando ministrare. *Ibid.*, cap. 4.
509. Ipsa prædicatio predicator ad majora proficit, cum sensus audientium ad Dei desiderium prevaliat. Super *Matth.*, cap. v.

14. Proh pudor! magis vereris vultum hominum, quam conspectum angelorum. *Part. 1, de Benjamin minore, cap. 47.*

SENTENTIA PAGANORUM.

15. Est ipse amicum presentium, tum in secunda, tum in adversa fortuna, suavis et jucunda. *Lib. 9 Aforal., cap. 11.*

16. Sic fac omnia, tanquam spectet aliquis. *Proverbia.*

17. Prodest sine dubio custodem presentem sibi imposuisse, et habere quem respicias, quem interesse tuis actionibus iudices.

18. Hoc quidem magnificentissimum est, sic vivere tanquam sub alienis semper presentis oculis. *Epist. 25.*

19. Amicorum presentia nos delicatos facit. *Epist. 55.*

PRÆSENTIA DEI.

SENTENTIA PATRUM.

1. Deus extra, Deus intus, Deus ubique est. *Lib. 3 de Virginitas.*

2. Deus est complens omnia, nusquam ipse confusus; penetrans omnia, nusquam ipse penetrandus. *Proverbia.*

3. Ubique totus est, eodemque tempore, vel in caelo, vel in terra, vel in novissimo maris præsens. *Lib. 4 de Fide ad Gratianum, cap. 7.*

4. Ubi est Christus, ubi omnia, ubi doctrina ejus, ubi peccatorum remissio, ubi gratia, ubi separatio mortuorum eo viventium. *Lib. 4, epist. 5, ad Felicem Conensem episcopum.*

5. Cum Deus hic est, etiam alibi est, non mutato loco, sed repleto ubique sui presentia. *Proverbia.*

6. Ubique enim est, qui est, per omnia, et in omnibus, nullum locum immensum sui relin-

quens: et ubi adest, erat: et ubi erant, adest. *Lib. 1 de Cain et Abel, cap. 8.*

7. Nullus absens est Deus, nisi qui se absentem fecerit. *Super Psalm. 36.*

8. Hominem vereris presentem, Dei Patris et Filii non vereris presentiam? *Super Psalm. cxxvii, serm. 1, vers. 2.*

9. Licet ubique sis semper, et stans in medio nostrum, non carnaris a nobis, erit tamen tempus, quo universa caro te aspiciet presentem. *Lib. 7 super Luc., cap. x, in illud: Revertens redam tibi.*

10. Deus ubique semper præsens est: sed quia est presentior diligentibus, negligentiùs abest. *Ibid.*, lib. 9, cap. 29.

11. Quam remota es a conspectu meo, o beata deitas, qui se præsens sum conspectui tuo! ubique es tota præsens, et non te video. *Proverbia.*

12. In te moveor, et in te sum, et ad te non possum accedere: intra me, et circa me es, et non te sentio. *In Prologo, cap. 16.*

13. Verbi divinitas universa implens, nullis locorum terminis separatur: sicut nihil est unde discedat, ita nihil est quo veniat. *Disputat. contra Arrian.*

14. Deum tanto habebimus presentiorum, quanto eundem amorem, quo in eum tardius, poterimus habere puriorum. *Epist. 62 ad Macceion.*

15. Ad eum, qui ubique præsens est, et ubique totus, non pedibus ire licet, sed moribus: non ambulandum, sed amandum. *Epist. 52 ad Macceion.*

16. Sicut nullum potest esse momentum, quo homo non fruatur Dei bonitate et misericordia; ita nullum sit momentum, quo presentem non habeat eum in memoria. *De Spiritu et anima, cap. 35.*

17. Homo Deo sibi presente illuminatur, absente autem continuo tenebatur: a quo non locorum intervallis, sed voluntatis aversione discedit. *Lib. 8 de Genesi ad litt., cap. 12.*

18. Deus, qui nusquam deest, frustra pollatis animis præsens est, quum videm mentis cæcitas non potest. *De xxxiii Quest., quest. 12.*

19. Nihil Deo presentius, et nihil eo secretius. *De Spiritu et anima, cap. 57.*

20. Deus ubique est, et longe est a malis: ubique est, inquam, et longe est a malis, qui ubique sunt. Quomodo longe est quod ubique est? longe est a malis, quia jacet in dissimilitudine sua, exterminans in se similitudinem Dei. *Super Psalm. cxxvii, vers. 7.*

21. Ubique est, qui nullo clauditur loco: noli ab illo averti, et tecum est. *Tract. 36 super Evangel. Joan., cap. viii.*

S. BARTHELEMY.
S. GREGORIUS MAG.
S. GREGORIUS MAG.
S. HIERONIMUS.

REGO CAUD.
S. JOHANNES CHRYSOST.

S. JOHANNES DAMASC.
JOAN. BAR.
ORIGEN.
S. PAVLUS CORYTHOL.
S. PAVLUS DARIANUS.
WICEL. A. S. VIT.
WICEL. A. S. VIT.
TRESAC.
S. BASILIUS MEGALENS.
S. AMBROS.
S. AUGUST.
S. BOVAV. & S. BERNARD.
S. GREGORIUS MAGNUS.
S. HILAR.
S. JOHANNES CHRYSOST.

S. ANSELMUS.
S. CATWALANUS MAGNUS.
S. AUGUSTUS.

22. Ubique est Deus, et ubique totus, qui sentiri potest, videri non potest; qui nusquam deest, et tamen ab iniquorum cogitationibus longe est, qui nec ibi deest, ubi longe est: quia ubi non est per gratiam, adest per vindictam. In *Medit.*, cap. 29.

23. Non finis est laborare fugiendo, a Deo eligi fugere, non ad illum, si non potes ab illo fugere, quia ubique præsens est, de proximo fuge ad Deum: quia præsens est tibi stas, fuge. *Prose.*

24. Si fugiendo excessisti colos, ibi est: descendisti ad inferos, quasumvis terrarum solitudines elegeris, ibi est. Quo fugere possis ab illo, non est; non laborare, fuge ad presentem, ne sentias venientem. *Serm. 10 de Verbis Domini.*

25. Quis locus te excipit fugientem, ubi Dei presentia te non inveniat? *Homil. 60, ex lra Hamil.*

26. Deus est ubique per civitatis presentiam, sed non ubique per inhabitantis gratiam. *Epist. 57.*

27. Novit Deus ubique totus esse, et nullo contineri loco. *Epist. 3.*

28. Deus qui ubique præsens est, et ubique totus, non in omnibus habitat, sed in eis tantum quos efficit tempore summ. *Epist. 57.*

29. Homo Dei presentia justificatur, et illuminatur, et beatificatur, dum obediens subjectoque dominatur. *Lib. 8 de Genesi ad litt., cap. 12.*

30. Dei sapientia cum tota ubique præsens sit, nullo pacto migrare de loco in locum potest. *Contra Adimant., cap. 43.*

31. Dominus Iesus Christus ubique præsens est, quia ubique est veritas, ubique est sapientia. *Tract. 85 super Joan.*

32. Præsto est ipse Dominus, qui ubique est, ut audias interrogandi affectum, et intelligendi præstet effectum. *Ibid., tract. 28.*

33. Idem Deus ubique totus implens cælum et terram presente potentia, non absente natura. *Lib. 7 de Civit. Dei, cap. 30.*

34. Ideo Deus ubique esse dicitur, quia nulli parti rerum absens est. *Epist. 57.*

35. Nusquam absens est, qui cælum et terram implet. *Epist. 112, cap. 12.*

36. Deus non est absens etiam mentibus impiorum, quamvis eum non videant. *Epist. 120, cap. 3.*

37. Deus cum ubique sit præsens, multis modis per creaturam sibi Dominio servientem, æverum vocat, docet evadentem, consolat sperantem, diligentem exhortatur, consolatur adjuvat, exaudit deprecantem. *Lib. 3 de Lib. arb., cap. 19.*

38. Deus meus ubique præsens est, ubique

totus, nusquam inclusus; qui possit adesse secretis, obesso non motus. *Lib. 1 de Civit. Dei, cap. 29.*

39. Deus ubique totus, nullis inclusus locis, nullis vinculis obligatus, in nullas partes scissus, ex nulla parte mutabilis, implens cælum et terram. *Ibid., lib. 7, cap. 30.*

40. Non loco movetur Deus, qui semper ubique est: sed descendere dicitur, cum aliquid facit in terra, quod præter usitatum naturæ cursum mirabiliter factum, presentiam quodammodo ejus ostendat. *Ibid., lib. 16, cap. 5.*

41. Deus totus in solo est, totus in terra; non alteris temporibus, sed utrumque simul, quod nulla natura corporalis potest. *Ibid., lib. 22, cap. 22.*

42. Non ad eum, qui ubique præsens est, locus movetur; sed homo studio, bonisque moribus. *Lib. 1 de Doctr. christ., cap. 10.*

43. Non sic Deus dicitur implere mundum, velut aqua, aer, lux; ut minore sui parte, minorem mundi implet partem, et majore majorem. Novit ubique totus esse, et nullo contineri loco: novit venire non resoldendo ubi erat, novit abire non deserendo quo venerat. *Epist. 3.*

44. Deus, tunc ubique totus est: si non ab illo facies casum, nunquam a te ipso facit occasum. *Tract. 24, super Joan.*

45. In te unum quietus, ubique circumsum totus; ubique prorsus totus: non enim scindi vel dividi poteris, quia vere unus es, nec in partes offeris, quia totus totum tenes, totum implet et possides. *Lib. Medit., cap. 21.*

46. Deus quidem omnibus adest in locis, neque tamen Deum locus ullus videt circumscribere. *Orat. 29.*

47. Totus ubique manens, tota est virtute colendus. In suis *Proverbiis*, verbo *Totus*.

48. Qui totus est ubique, locus esse nequit, tibi deest, nisi quo tenebris malitie et insipientie fugatur. *De Substantia.*

49. Ubique regna Deus, ubique imperat, ubique majestas ejus. *Serm. 5 de Verbis Isaie.*

50. Ubi est Deus? quid dixi miser? sed ubi non est? Altior est cælo, interior profundior, latior terra, mari diffusior. Nusquam est, et ubique est: quia nec abest ulli, nec ullo capitur loco. *Serm. de Trinitate coherentia vinculorum.*

51. Nullum omnino presentie Dei certum testimonium est, quam desiderium gratia ampliora. *Serm. 2 de Andrea.*

52. Præsens Deo est, qui Deum amat, in quantum amat: in quo enim minus amat, absens profecto est. *De Precepto et dispens.*

53. In omnibus quoque agis, Deum presentem

cognoscere, quia ubique præsens comit quidquid facis. *Lib. Medit., cap. 6.*

54. Magna custodia tibi necessaria est, quoniam ante oculos judicis vivis cuncta cernentis. *Ibid.*

55. Si Deus tecum non est per gratiam, adest per vindictam: sed vix tibi, si ita tecum est; immo vix tibi, si ita tecum non adest. *Ibid.*

56. Deus ubique totus est; ubicunque fueris sine ipso, male eris, et male tibi erit, et ubicunque fueris cum ipso, bene eris, et bene tibi erit. *Serm. de Misericordia humana.*

57. Magna vobis est si dissimulare non vultis, necessitas indicta probitatis, cum ante oculos agitis judicis cuncta cernentis. *Lib. 5 de Consolat. philos., prosa 6.*

58. Deus ubique est, non quod in omni sit loco; omnino enim in loco esse non potest; sed quod si omnis locus adit ad eum capiendum, cum ipse non suscipiatur in loco. Atque ideo nusquam esse in loco dicitur, quoniam ubique est, sed non in loco. *De Trinitate.*

59. Deus dicitur prope tribus de causis: per inspirationem, per infusionem, per auxilium. *Expos. 1 super Psalm. cxviii, in illud: Prope est tu, Domine.*

60. Plus confundi et plus timere debet homo solam Deum videntem; quam totum mundum pressata sua videntem: ubi cum ille non videt quod agis, qui ubique est? *Serm. 4 Deo. 11, post Psal.*

61. Deus est sphaera, cujus centrum est ubique, et circumferentia nusquam. In *liberor. mentis in Deum, cap. 6.*

62. Deus ubique præsens est, sed latens: ubique totus, sed immensus. In *Appendice de Essentia Dei.*

63. Deus est in mundo non inclusus, extra mundum non exclusus, supra mundum non elatus, infra mundum non depressus. *Lib. 4 Compend. theol. cert., cap. 17.*

64. Sicut Deus ubique est, et tamen nullo loco circumscribitur, sic æternus est. *Ibid., cap. 18.*

65. Nihil Deo presentius, et nihil incomprehensibilius; quid nempè quilibet rei presentius, quam esse sum? *Ibid., cap. 16.*

66. O quam profunda cœcitas, Deum ante oculos non habere! *Super Psalm. ix, vers. 25: Non est Deus in conspectu ejus.*

67. Presentiam Dei solus querit humilis ac devotus. *Super Psalm. cv, vers. 4.*

68. Qui presentiam Dei cupit, a prava se actione suspendit. *Ibid.*

69. Balthus vagantia desiderat, nudata perquiri: sed ubi Deum presentem reperit, sub magna confusione discedit. *Super Psalm. lxxi, in Proemio.*

70. Manifestum est, a nulla creatura divinam falli posse presentiam. *Prose.*

71. Nam cum ubique totus plenissime sit, quis eum putat declinari, quo possit abecondi?

72. Illic enim aliquis potest esse solutus, ubi præsens non fuerit ille qui fugitur. *Super Psalm. cxxxviii, vers. 6: Quo ibo a spiritu tuo?*

73. Præsentiæ Dei semper et ubique est. *Super Psalm. cxlii, vers. 20.*

74. Hæc solum ratione fit, ut quis nunquam labatur, sub Dei subitipis semper adesse existimat. *Lib. 3 Pedagogy, cap. 5.*

75. Non est loco circumscriptus Deus, sed in omnibus locis existens, a nullo tamen comprehensus. *Cateches. 6.*

76. Da operam ut crebrim Deum in mente hæs has quam spiritum dicas. *De Octo vitios. cogit.*

77. Si illud semper memineris, rerum sollicit omnium, quas vel animo, vel corpore gedis, inspectorem Deum esse, in nulla omnino actione peccabis. *Ibid.*

78. Quod agere sub præpositorum presentia venerim, sub Dei oculis committere non timeamus. *Homil. 5 ad Monachos.*

79. Ubique totus est Deus per existentiam, sed non æqualiter in singulis per efficientiam. *Serm. 3, super Cant. apud B. Bern.*

80. Deo oculum nihil fugit, licet ad tempus sustinet impius, in quo clinet illius tolerantia, et judiciorum magnitudo. *Super Job, cap. 35.*

81. Qui ubique est, diligentiùs presentior est, negligentius abest. *Super Luc., cap. 20.*

82. Qui Deum quasi semper presentem pertimescit, omnino fraudare intendit. *Super Ecclesiastic., cap. 29.*

83. Cum ubique Deus sit, tamen in illis proprie habitare se dicit, qui ejus gratia perfruuntur. *Super illud II Cor. 6: Vos estis templum Dei vivi.*

84. Deus manet ipse intra omnia, ipse extra omnia, ipse supra omnia, ipse infra omnia: superior per potentiam, inferior per sustentationem, exterior per magnitudinem, interior per subtilitatem: sursum regens, deorsum continens, extra circumdatus, interior percontans. *Lib. 2 Moral., cap. 8, num. 22.*

85. Creator omnium Deus ubique est, et ubique totus est: in parte non est, quia ubique est et tunc minus invenitur, quando is qui totus ubique est, in parte queritur. *Ibid., lib. 16, cap. 15.*

86. Deus nusquam deest, et tamen ab iniquorum cogitationibus longe est: nec tamen ibi adest, ubi longe est; quia ubi non est per gratiam, adest per vindictam. *Homil. 8, super Eszech.*

87. Deus ubique præsens est, et inveniri vix

GREGORIUS
ALBERTI

S. CYRILLUS
HIEROSOL.

EVAGRIUS.

S. PIERREUS
DEMISS.


GILBERTUS
ANGELUS.

GREGORIUS
ORD.

S. PIERREUS
DEMISS.

S. GREGORIUS
MAGNUS.

S. GREGORIUS
MAGNUS.




S. BARTHOLOMÆUS
SILBERG.

V. ERBA.

S. BERNARDUS

CASSIOPUS.



potest, quod statim sequimur, et apprehendere non valemus. *Ibid.*

88. Ubi Dei ingreditur memoria, ibi est lux veritatis immensa. Super septem *Psalm.* ponit. Super *Psalm.* 1, vers. 5.

89. Deus electos suos per spiritalem presentiam nunquam deserit, et cum stantibus permanet, et cum decubantibus recedit. Lib. 1 in *I Reg.*, cap. 4.

S. GREGOR. NAZ.

90. Crebris Dei recordari, quam spiritum ducere oportet. Hab. apud *D. Joann. Damasc.* lib. 3, *Parall.*, cap. 18.

S. HIERON.

91. Semper cogitationi tua, Dei presentia occurrit. *Epist.* 14, ad *Celsianum*.

92. Ad omnia quae tibi agenda sunt, regulariter age, quia Deus tecum est. In *Quint.*, super *lib. Reg.*

93. Certe quando peccamus, si cogitaremus Deum videre et esse presentem, nunquam quod ei displicet faceremus. Lib. 3, super *Esach.* cap. 3, super illud: *Certe vides.*

94. Memoria Dei excludit omnia flagitia. *Ibid.*, cap. 22, super illud: *Mei oblitia es.*

95. Presentia Salvatoris, tormenta sunt demonum. Lib. 1, super *Matth.*, cap. 8, can. 5, num. 68, super illud: *Quis nobis.*

S. HILAR.

96. Nullus sine Deo, neque ullus non in Deo locus est: in coelis est, in inferno est, ultra maria est, inest interior, excedit exterior: ita cum habet atque habetur, neque in aliquo ipso, neque non in omnibus est. Lib. 4 de *Trinit.*, verbo *Cumcunctis.*

97. Mirabile est, Deum ubique esse, et nusquam abesse, in omnibus esse, et totum esse, et extra locos ac tempora pro infinitate atque aeternitate sua semper esse, hoc mirificum est. Super *Psalm.* cxxxviii.

98. Deus immense virtutis vivens potestas, quae nusquam non desit, nec desit usquam, se omnem per sua edocet, et sua non aliud quam se esse significat: ut ubi sua inaint, ipse esse intelligatur. Lib. 8 de *Trinit.*

S. INNOC. II.

99. Licet omnis qui male agit, odit lucem, et quaerit tenebras: Dei tamen oculos cuncta conspicientes lateri non potest. Habet. in *Decret. Gratiani*, part. 2, c. 48, quaest. 2, can. *Pernicosum*.

S. JOHANNES CHRYSOST.

100. Ubi Christus est, ibi angeli sunt, ubi celum, ibi lux haec solari luce fulgentior. *Homil.* 49, super *Matth. Oper. perf.*

101. Nullus est locus ubi Deus non sit: et ubi vult: aspicere, ibi fit praesens: ubi autem non vult, absens videtur. *Homil.* 41, super *Matth. Oper. imperf.*

102. Is presentem Dominum non habet, qui Dominum abesse compellit. *Prose.*

103. Nemo absentium Christi sustinet, nisi qui praesentium non requirit. *Serm.* 8, de *Resur.*

104. Nusquam est Deus, et tamen ubique est, neque in loco est, neque ullus est locus in quo non sit. *Homil.* 5, super *Epist.* ad *Colos.*

105. Est Deus ubique non solum praesens, sed vere intus ac praesentissimus, quem nullum latet secretum, cui nihil manet absconditum, sed totum ei patet manifestum. Lib. 2 ad *Monachos*, *serm.* 5.

106. Deus sphaera est, cujus centrum ubique est, et circumferentia nusquam. *Prose.*

107. Intra omnia est, nec includitur: extra omnia est, et non excluditur: supra omnia est, nec opprimitur: supra omnia est, et non portatur.

108. Ipse omnia includit, qui ubique totus cum sit, nullo in loco concluditur: magnus et immensus, nulla quantitate terminatur. *Part.* 1 de *Regione claustral.*, tract. 2, reg. 2, art. 7, radice 1.

109. Frustra fugere a conspectu Judicis nullum, cujus praesentia omnia implentur. *De Vanit.* et *mis.* *hum. vite*, cap. 1.

110. Deus est intra omnia, sed non inclusus: extra omnia, sed non exclusus. Lib. 1 de *Sun. bono*, cap. 2, sent. 3.

111. Deus ubique praesens est, Spiritus ejus totum implet, majestas ejus omnia penetrat. *Prose.*

112. Cuncta suae potentiae attingit presentia, extra eam locus nullus est.

113. Cognitioni ejus nihil occultum est, omnia secreta vis virtutis ejus irumpit.

114. Nulla sibi latere patitur, nullis obicibus, ut non penetret, impeditur: ipse cogitationes nostras, ipse cor inspicit. Lib. 2 de *Synonym.*, cap. 14.

115. Multum refronat homines conscientia, si credamus nos in conspectu Dei vivere. *De Ira Dei*, cap. 8.

116. Deus ubique te intrat, atque etiam abditissima intentionum affectionumque tuarum perfecte cognoscit. *Prose.*

117. Adeo tibi praesens est, adeo intra te est, ut nec unum quidem sine eo movens gressum.

118. Hoc proprus persuasum habet, hoc crede, et presentium ejus ama ac reverere, erubescens aliquid admittere, quod oculis tam excois, tamen illi spectatori displiceat. In *Canon. vitae spirit.*, cap. 32.

119. Felix illa anima, quae Deum sincere diligens, in hoc exilio presentiam ejus libero, claro, sereno, et simplici mentis intuitu, gratia ejus adjuvante, contemplari novit. In *Spectulo spirit.*, cap. 40.

120. Deus ubique non tantum nobis proximus, sed infusus est. In suo *Oclavo*.

121. Deum ipsum semper presentem adesse existima in omnibus quae agis. *Parentes*. 26.

JOAN. TRIST.

S. ISA. JUDAE.

LACT. VIEN.

LUDOV. EL.

S. THOMAS AQUINAS.

S. THOMAS AQUINAS.

THOMAS AQUINAS.

THOMAS AQUINAS.

THOMAS AQUINAS.

THOMAS AQUINAS.

THOMAS AQUINAS.

THOMAS AQUINAS.

122. Deus ubique praesens est: quia non est locus, neque in loco, neque in terra, neque in excelsis, neque apud inferos, ubi non sit praesens. Lib. 1 in *Job*, super illud: *Ut starent ante Deum*.

123. Deus implet omnia, penetrat omnia, relinquens seipso vacuum; et quem locum occupabit, in quo non sit Deus? Lib. 2 *Legis allegor.*

124. Audi sententiam verissimam ab eo, cui cuncta sunt cognita, Deum esse nusquam: nam ipse non continetur, sed universa continet; quid autem in loco est, id contineri, non contineri necessario sequitur. *Ibid.*

125. Deus implet omnia, non contentus, sed continens, qui solus ubique simul, et nusquam est. *De Confus. linguar.*

126. Id invisibilis incomprehensibileque nomen, cum sit ubique, nusquam tamen vere cercitur, aut percipitur. *Ibid.*

127. Quid mirum, si nulla creatura latere potest Deum, qui universa replet sua presentia? Lib. *De eo quod deservit potiri*.

128. Impossibile est desse commodum aliquid, ubi Deus praesidet. *De Agricultura*.

129. Presentia Dei semper querenda est, et perseveranti studio apendum, ut qui praesens se latuit, non recedat. Super *Psalm.* civ, vers. 4.

130. Deus ubique est, et omnia implet: quia cingendo implet omnia, impleudo cingit, gubernando praesidet, presidendo gubernat. Super *Epist.* ad *Hebr.*, cap. 1, can. 6.

131. Presentia majestatis Dei praesto est omni creaturae, semper ubique adest, ut nunquam omnino, sicut nusquam abesse possit. *Part.* 1, *serm.* de *Missione Spiritus sancti*.

132. Absque dubio Deus illic est, ubi illa pars fuerit, a qua Dei Spiritus non recedit. Lib. 2 ad *Eccles. cathol.*

133. Ubique Deus adest, et omnibus praesto est. Super *Psalm.* cxxxviii, vers. 7.

134. Ubi est Deus, illic et vita atque amenitas aeterna. Lib. 1 in *Evang.*

135. Deus est in omnibus per potentiam, quia et omnia subiecta sunt; est in omnibus per essentiam, quia omnia immediate creavit; et in cunctis est per presentium, quia omnia cognoscit. *Part.* 1, quaest. 8, art. 3.

136. Attendite, dilecti fratres, presentiam Christi in omni loco, ubi cunctis convenitis, sive ad orandum, sive ad laborandum. *Serm.* 4 ad *Nox.*

137. Tua, Jesu, presentia, gaudium mihi facit: tua absentia luctum saepe parit. *Medit.* 3 de *Nativit.*, cap. 3.

138. Quando Jesus adest, totum bonum est, nec quidquam difficile: quando vero Jesus non adest,

totum durum est. Lib. 2 de *Imit. Chr.*, cap. 8.

139. Ubi mihi bene fuit, Dominus Deus meus, sine te? aut quando male esse potuit praesentia te? *Prose.*

140. Male pauper esse propter te, quam dives sine te: eligo potius tecum in terra peregrinari, quam sine te caelum possidere.

141. Ubi tu, ibi caelum: atque ibi mors et infernus, ubi tu non es. *Ibid.*, lib. 3, cap. 59.

142. Ibi Deus est, ubi integra religionis est animus. *Homil.* 11.

143. Ubique Deus est: pius autem et in spirituali exercitio sudantibus propinquat; non his qui professione sola honestantur, sed his qui illustrantur operibus. Lib. 16, cap. 114.

144. Ubi Deus est, quis insulari valet, aut nocere poterit? *Ibid.*

145. Surgente, vel ambulante, vel sedente, vel aliquid quodlibet faciente, si est Deus praeculis tuis, in nullo poterit te inimicus exterrere. *In Sent.* in *sine posit.*, sent. 25.

146. Deus ubique est, et ubique adest, audit et videt, et efficit. *Serm.* 4, super *Psalm.* cxxxviii.

147. Singulis partibus unum adest et idem, quod a nulla parte abest, sive minor quidem illa sit, sive major, sive quomodocumque se habeat, et ubique simul est totum. *Sargia* 5, in *Dialogo Parmenidi*.

148. Dei divinitati omne praesens est. Lib. 2, quaest. 36.

149. Semper ante oculos Deus est habendus, ut sic tanquam illo spectante vivamus, et omnia tanquam illo vidente facimus. *Prose.*

150. Magna pars peccatorum tollitur, si peccatoris lesis assistat, O felicem illum! qui non aspectu tantum, sed et cogitatione emendat. *Epist.* 11.

151. Sic certe vivendum est, tanquam in conspectu vivamus: sic cogitandum, tanquam aliquis in pectus intimum suspicere possit: quid enim potest ab homine esse secretum? nihil Deo clausum est, interest animis nostris, et cogitationibus nostris interirent. *Epist.* 83.

152. Nequaquam latetis Deum agens impudens, sed nec cogitans quidem. *Sent.* 50.

153. Sapientis mentem Deus inhabitat. *Ibid.*, sent. 137.

154. In actibus tuis ante oculos pone Deum. *Ibid.*, sent. 216.

155. Ipse sic cogita Deum presentem, semper agentem omnia: Deum unicuique volumine sua cuncta constituentem. Lib. de *Potest.* et *sup. Dei*, cui titulus, *Primus*, cap. 4.

156. Nihil est in omni aetate, ubi Deus ipse non sit: hic Deus nomine maior, hic occultus,

S. VALER. EPISCOPIUS. IN VITAE PATE.

S. ZENO EPISCOPIUS ET MARTI.

FRATO.

SENCA.

SIXTUS PELLICANI.

THEOPH.

hic rursus omnium potentissimus, hic manū conspicuus, hic pressus oculis: nihil in corporibus est quod ipse non sit. *Ibid.*, cap. 5.

157. Existencia ipse Deus amplectitur: extra hunc nihil est, extra nihil ipse. *Ibid.*, cap. 9.

158. Non fit aliquid usquam, nec est factum, ubi Deus ipse non adsit. *Ibid.*, cap. 12.

159. Deus supra verticem sinuum cordi consistens, ubique est, omniagne circumspicit, terre et mari dominatur. *De voluntate divina*, cui titulus, *Asseclitur*, cap. 9.

Vide etiam lit. *Compunctio*, sent. 87; *Deserto Dei*, sent. 28; *Fuga*, sent. 21; *Justitiam extremam*, sent. 51; *Justificatio*, sent. 14; *Pecatum*, sent. 390; *Providentia Dei*, sent. 107; *Quærens Deum*, sent. 13; *Trinitas*, sent. 83.

PRÆSUMPTIO.

COLLECTOR. *Etyologia.* Præsumptio dicitur, quasi præ aliis sumpta.

S. ANTON. *Definitio.* Præsumptio est vitium, quo quis aggreditur, vel exequitur ea, que supra facultatem suam sunt, et conditionem. Part. 2, tit. 3, cap. 6.

Præsumptio est vitium, quo quis in actibus exterioribus aliquid inconsectum facit sine rationali causa. Part. 2, tit. 4, cap. 5.

S. DONAT. Præsumptio in hoc consistit præcipue quod homo præsumit gratiam se habere, vel ex se, vel pro meritis suis, vel falso, vel plus aliis. Unde versus:

Ex se, pro meritis, falso, plus omnibus inflat.
In speculo unius, cap. 1.

HUGO CARD. Præsumptio est, que bonum quod habet et se, vel ex meritis suis se credit habere. Super *Prov.*, cap. xxx.

JOAN. GENS. Præsumptio est vitium, quo quis expectat futurum bonum, aut evasionem mali plusquam oportet. Part. 4, in *Discip.* terminor., cap. *Cooperantia*.

S. THOMAS AQUINAS. Præsumptio est quedam nimia et immoderata fiducia, seu spei excessus, non modo circa proprias vires, sed circa divinam potentiam, vel misericordiam. 2, 2, quest. 21, art. 1.

Præsumptio peccatum est, quo aliquis ea agere assumit, que suis vires superant. *Ibid.*, quest. 100.

S. ANTONIN. *Divisio.* Præsumptio triplex est: prima est præsumptio de propria justitia; secunda est præsumptio de sua scientia; tertia est præsumptio de injusta potentia. Part. 2, tit. 3, cap. 6, § 3.

S. DOROTH. *Profectio.* Nihil præsumptione gravior, que victorum omnium et mater est, et genitrix. *Doctrina* 4.

Comparatio. Præsumptio summo incendio comparatur, quod cum exardescit, procul comburit. *Doctrina* 4.

SENTENTIE PATRUM.

1. Aliud est mereri, aliud presumere, præsumptio enim arroganti est proprior, quam roganti. Lib. 2 de *Penit.*, cap. 8.

2. Præsumptuosus est ambitiosus et arrogans. **S. ANTONIN.** Part. 2, tit. 3, cap. 5, § 7.

3. Nulla præsumptio perniciosior, quam de propria justitia et scientia superbare. Part. 2, tit. 3, cap. 6, § 3.

4. Vero homo habet timere, et non presumere, considerata hominum invaliditate, demonum fortitudine, et lapsorum multitudine. *Ibid.*

5. Duo sunt, que in errore hominum difficile tolerantur: præsumptio, priusquam veritas pateat; et cum jam pateat, presumpta defensione fabulatio. Lib. 2 de *Trinitate*.

6. Nullus de se pertinaciter presumat ne peccat. Lib. 1 de *Gratia Dei*, cap. 45.

7. Noli sperare de te, sed de Deo tuo: nam si speras de te, anima tua contrahatur ad te, quia nondum invenit unde sit secunda de te. Super *Psalm.* xij, vers. 8.

8. Quid est circa te, vel in te, unde possis presumere? abjice ab te, et tota præsumptio tua Deus sit. Super *Psalm.* lxxxv, in *expositione*, vers. 1.

9. Nemo desperet, nemo de se presumat: et desperare malum est, et de se presumere. Sic noli desperare, ut eligas de quo debeas presumere. Tract. 49, super *Evang.* Joen., cap. 11.

10. Noli effici justus multum, non est notata justitia sapientis, sed superbia presumentis. *Ibid.*, tract. 95, cap. vi.

11. Nemo se falsa securitate decipiat, ut de suis viribus periculose presumat. *De Honest. mulier.*, cap. 2.

12. O homo ideo non vicisti, quia de te presumpsisti. *De verbis Apostoli*, serm. 4.

13. Qui presumat de viribus suis, antequam pugnet, ipse prosteritur. *Ibid.*

14. Expectas sum quid mali habent superbia præsumptio. Lib. 14 de *Genesi ad Hebr.* cap. 5.

15. Nulli hominum de sua justitia presumentum est. Lib. 5 *contra Cresconium*, cap. 16.

16. Quando perfectionem angeli non habemus, præsumptionem diaboli non habeamus. Lib. 2 de *Baptismo contra Donatist.*, cap. 5.

17. Præsumptio in isto tentationum loco non expedit, ubi tanta est infirmitas, ut supercilium possit generare securitatem. *De Corrupt. et grat.*, cap. 13.

18. Multum valet præjudicium presumptionis

S. DOROTH.

S. ANTON.

S. ANTONIN.

S. AUGUST.

S. ANTON.

S. ANTON.

S. DOROTH.

S. DOROTH.

ad affirmandam impudentissimam falsitatem. Lib. 4 *contra Crescon.*, cap. 28.

19. Nimis dolenda præsumptio, quod ea mala facere presumunt Christiani, que execrantur pagani. In suis *Proc.*, verbo *Nimio*.

20. Abiit typhus presumptionis, ut non desit fructus devotionis. *Honil.* 4, super *Misou*.

21. Via diemona præsumptio et obstinatio: quam horrenda præsumptio! intra quidem præsumptio demum, sed non minus mira obstinatio est: quia converti noluerunt a via presumptionis. Inciderunt in viam obstinationis. *Serm.* 11, super *Qui habitat*.

22. Dissimulatio est proprie infirmitatis, dum sibi parens, sibi blandiens, sibi persuadens homo aliquid se esse, cum nihil sit, jam ipse se seducit. *Ibid.*

23. Falsa præsumptio a via veritatis homines extrudit. *Ibid.*

24. Volo te presumere, et non presumere: presumere ne diffidas, non presumere ne torpescas, non timere ut presumas. *Epis.* 87, ad *Oporem cavonic.* regular.

25. Præsumptuosus primus in conventibus residet, in consiliis primus respondet, non vocatus accedit, non missus se intronitit, recordat occultata, reficit facta, judicat justitantes, præjudicat fulciturus. *De Prolectis gradibus humilitatis*, gradu 7 de *Præsumptione*.

26. Præsumptuosus quidquid ipse non fecerit, ut ordinaverit, nec recte factum, nec pulchre existimat ordinatum. *Ibid.*

27. Si mediocriter præsumptuosus aliquo obedientia injuncta fuerit, indignatur, aspernatur, arbitrans se non esse minoribus occupandum, qui se ad majora sentit idoneum. *Ibid.*

28. Probat scipsum, qui de propria virtute presumat. *In Declam.*

29. Præsumptio arrogantiam oculum cordis claudit, ut omnino non videat: vel distortet ut perverse videat, et aliud pro alio probet. *Serm.* 1 *Dom. infra Oct. Epiph.*

30. Ille qui dum de se plusquam debet presumat, etiam ubi errat, recte se plusquam sentit deceptus putat. *De Ser. alit. Seraph.*, cap. 7.

31. Cavendum est ne dum nimis vitatur præsumptio, inordinationis accedat confusio. *In speculo discipul.*, part. 4, cap. 5.

32. Sane nihil deterius quam de se multum presumere; in hoc enim extremus est interitus. *Doctrina* 4.

33. Nihil adeo ab anima depellit timorem Dei, ut suspensus præsumptio. *Ibid.*

34. Principium omnium malorum est sui præ-

V. DUDA.

S. BERNARD.

S. AUGUST.

S. ANTON.

S. DOROTH.

S. DOROTH.

sumptio: qui non timet, et de se presumat. *Epist. ad Demostan papam, de morte D. Hieronymi*.

35. Nemo se alienus virtutis estimet, etiam si quomodo fortiter potest: quia si divina protectio deserat, ibi repente emervit obicitur, ubi se valenter stare gloriabatur. Lib. 23, *Moral.*, cap. 19.

36. Præsumptio virtutis proprie tanto gravior in desperatione est, quanto longius ab humilitate. *Ibid.*, lib. 22, cap. 5, num. 10.

37. Infirmitas animus non in sui presumptione se elevet, ne unde foras in honore attollitur, inde per insanam gloriam intus cadat. Lib. 19, in *Registron*, *ibid.* 4, cap. 58, *epist.* 58, ad *Augustin. episc.* Anglor.

38. Præsumptio præceptor pessimus est. *Epist.* 8, ad *Demetriad.*

39. Plus labor, sed periculosa præsumptio. Super *Evang.* in *Præfat.*

40. Docere magistros, arguere seniores, imperare majoribus, superbi spiritus est, et de seipso presumentis. Lib. 3, *Miscellan.*, codic. 2, tit. 2.

41. Nulla præsumptio perniciosior, quam de propria justitia aut scientia superbare. Super *Ecclasticis*, cap. vii.

42. Semper presumat sava, perturbata conscientia. Super *Luce.*, cap. xix.

43. O superba præsumptio, et presumptuosus superbia que non tantum angelos lico voluitis adquare, sed etiam homines presumpsisti deificare! Lib. 2 de *Contemptu mundi*, cap. 32.

44. Ubi præsumptionis spiritus imperat; ibi sola peccati arbor fructibus suis exuberat. In *Serm.* de *Pœnit.*

45. Illius est ut infirmum se homo cognoscit et stult., quam ut de se presumentem cadat. *De Signo vite*, tract. 8, de *Spe*, cap. 3.

46. Inconsulta deliberatio, atque elata præsumptio, plurimos prosterit in foream. Tract. de *Compunct. et complacntia*.

47. Superbum est de non peccandi facilitate presumere, cum hoc ipsum presumpsisse peccatum sit. *Serm.* 3 *Quadrages.*

48. Temeritas non intervenit presumptionis, ubi est diligencia pietatis. *Epist.* 92, ad *Rustic. Narbonensem episc.*, cap. 16.

49. Nihil temere agat quisquam, sed cum determinatione: nil presumpcione assumat absque consilio, ut vitium presumptionis videatur improbatum, non officium charitatis. *Hab. in Decretis Gratiani*, part. 2, causa 9, quest. 3, can. *Per.*

50. Nihil in Ecclesia pejus presumptione atrociora, nihil stultius presumptione temeraria, nihil odibilis presumptione noxia. Lib. 8, *epist.* 23, ad *Nicolan monach.*

51. Præsumptio est venenum corrumpens

C. BARIENS.

S. GREGOR.

S. BERNARD.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

BELLARMI.
BACIVIANUS.

ritum operum bonorum. Super *Petita*. 4, vers. 6.
52. Quosdam aut stulta presumpcio de longevitate vite, aut spes quandoque aequalis potentie, consolatur. Lib. 7, de *Gubern. Dei*.

53. Stulta presumpciones, peccationis cause sunt, non salutis. Lib. 2, ad *Hebr.* c. 10.

TERRELL.

54. Presumptio spes, ardore sunt restus. *Ibid.*, lib. 4.

IN VITIS
PATEL.

55. Qui presumit, minus veretur, minus precaveat, plus periclitatur : quia presumpcio impedimentum est timoris. De *Cultu faminar.*, cap. 2.

56. Quicunque super mensuram sunt, demonum sunt. In *Sent. in suo posit.*

Vide etiam tit. *Cetero*, sent. 6; *Jumentis*, sent. 47, 48; *Meritum*, sent. 19, 56; *Perfectio*, sent. 23; *Præsumptio*, sent. 58.

PREVISIO.

RICHARD. A
S. VICTORE.

Definitio. Quid est providentia, nisi exploratio futurorum ? Part. 1, tract. 2 de *Externis malis*, cap. 13.

CICERO.

Providentia est, per quam futura aliquid videtur antequam factum. Lib. de *Invent. rhetor.*

S. AMBROS.

SENTENTIA PATRUM.

1. Fortis est viri non dissimulare cum aliquid imminet, sed prævidere, et tanquam explorare de specula quadam mentis, et obviare cogitatione provida rebus futura. *Prose.*

2. Nisi exploratur adversa, cito occupant et animam mala inexplorata plus frangunt. Lib. 1 *Offic.*, cap. 38.

3. Tolerabiliora sunt doloris præmeditata, quam inexplorata vulnera. De *obitu Satyri prætoris sui*.

DE AVORST.

4. Sapientis est non tam confusibet rei principium prospicere, quam finem exitumque prævidere. *Prose.*

5. Felix comprobatur esse, qui sic cogitat de supplicio ante supplicium, ut postea supplicii effugiat periculum. De *Speculo peccatoris*, cap. 4.

6. Bonus non tantum qualis quisque sit videt, verum etiam qualis futurus sit prævidet. Epist. 64.

7. Prævidet Deus bonos futuros, et creat : prævidet malos futuros, et creat : seipsum ad fruendum præbens bonis multa numerum suorum largiens et malis. Lib. 11 de *Generi ad fili.*, cap. 11.

8. Quia prævidet medicus quod non prævidet lupus artis ignarus, non illos jam divinus habendus est. De *Divinatione domini*, cap. 5.

9. Deus etiam futuras prævidet voluntates. De *Juit.*, cap. 9.

10. Causa que non prævidetur, non permittit quemquam ad meliora proficere. In suis *Prose.* verbo, *Causa*.

11. Diligenter omne quod faciendum erit, tracta apud te, et cum his qui te diligunt : tracta autem ante factum, quis post factum sera retractatio est. Lib. 4 de *Consid. ad Eugen. Papam*.

12. Non precipitanter agere ; diu considera, diligenter intuire : experire quod possis, amicos consule, ne post factum poenitere contingat. In *Declamat.*

13. Nullus sit casus, quem non meditatio tua præveniat : nullus sit casus, qui te imparatum inveniat. De *Inter. domo*, cap. 45.

14. Prævidere jacturam periculi, sapientis hominis est. *Prose.*

15. Omnia enim meditata leviori adventu accidunt, et expectata mala tolerabiliter feruntur.

16. Advenientes impetus præmeditatio frangit, præcogitatio attenuat, prævisio lenit. *Serm.* 55 ad *Sorores*.

17. Gravia sunt mala improvise, acerbata sunt, et graviter ferunt. *Prose.*

18. Repentinum malum cito frangit ; quod prævisum non est. *Ibid.*

19. Qui vult opus altum incipere, debet prævidere, si velit perseverare. Super *Luc.*, cap. 11, in illud : *Sciens computat.*

20. Debemus tanto sollicitius diem judicii formidare, quanto eam non possumus prævidere. Super *Luc.*, cap. 14.

21. Familiare est prudenti consideratione omnia prævenire : confert enim ad singula fuisse præmunitum. In *Speculo dicitur*, part. 4, cap. 5.

22. Discretionis est, agenda queque prævia deliberatione metiri, et non agenda cavere. *Prose.*

23. Quide futuro nihil præmeditatur, omnia incautus incidit. *Ibid.*, cap. 28.

24. Præoccupandus est aditus emellis insidiis, no hostilitas prior obrepens occurrat improvvisis. *Prose.*

25. Salutare remedium est in insidiis prævenire potius, quam preveniri. Anticipare potius, quam anticipari, vitibus fortibus congruit. De *Singularitate clericorum*, cap. 23.

26. Stratum se præbet milis in bello, si ante pugna labores belli stitida prævisione medietur. *Homil.* 15 de *Festis paschal.*

27. Sultus est omnis, qui terrenis actibus delectus futuram non prævidet. Super *Proverb.*, cap. 15.

28. Is qui cuncta priusquam veniant conspiciat, nequaquam postquam aliquid fecerit, poenitendo respiciat. Lib. 9 *Moral.*, cap. 6.

V. BEDA.

29. Solerter animus inter actionis sue primordia, cuncta debet adversa præmeditari. *Ibid.*, lib. 5, cap. 31, num. 30.

S. BERNARD.

30. Qui nonnulla providens agere nititur, sepe dum cautus futuro subtiliter prævidet : incautus dum presentia presentibus nequaquam videt : sepe dum presentibus invigilat, ad instantia providenda dormitat. *Ibid.*, lib. 2, cap. 25.

31. Fit plerumque, ut nulla eveniant, quam prævidetur. *Ibid.*, num. 55.

32. Tanto longius mens a necessariis cessat, quanto inania latius cogitat. *Ibid.*

33. Qui veraciter intus dolet, que agenda totis, queve non agenda sit, fortiter prævidet. *Ibid.*, lib. 3, cap. 19.

34. Prævidere dicitur, qui utamquamque rem, antequam veniat, videt : et id quod futurum est, priusquam presens fiat, prævidet. *Ibid.*, lib. 29, cap. 23.

35. Dum menti nonnunquam ignavis surrepit, prudentia frigescit : cum enim fessa torquet, ventura non prævidet. *Ibid.*, lib. 2, cap. 27, num. 36.

36. Ille laudabiliter epacula emittit, qui prius hostem, quam feriat, conspiciat. *Ibid.*, lib. 6, cap. 18.

37. Ipsa animarum vis subtilitate sua aliquid prævidet. Lib. 4, *Dialogi*, cap. 23.

38. Minus jacula ferunt, quæ prævidentur. *Homil.* 35, super *Evang.*

39. Sultus est, qui que sibi mala restant, prævidere nescit, atque hæc peritura et falsa quedam bona, quasi semper sint perimatura diligit. Lib. 3, de *Arca Noe moral.*, cap. 4.

40. Insipiens est, qui mala prævidet, sed non præcaveat. Super *Deuterom.*, cap. 32.

41. Justi animadvertunt præterito corrigendo, presentia dirigendo, futura cavendo, bona eligendo, mala reprobanda. Super *Proverb.*, cap. 14, xviii.

42. Reprobis, qui propria sponte non videt quod in presenti patitur, et quod in futuro sit passurus non prævidet. *Ibid.*, cap. 14.

43. Utrobique decipitur mens humana, et cum scilicet malum non videt quod patitur, et quod non prævidet malum quod patitur. Super *Ecclesiastom.*, cap. 11.

44. Non prævidere quid consideretur, sed statim ignota cupere, furiosa audacia est, et præcepta temeritas. *Prose.*

45. Melius est prævidere, quam ambulare ut libet. *Ibid.*, cap. 6.

46. Oculi sunt probati, qui debent aliis prævidere, sicut oculus prævidet toti corpori. Super *Apocal.*, cap. 11.

47. Omne malum quod accidit ex insperato,

nimis est grave : quod autem expectatur antequam accidat, postquam acciderit, levius invenitur. *Homil.* 24, super *Matth. Oper. super.*

48. Quid mirum, si ille qui omnia potest, et qui prævidet non prævidisse potest : cum cunctifidelis, quod et que prævisa sunt non evenire possunt, et que non prævisa sunt evenire, nec tamen extra conspectum providentie valeant evenire ? Lib. 2 de *Nugis curial.*, cap. 22.

49. Sicut Deus prævidet, eveniet ; et si non evenierit, non prævidet : unde probabiliter ad minus colligitur, quia si potest non evenire, potest etiam non fuisse prævisum. *Ibid.*

50. Dei servus semper fallentis diaboli prævidere debet insidias, ne pereat. Lib. 3 de *San. bono*, cap. 22, sent. 9.

51. Sapientis est omnia adversa ante meditari, nec inveniri casus debet, quem non prævidet. *Ibid.*, cap. 58, sent. 3.

52. Sapientis est periculi prævidere jacturam, omnia misistia leviora accidunt, expectata mala tolerabiliter feruntur. *Prose.*

53. Hædit adversus casus consilium, prævisa res non admittatur cum acciderit.

54. Advenientes impetus meditatio frangit, præcogitatio futuram molestias attenuat, prævisio malorum lenit adventum.

55. Inopinatum malum fortiter ferit, acerbata sunt que cogitata non fuerunt, gravia sunt in quibus improvvisi incurrimus.

56. Repentinum malum cito frangit, quod prævisum non est vehementer affligit. Lib. 2, de *Synonymis*, cap. 6.

57. Ansipitem diu delibera sententiam, ante factum cogite diu, ante opus præmeditare diu. *Prose.*

58. Quod vis agere, diu expire, diu considera et proba, et sic age : cum diu cogitaveris, tunc fac quod probaveris. *Ibid.*, cap. 12.

59. Præmeditari debemus id quod eventurum est, ne veniens novum aliquid, stuporem animis nostris affurat. *Epist. ad Zenon.*

60. Nec incipi, nisi fieri, aut consummari quicquam potest, nisi fuerit ratione prævisum, aut quemadmodum fiat antequam sit, aut quemadmodum consistat postquam fuerit effectum. Lib. 2 de *Divin. Instit.*, cap. 9.

61. Facile a virtutis tramite deviat, qui nescit prævidere quod agit. De *Interioribus conflictis*, cap. 2.

62. Absque scilicet contemplatione nihil eorum que sunt bonum est. Et hab. apud D. Joann. Damasc., lib. 1 *Parall.*, cap. 63.

63. Jacula, que ab hostibus jaciuntur, si prævisa fuerint, minus inferunt laniationis. *Epist.* 169 ad *Quendam*.

JOHANNES
BACIVIANUS.

S. HIERONIMUS
HIERONIMUS.

S. JUSTINUS
MART.

LACTANTIUS
FURIUS.

S. LAURENTIUS
JUSTINUS.

S. NIKOLAUS
MENSEN.

PETR. CELL.

64. Non imminenti lucrositas evitatur periculis, si affuerit oculus providentiæ, et manus vigilantis cauteles. Lib. 2, epist. 15.

S. PETRUS DARIANUS.

65. Nunc dum tibi mundus aridet, dum carnis sanitas ferret, dum prosperitas terrena demulcet, que post ista sequuntur, excogita atque considera. Lib. 2, epist. 5 ad *Quendam episcopum*, in principio.

RICHARD. A S. VICT.

66. Felix ille, qui imminenti ruinam providere potest, dum adhuc rex est, et passionibus suis dominari potest. Part. 4, lib. 1 de *Exod. hom. inter.*, cap. 35.

S. THOMAS AQUINAS.

67. Anima humana secundum quod a sensibus corporis abstrahitur, compati futura providere potest, quæst. 173, argum. 1.

THOMAS A REMEPS.

68. O hebetudo et duritia cordis humani, quod totum presentia meditatatur, et futura non magis providet! Lib. 1 de *Fort. Chr.*, cap. 23.

IN VII. PAT.

69. Quis omnia providere, quis præcavere futura mala sufficit? si prævisa sepe etiam latuunt, quod imprævisa, nisi graviter ferunt? *Ibid.*, lib. 3, cap. 45, sect. 5.

CATO POET.

70. Causa que non prævidetur, non permittit nos in meliora proficere. In *Sententiis* in fine positus, sent. 65.

SENTENTIÆ PAGANORUM.

CATO POET.

71. Prospice qui veniunt, hos casus esse ferendos: Nam levius loelili, quicquid pravissimus ante.

CICERO.

Lib. 2 *De officiis*, metr. 56.
72. Est sapientia quicquid homini accidere possit, id præmeditari ferendum esse si advenit: majoris autem est consilii prævidere ne quid tale accidat, sed animi non minoris, fortiter ferre, si evenierit. *Orat. 53 Philippo*, num. 11.

73. Videntur omnia repentina graviora: præmeditatio futurorum malorum lenit adventum, quo venientia longe ante videtur. Lib. 3 *Turcul. quæst.*

74. Multum potest prævisio animi, et preparatio ad minendum dolorem: nihil enim est quod tantum obundat elevet que ægritudinem, quam perpetua in omni vita præcogitatio, nihil esse quod accideri non possit. *Prose.*

75. Sed facilis fert cum accidit, quod posse accidere diu cogitaverit: que præcogitatio una maxime molestias omnes extenuat et diluit. *Ibid.*

MIMUS PUS.

76. Hostium repentinus adventus magis aliquando conlatur, quam expectatus: et maris subita tempestas quam ante prævisis, terret navigantes vehementius. *Ibid.*

77. Deliberandum est diu, quod statuendum est semel. In suis *Sent.*, sent. 96.

78. Præcogitati mali, mollis ictus venit: sed stultis et fortunæ erudentibus, omnis videtur nova rerum, et ingratia facies. *Prose.*

79. Sapiens autem assuescit futuris malis, et que alii diu patiendo lævia faciunt, hic lævia facit diu cogitando. *Epist.* 76.

80. Que multo ante prævisa sunt, languidius incurram. *De Consol. ad Marcianum*, cap. 9.

81. Quidquid fieri potest, quasi futurum cogitemus. *Epist.* 24.

82. Quidquid expectatum est diu, levius accidit. *Epist.* 73.

83. Nihil nobis improvisum esse debet, in omnia præmittendus est animus, cogitandumque non quicquid solet, sed quicquid potest fieri. *Epist.* 91.

84. Tu metuenda decima, et quicquid consilio prospici potest, prospice. Quocumque losurum est, multo autem præcedat, speculari et averti. *Epist.* 88.

85. Fortis est animus, ad que preparatus venit. Lib. 3 de *Ira*, cap. 37.

86. Expecta quod nunquam peniteas. *De Meritis*.

87. Delibera priusquam agas et antequam agas, prævide quale sit quod facturus es. *Sent.* 85.

88. Præscire cuncta, prudentes decet. *De Virtut. diæna*, cui titulus, *Arclepus*, cap. 9.

Vide etiam tit. *Adversitas*, sent. 89; *Mors*, sent. 154, 155.

PRAVITAS.

SENTENTIÆ PATRUM.

1. Gravioris inimicil sunt pravi mores, quam hostes infesti. *Prose.*

2. Facilius enim pravitas hostium vinci potest, quam morum. *Serm. 57 de Eliseo propheta.*

3. Sicut pravum est cor, ita et prava ejus desideria, et inde sequuntur prava opera. Part. 2 *Summa h.* tit. 4, cap. 5.

4. Ignorantia sui, causa est pravitatis. Part. 4, tit. 2 de *Prudentia*, cap. 3.

5. Tanto est efficacior emendatio pravitatis, quanto diligentior conservatio charitatis. Lib. 5 *contra Epist. Darnam*, cap. 2.

6. Cujusque hominis pravitas, quanto periculosior et fortiosior est, tanto instantius et operosius corrigenda est. Lib. 4 de *Baptismo*, cap. 16.

7. Qui in Dei Ecclesia aliquid pravum sapimus, et emendare nolunt, sed defensare persistent, hæretici sunt. Lib. 13 de *Civitate Dei*, esp. 50.

8. Inter animam rationalem et Deum, non separari nisi voluntas prava. *De Fide contra Manich.*, cap. 44.

9. Prima pravitas, qua non obeditur, ab homine est: quia ex rectitudine, in qua cum Deus

SENECA.

V. BEDA.

DOCTUS.

DIOMYS. ALEX.

S. CREGOR. MAGNUS.

SIXTUS PHILOSOPHUS

TRISMEGISTUS.

S. AUGUST.

S. ANTONIUS.

S. AUGUST.

BUCOCARD.

S. JOHANNES GRAYGOST.

JOAN. TRITA.

primitus fecit, sua mala voluntate decidens, pravius effectus est. *De Corrupt. et grat.*, cap. 6.

10. Duplici reatu constringitur, qui et in seipso prava committit, et alios pravitate sua corrumpit. In suis *Prose*, verbo *Duplici*.

11. Si miserum est voluisse prave, potius miserius est, sine quo voluntas misere langueret effectus. Lib. 4 de *Consol. philor.*, prosa 4.

12. Omnis particeps rationis factus est homo, ut esset probus, et non pravus. Lib. *contra Manich.*

13. Injustorum pravitas saviendo malitiam exercet. Lib. 14 *Moral.*, cap. 24.

14. Pravi cum reata reprehendunt, ne ipsi que justa sunt necire videantur, nota omnibus bona que audiendo didicerunt, quasi incognita preferunt. *Ibid.*, lib. 8, cap. 22, num. 25.

15. Mens prava semper in laboribus est, quia aut molitur prava, que inferat, aut metuit ne sibi ab aliis inferatur. *Ibid.*, lib. 12, cap. 24.

16. Pravi homines cultum religionis assumunt, et bonorum vitam sub respectu vestimentis pravis moribus premant. *Ibid.*, lib. 31, cap. 4.

17. Dum pravi crescant, etiam infirmi ad sequenda studia pravitatis irritantur. Lib. 6 *Moral.*, cap. 4.

18. Utilitati innocentium militat vita pravorum. *Ibid.*, lib. 20, cap. 19.

19. Reproborum esse proprium solet, semper prava agere, et nunquam qua egerint retractare: omne enim quod faciunt, cæca mente pertranseunt, factumque suum, nisi cum puniti fuerint, non agnoscent. *Ibid.*, lib. 25.

20. Mens prava quicquid contra proximos excogitat, hoc contra se excogitari a proximis formidat. *Ibid.*, lib. 12, cap. 21.

21. Ille veraciter vim divini timoris intelligit, qui se a cunctis pravis operibus custodit. *Ibid.*, lib. 19, cap. 6.

22. Illi veraciter coram Domino stant, qui vitam suam in pravitate non dissipant. *Homil. 6*, super *Eszech.*

23. Sunt multi qui pravitatem suam ex alienis pravitatibus timentur: quia alios talia facies considerant, eadem facere sibi licenter putant. *Homil. 17*, super *Evang.*

24. Pravitas ad intellectum, perversitas ad affectum referenda est. *Super Prov.*, cap. viii.

67. In schola virtutum, in claustris, in congregatione devota non proficere, est deficere atque corrumpi. De Profect. spiritali, art. 3.

68. Fac quod in te est, ut proficias, neque cito senesce per gratiam facile, quod per naturam fuit difficile. De Profect. charit., art. 4.

S. GOROTI.

69. Impossibile est hominem in eodem statu semper permanere; sed aut peior fit, aut melior. Doctrina 12.

S. RUPERTI.

70. Ne decipiaris, o homo, impossibile enim est sine timore Dei proficere. Ad Monachos, parones. 39.

S. EUSEBII
EMILI.

71. In tenebris residemus, si promovere cessamus. Homil. 1 ad Monachos.

72. Quanto plus proficimus, quanto plus humiliemur: quia tanto plus humiliati fuerimus, tanto plus proficimus. Ibid., homil. 3.

73. Ille bene proficit, qui quotidie sic agit, quasi semper incipiat: augmenta meritorum, incitantem debent esse profectuum. Ibid.

74. Profectus profectibus servant, et lucra herent. Ibid.

75. Si periculosus est quotidie non accessisse, quanto periculosius est non accessisse? Ibid., homil. 9.

S. FRANCIS
ASSISIENSIS.

76. Fratres incipiamus et proficimus, quia nunc usque parum proficimus. Apud D. Bonavent. in cap. ix. Luc., super illud Psalm. LXXVI. Dixi: Nunc exi.

GLOS. ORD.

77. Certum est, quod cum eo qui fructificat et crescit, semper habitat Deus. Super Iohann., cap. 16.

78. Nemo quantum profecerit, nisi inter adversa cognoscit. Super Job, cap. 33.

79. Ad proficiendum non movet pedem, nisi charitas: ad cadendum superbia. Super Psalm. CXX.

80. Omnipotens Deus interiora discernens, ipsis spiritualibus profectibus modum ponit, ut ex hoc homo quod apprehendere constat, et non valet, id illis se non elevet, quo jam valet. Lib. 12 Moral., cap. 2, num. 2.

81. Sancti viri quo altius apud Deum virtutum dignitate proficunt, eo subtilius indignos se esse deprehendant: quia dum proximi luci sunt, quicquid eos in seipsis latebat, inveniunt. Ibid., lib. 32, cap. 1.

82. Virtutes profectuum in notitia ceterorum hominum, quasi suavitate fragrant odorum. Ibid., lib. 35, cap. 13.

83. More viatorum nequaquam debemus aspicere quantum jam iter egimus, sed quantum superest, ut peragamus. Ibid., lib. 22, cap. 5.

84. Boni inde proficunt in bono proficunt, unde de malo tentantur: mali autem inde ac majus malum deficient, unde de bono gloriantur. Ibid., lib. 34, cap. 17.

85. Non recte proficiunt, qui quotidie de bonis ad meliora non proficiunt: ascendere enim meritis virtutum quotidie, ad meliora proficere est. Lib. 3, in I Reg., cap. iv.

86. Hoc praecepit homo divinum habet, ut sibi proficendo beneficiat: ne igitur tempus, in quo divinus evadere possis, negligas. Orat. 16 ad Subditos.

87. Ne propterea glorieris, quod malis praesentior esse videaris: sed eo potius nomine discrucieris, quod a bonis supereris. Et hab. apud D. Iohann. Damasc., lib. 13 Parallela, cap. 49.

88. Non cito ad majora progreditor, qui etiam parva formidat. Epist. 14 ad Celantium.

89. Nihil in sancto proposito, otio deterius est, quod non solummodo non acquirit nova, sed etiam parata consumit. Protee.

90. Sanctae vite ratio processu gaudet et crescit, cessatione torpescit et deficit.

91. Quotidianis ac recentibus virtutum incrementa mens instauranda est, et vivendi hoc iter, non de transacto, sed de reliquo metendum.

92. Tandem non relinquitur retro, quando ad priora contondimus: ad illa ceteris stare, descendimus: nostrumque non progressu, jam reverti est: si volumus non redire, currendum est. Epist. 1 ad Demetriad.

93. Nunquam tuta est humana fragillitas: et quanto magis virtutibus crescimus, tanto magis timere debemus, ne de subtilibus corruamus. In Regula, cap. 27 de Fide.

94. Age, curre, festina. Age, ut in hac spiritualitate proficias: cave, ne quod accepisti, incautus et negligens custos amittas: curre, ut non

S. GERON.
MAGNUS.

negligas: festina, ut celerius comprehendas. Ibid., cap. 30 de Penitentia.

95. Quantumvis proficimus, semper nobis major profectus aperitur. Lib. 42, super Ezech., cap. XII, super illud: Et ingressus intrinsecus.

96. Felix est, qui quotidie proficit, qui non considerat quid heri fecerit, sed quid hodie faciat, ut proficiat. Super Psalm. LXXXIII, vers. 6 Ascensionem in corde suo.

97. Sicut qui sanctus est, quotidie proficit, ita qui peccator est, quotidie deficit. Ibid.

98. Felix ille, qui crescit quotidie; qui senescit etate, et senescit virtute. Super Psalm. XCI, vers. ultimum.

SECO A S.
VICIORS.

99. Quatuor modis proficitur: in se, juxta se, supra se, sub se. In te est animus; juxta te proximus; super te Prelatus; sub te subditus. In te proficis, per bonam vitam; in proximo, per doctrinam; in Prelato, per admonitionem; in subditis, per correctionem. Lib. 3 de Claustro animae, cap. 9.

SECO CARO.

100. Non quid sis, sed quid esse velis, attendit: si tamen tu quantum potes satagas, ut quod adhuc esse non cospicis, esse merearis. In Soliloq. de Archa animae.

S. CROCI.
MAX.

101. Boni semper de bono in melius proficiunt: charitas enim aut proficit, aut deficit. Super Gen., cap. XXVI.

S. AUGUSTI.
MAGN.

102. Recedentes a castris diaboli, quanto magis proficimus, tanto amplius insidiantur eis demones et per se, et per suos. Ibid.

S. AUGUSTI.
MAGN.

103. Felix est anima, quae aromatis virtutum condita, in lacu corporis degens, quotidie proficendo, perenni vire reservatur. Ibid., cap. 50.

S. AUGUSTI.
MAGN.

104. Plus ad hoc studio, quod in te est, ardentius curre. Epist. 14 ad Polycarpum.

S. AUGUSTI.
MAGN.

105. Debemus ad virtutum studia irremissa cura, ac solitudine nosmetipsos semper extendere, ipsaque nos jugiter exercitiis occupare; ne cessante profectu, confestim diminutio subsequatur: quia in uno eodemque statu mens manere non valet; id est, ut vel augmenta virtutum curvat, vel detrimenta sustineat. Protee.

S. AUGUSTI.
MAGN.

106. Non acquisitis enim iniquis est. Collat. G Abbat. Theodor., cap. 14.

S. AUGUSTI.
MAGN.

107. Quantum quis lenitate ac patientia cordis proficit, tantum in corporis puritate proficit. Collat. 12 Abbat. Chrocomiti, cap. 6.

S. AUGUSTI.
MAGN.

108. Quanto magis profecerit mens humana, tanto se inimplerentem inspicit. Collat. 23 Abbat. Theome, cap. 20.

S. AUGUSTI.
MAGN.

109. Qui se proficere solet, non superbiat: qui vero cognoscit se non proficere, sed a bonis deficere, tantum corrigat se, et non desperet. Homil. super illud Isaiam 62, Gaude, Sion, etc.

S. AUGUSTI.
MAGN.

110. Festina quo tendis, quo properas perveni: curruntis gressus non retrahat inimicus. Veloces sequere, tardiores attrahat, pigros desere, fortiores fortiter imitare. Sermon de Fide, spe et charitate.

S. AUGUSTI.
MAGN.

111. Cum procedis, congregata custodi. Gradus 27.

S. AUGUSTI.
MAGN.

112. Noli cum in oratione perduras, dicere: Nihil profeci: jam enim satis profecisti. Ibid., gradus 28.

S. AUGUSTI.
MAGN.

113. Nihil turpius, quam in spirituali nolle proficere. Lib. 1, homil. à ad Monachos.

S. AUGUSTI.
MAGN.

114. Si non proficis in spirituali, necessario deficiis: si non ad sanctiora progredieris, cetero retrocedis. Ibid., homil. 5.

S. AUGUSTI.
MAGN.

115. Nulla pretereat dies, in qua unusquisque se melior non evaserit. Ibid., homil. 9.

S. AUGUSTI.
MAGN.

116. Quanto quisque amplius proficetur, tanto sibi novatius cautius esse vivendum. Ibid., homil. 10.

S. AUGUSTI.
MAGN.

117. Ibi deficienti periculum incidimus, ubi appetitum proficendi revocamus. Lib. 2 ad Manachos, serm. 6.

S. AUGUSTI.
MAGN.

118. Quanto quisque a conatu proficendi defecerit, tanto longius a proposito recedit. Part. 1 de Regione claustr., tract. 1, reg. 1, art. 1.

S. AUGUSTI.
MAGN.

119. Quisquis non semper ad meliora proficit, mox in negligentia prioris viae cadit. Protee.

S. AUGUSTI.
MAGN.

120. Ibi quoque incidit deficienti periculum, ubi amissis proficendi appetitum. Ibid., tract. 2, reg. 2.

S. AUGUSTI.
MAGN.

121. Sicut condemnatus est qui in voluntate vitiosa permansit, ita reprehensibilis est qui proficere non studet. Protee.

S. AUGUSTI.
MAGN.

122. Ubi enim proficendi conatus deponitur, deficienti periculum subitur. Ibid., tract. 2, reg. 2, art. 6.

S. AUGUSTI.
MAGN.

123. Impossibile est quempiam tantum proficere, ut proficere esse non possit. Lib. 2 de Tent. relig., cap. 3.

S. AUGUSTI.
MAGN.

124. Nemo proficere unquam potuit, qui non prius ordine debito inciperet. De Vanit. et invid. hum. vite, cap. 4.

S. AUGUSTI.
MAGN.

125. Profectus hominis, domus Dei est: nec a se potest quidquam, sed a Domino. Lib. 2 de Sermon. bono, cap. 5, sent. 3.

S. AUGUSTI.
MAGN.

126. Quarecumque velociter ad profectum tendunt, sine dubio celeriter finiuntur: sicut herbarum, quae tanto festinatus perunt, quanto celerius crescunt. Protee.

S. AUGUSTI.
MAGN.

127. At vero contra, arbores alia radice funditis florent durandius, quia gradatim ad profectum perveniunt. Ibid., cap. 33, sent. 4.

S. AUGUSTI.
MAGN.

128. Natura nostra (inveniens adhuc mortalitatem) mutabilis, etiam si ad summam quiete studio provehatur, semper tamen sicut polse habere que

recidat, ita potest habere quo creseat. Serm. 1 *Quadr.*

129. Inter profectum gradus nullus est, qui non semper melior esse debeat. Serm. 6 *Quadr.*

130. In rebus divinis otiosi quis multum proficiat, semper sibi superesse intelligat quod quaerat. *Prose.*

131. Qui se ad id, in quod tendit, pervenisse praesumat; non quaesita reperit, sed in inquisitione deficit. Serm. 9 *de Nativit.*

132. Qui non proficit, deficit; et qui nihil acquirit, nominaliter perdit. Serm. 8 *de Passione Domini.*

S. NILUS. 133. Quanto magis proficit, tanto magis te abesse a perfectione intelliges. *Patres.* 29.

PETR. BLES. 134. Dum adhuc tu profectus es, nunquam te perfectum existimas. Epist. 137 *ad Alexandr. de S. Athana.*

S. PROSPER. 135. In hac vita, tibi per fidem bene vivendo profecturus, honorum operum quadammodo passibus ambulamus: in futura autem pervenientes ad speciem, jam non erit quo velut proficiendo ulterius ambulamus, sed ipsam speciem ad quam per fidem spacialiter ambulando pervenimus, inassequabili delectatione videbimus. Lib. 1 *de Vita contemplat.*, cap. 6.

136. Qui cum Deo suo unitus est spiritus factus, nihil aliud agit semper, aut cogitat, nisi unde clarior se nobilior fiat. *Thom.*, lib. 3, cap. 17.

137. Quis non eo ipso proficit, quo proficere alium cupit? *Ibid.*, lib. 3, cap. 23.

RICHARD. A S. VICTORE. 138. Amanti devoto nunquam sufficit quod habet, nec magnam reputat quod egerit, quia inopem se reputat. Part. 2 super *Cant.*, cap. 14.

S. THOMAS AQUINAS. 139. Nemo repente fit summus, quia unusquisque recto vivens toto tempore vite suae proficit, ut ad summum perveniat. *Contra retrahentes ab ingressu Relig.*, cap. 7.

THOMAS A KEMPIS. 140. Tanto quisque in virtutibus proficit quanto acrius sua vicia odit se vincit. Modit. 21 *de Humilit.*, cap. 3.

141. Tantum proficitur, quantum vobis vicia inulceris. Lib. 1 *de Institutione Christi*, cap. 25.

142. Non reputes te aliquid proficere, ubi omnibus inferiorum te esse sentias. *Ibid.*, lib. 2, cap. 2.

143. Tanto plus proficit in virtutibus, et sapientior erit, quanto humilior superioribus se submittit. In *Dialog.* Novit.

144. Qui proficere vult, omni die incipere debet. *Ibid.*, cap. 3, sect. 2.

SENTENTIA FAGANORUM.

CICERO. 145. Volasse, non iter fecisse diceres. Orat. 52 *Philipp.* 10, num. 41.

146. Si quid proficere vis, ne recusa quo minus ob res externas amans et fatuus habearis. In suo *Enchirid.*, cap. 18.

147. Signa proficietis sunt, neminem reprehendere, neminem laudare, neminem culpare, nihil de seipso predicare, quisi aliquid sit, aut aliquid sciat. *Ibid.*, cap. 72.

148. Nunc viri proficientis vitam tibi sumet ac quidquid tibi visum fuerit optimum, ea lex sit inviolabilis: at si quid laboriosum, aut auae, aut gloriosum, aut ignominiosum ingruerit, momento tum adesse discrimen. *Ibid.*, cap. 75.

149. Qui non potest in melius proficere, superest ut recidat in deterius. *Commentar.* 1, aphorism. 3.

150. Persevera ut exipisti, et quantum petas prepara. Epist. 4.

151. Experimentum tui profectus capias, non oratione, nec scripto, sed animi firmitate. Epist. 20.

152. Vigilandum est, nisi properamus, relinquimur. Epist. 108.

153. Magna pars est profectus, velle proficere, Epist. 108.

154. Tantum ad virtutem adicies, quantum ex voluptate abstraxeris. *De Moribus.*

Vide etiam tit. *Arrigere sibi*, sent. 56; *Crescere*, per totum; *Gloria vana*, sent. 208; *Incipere*, sent. 1, 49; *Infirmus*, sent. 116; *Iniquitas*, sent. 19; *Invidia*, sent. 11; *Melior*, sent. 36, 58; *Mortuum*, sent. 42; *Perfectio*, sent. 28, 29, 34, 35, 36; *Perseverantia*, sent. 60, 61; *Praedicatio*, sent. 54, 85; *Religiosus*, sent. 80, 86, 87; *Scriptura sacra*, sent. 86; *Tractio*, sent. 24; *Via*, sent. 34; *Virtus*, sent. 73.

PROMISSIO.

Definitio. Promissio est deliberata et spontanea fidei obligatio, de re possibilis grataque promissaria.

SENTENTIA FAYACI.

1. Nihil promittis inhonestum, aut si promissis, tolerabilis est promissum non facere, quam facere quod turpe sit. Lib. 3 *Offic.*, cap. 12.

2. Cum impetraveris quod petisti, ingrati est tardare promissum. Lib. 1 *de Cui et Abel.*, cap. 7.

3. Qui promittit aliquid, spem debet afferre promissi, ut promissis fides deficiat. Lib. 1, super *Luc.*, cap. xi in illud: *Quis vestrum habens amicum, etc.*

4. Mendacium valde gravissimum est, cum mentimur ea quae promissimus. Super *Apoc.*, cap. 14.

5. Nunquam tibi credet tunc series cautionis. Lib. 1 *de Sacramentis*, cap. 2.

EPICLETUS. 6. Standum est promissis; aut oportet abstinere te a promissis, aut promissa non frustrari. *Ad Imperat. Constantium.*

S. AUGUST. 7. Fidelis homo credens promittenti Deo, fidelis Deus est exhibens quod promissit homini. Super *Psalm.* xxxiii, conc. 1 vers. 4.

8. Promissio, cum redditur res, iam fit superna: nam aequum reddatur quod promittitur, necessaria est ipsa promissio, ne promissum sibi obliviscatur, cui promittitur. Super *Psalm.* lxxiii, vers. 3.

HYPOCRIT. 9. Promissio Dei est rata, certa, fixa, inconcussa, fidelis, et omni dubitatione carens, quae consolatur afflicto. Super *Psalm.* lxxviii Praefat.

10. Quidquid promissit Deus, indignis promissit, ut non quasi operibus merces promitteretur, sed gratia a nomine suo gratia daretur. Super *Psalm.* cix in praefat.

11. Multo melius est non promittere, quam fidem promissam non adimplere. Serm. 62 *ad Frat.* in *eremo.*

12. Non omnia Deus qui praedicat, promittit: promittit autem quae ipse facturus est. Epist. 120, cap. 19.

13. Fides quando promittitur, etiam hosti servanda est, contra quem bellum geritur. Epist. 205.

14. Observa quod praecipit, ut invenias quod promissit. Tract. 33, super *Joan.*

15. Nondum tamen iam quod promissum est, sed venturam speramus: fidelis est autem qui promissit, non le follet: tantum tu noli deficere, sed expecta promissionem. Tract. 4 super *epist. Joan.*

16. Quod nobis promittit Deus, inassequabili dulcedo est. *Ibid.*, tract. 7.

17. Non promittit Deus, et facis tu: potest autem recte dici, quia quae promissit tu, facit Deus. Quando enim promissit, nisi faciat Deus, inanis est promissio tua: Dei autem promissio non pendet ex te, sed ex illo. Homil. 47 *ex Quinquaginta homilium*, cap. 1.

18. Se promittit, qui promittit, *Ibid.*, homil. 29, cap. 2.

19. Ideo imita te Deus dare dispositit, prius pollicetur, ut ex promissione devotio excitetur: sicque quod gratis daturus erit, devota oratio promoveatur. Homil. 4 super *Missa.*

20. Non sis citus ad promittendum, non ad reddendum tardus. Serm. 42 *ad Hilaric. Sevon. archiepisc.*

21. Magna quidem divina promissio, sed longa valde dilatio, et molestia expectatio est. *In Declaratione.*

22. In promissione velox, in exhibitione mendax. *De interiori domo*, cap. 32.

6. Standum est promissis; aut oportet abstinere te a promissis, aut promissa non frustrari. *Ad Imperat. Constantium.*

7. Fidelis homo credens promittenti Deo, fidelis Deus est exhibens quod promissit homini. Super *Psalm.* xxxiii, conc. 1 vers. 4.

8. Promissio, cum redditur res, iam fit superna: nam aequum reddatur quod promittitur, necessaria est ipsa promissio, ne promissum sibi obliviscatur, cui promittitur. Super *Psalm.* lxxiii, vers. 3.

9. Promissio Dei est rata, certa, fixa, inconcussa, fidelis, et omni dubitatione carens, quae consolatur afflicto. Super *Psalm.* lxxviii Praefat.

10. Quidquid promissit Deus, indignis promissit, ut non quasi operibus merces promitteretur, sed gratia a nomine suo gratia daretur. Super *Psalm.* cix in praefat.

11. Multo melius est non promittere, quam fidem promissam non adimplere. Serm. 62 *ad Frat.* in *eremo.*

12. Non omnia Deus qui praedicat, promittit: promittit autem quae ipse facturus est. Epist. 120, cap. 19.

13. Fides quando promittitur, etiam hosti servanda est, contra quem bellum geritur. Epist. 205.

14. Observa quod praecipit, ut invenias quod promissit. Tract. 33, super *Joan.*

15. Nondum tamen iam quod promissum est, sed venturam speramus: fidelis est autem qui promissit, non le follet: tantum tu noli deficere, sed expecta promissionem. Tract. 4 super *epist. Joan.*

16. Quod nobis promittit Deus, inassequabili dulcedo est. *Ibid.*, tract. 7.

17. Non promittit Deus, et facis tu: potest autem recte dici, quia quae promissit tu, facit Deus. Quando enim promissit, nisi faciat Deus, inanis est promissio tua: Dei autem promissio non pendet ex te, sed ex illo. Homil. 47 *ex Quinquaginta homilium*, cap. 1.

18. Se promittit, qui promittit, *Ibid.*, homil. 29, cap. 2.

19. Ideo imita te Deus dare dispositit, prius pollicetur, ut ex promissione devotio excitetur: sicque quod gratis daturus erit, devota oratio promoveatur. Homil. 4 super *Missa.*

20. Non sis citus ad promittendum, non ad reddendum tardus. Serm. 42 *ad Hilaric. Sevon. archiepisc.*

21. Magna quidem divina promissio, sed longa valde dilatio, et molestia expectatio est. *In Declaratione.*

22. In promissione velox, in exhibitione mendax. *De interiori domo*, cap. 32.

23. Magna promittere, et exigua persolvere, est potius supplicio dignum, quam premio. Lib. 2 *de Profectu Relig.*, cap. 22.

24. Ille revera non decipitur, qui promissa complebitur. Super *Psalm.* lxxvi vers. 2: *Et non sum decipitur.*

25. Quodcumque commodum in remuneracionem quis promiserit, promissi solutionem solum oportebit. Et hab. in *Decretis Gratiani*, part. 2, causa 12, quast. 2, can. *Quodcumque.*

26. Stultis vanisque promissionibus, nullus a corde Christiano dari debet accessus, sed primis titillationibus obviari debet. *Prose.*

27. Mandat enim est diabolus, et his qui sibi obtemperant, multa se daturum promittit. *De festo et tent. Christi*, cap. 6.

28. Tardus promitte, et cito promissa porrige. *De perfectione monachi.*

29. Magna promissum, majora promissa sunt nobis: servemus haec, suscipimus ad illa. In suis *Opuscul.*

30. Magna promissit, qui magna precipiendo docuit; ut magnitudine muneris ad fortitudinem incitaret laboris. Lib. 3 *In Reg.*, cap. 5, super illud: *Liberabit vos de manu Philistinum.*

31. Cum infirmi fortia promittunt, non est expertum robur animi, sed confusio discretionis. *Ibid.*, lib. 4 super illud: *Quis potestis vobis regem.*

32. Si consideremus quae et quanta sunt, quae nobis promittuntur in caelis, vilescunt animo omnia quae habentur in terris. Homil. 37 super *Evang.*

33. Saepe se acturos mala repromittunt, et revocare promissa, quasi perjurium incursum non satagunt. Lib. 5 in 1 *Reg.*, cap. 4.

34. Periculosae promittitur, quod adhuc in aeternis potestate est. Epist. 14 *ad Celsam.*

35. Facile ex amico inimicum facies, cui promissa non reddas. *Ibid.*

36. Contuplicato furore Christi promissa redduntur. Epist. 26 *ad Panmach.*

37. Non sponsor in crimine est, si ille cui repromittitur, indignum se fecerit sponsione, praesertim cum proponatur ovis promittentis. Lib. 6 super *Eszech.*, cap. 20 super illud: *Haec dicit Dominus Deus, etc.*

38. Deus misericors est in promittendo, et verax in exhibendo. *De Alley. in Lut.*, super *Margrifaes*, vers. ultimo.

39. Tanta Dei promissionum est magnitudo, tantumque excellentia, ut ea quae nobis promissa sunt humanum transcendunt rationem. Homil. 36 super *Gen.*

40. Mos est Dei, ut polliceatur quidem, non au-

S. DONAT. 6. DONAT.

CASEIODOR. 7. CASEIODOR.

COCYLI TOLET. 4. COCYLI TOLET. 4.

S. CYPRIAN. 8. CYPRIAN.

S. EPHEM. 9. EPHEM.

S. FRANCIS. ASSESIAN. 10. FRANCIS. ASSESIAN.

S. GREGORIUS. MAGNUS. 11. GREGORIUS. MAGNUS.

S. HIERONYMUS. 12. HIERONYMUS.

S. HIERONYMUS. 13. HIERONYMUS.

S. HIERONYMUS. 14. HIERONYMUS.

S. HIERONYMUS. 15. HIERONYMUS.

S. HIERONYMUS. 16. HIERONYMUS.

S. HIERONYMUS. 17. HIERONYMUS.

S. HIERONYMUS. 18. HIERONYMUS.

S. HIERONYMUS. 19. HIERONYMUS.

S. HIERONYMUS. 20. HIERONYMUS.

S. HIERONYMUS. 21. HIERONYMUS.

S. HIERONYMUS. 22. HIERONYMUS.

S. HIERONYMUS. 23. HIERONYMUS.

S. HIERONYMUS. 24. HIERONYMUS.

S. HIERONYMUS. 25. HIERONYMUS.

S. HIERONYMUS. 26. HIERONYMUS.

S. HIERONYMUS. 27. HIERONYMUS.

S. HIERONYMUS. 28. HIERONYMUS.

S. HIERONYMUS. 29. HIERONYMUS.

S. HIERONYMUS. 30. HIERONYMUS.

tem continuo promissionem implet, sed exerceat iustorum patientiam, atque sic adimpleat promissa. *Prose.*

41. Hæc vera fides est, non attendere ea quæ videntur, etiamsi omnino sint adversa promissioni, sed solum promittentis potentiam. *Ibid.*, homil. 64.

42. Diabolus nulla pollicetur, non ut det, sed ut potius accipiat. Homil. 13 super *Matth. Oper. perf.*

43. Melius est non promittere et facere, quam promittere et mentiri. Homil. 40, super *Matth. Oper. imperf.*

44. Da quod exigo, et accipe quod promitto : imple quod jubeo, et posside quod dispono. *Prose.*

45. Quid observant promittitur, si contemnent premium dispensatur? Homil. 1 in *Dictionem Joan. xv* : Vos amici mei estis.

46. Promittitur familiaritatis sublimitas officiorum favore comparanda, cum Domino certa negotio copulatur : promittit enim et exigit, sublimat et subijcit. *Ibid.*, homil. 2.

47. Magni sponsoris rara ut plurimum fides est. In *Collat.*, serm. de *Reliquis sanctis domus*, part. 2.

48. Ethica regna est, quia non omnia simul semper promissa solvenda, si forte aut accepto damnosa, aut periculosa sint promittenti. *Prose.*

49. Ipso jure certum est, ut nulla promissio, que tempem sui tristem habeat exitum, impleatur. Lib. 3 de *Nuptiis curial.*, cap. 11.

50. Quisquis promittit, debitor est, et veritatis urgente sententia, sponsionis fidem compellitur adimplere. *Ibid.*

51. Inter promittere et polliceri hoc interest : quod promittimus rogati, pollicemur ultro. Lib. 1 de *Differenti.*, different. 1.

52. Firma sit sacramenti tui fides, hæc bonum quod spondidisti : non sis in verbis facilis, et in opere difficilis. *Prose.*

53. Non facile aliquid promittas, sine consideratione virtum nihil voveas, quod non potes facere non polliceris. Lib. 2 de *Synonymis*, cap. 10.

54. Tolerabilis est a virtute sine sponsione desistere, quam post promissionem a virtute deliberatione languescere. Sermon. de *SS. Trinitate*.

55. Comprehendi non potest quod promittitur, nisi custodiam fuerit quod jubetur. Sermon. 9 de *Jejun. septimo mensis*.

56. Magna debet esse in promissione discretio : inanis enim promissio multoties de familiaribus amicis sibi comparat inimicos. Epist. 51 ad *Joan. Episc. Sarriden.*

57. Semper in amicitia minus pollicendum,

amplius prestandum. Lib. 2, epist. 7 ad *Abbat. Malicens.*

58. Vis, immo crisis tibi reddi, quod tibi promittitur a proximo : et putas a Deo non exigi quod promittitur Deo? Lib. 6, epist. 15, ad *Priores*.

59. Multi in promissione honesta sunt veloces, in exhibitione mentaces. Lib. 3 de *Vitis contempl.*, cap. 10.

60. Nemo veraciter spondet alteri, quod prestare non potest sibi. Super *Psalin.* cxxxv, vers. 3.

61. Non se probat promissionibus Dei credere, qui non sic agit, ut possit ad promissa a Deo premia pervenire. Lib. 3 ad *Eccles. cathol.*

62. Magis es debitor, quia propositio sanctitatis majora promittis : et ideo plus tolerabis supplicii, quia minus solveris sponsionis. *Prose.*

63. Et tu specie professionis grandia specie polliceris, et rebus nulla restituis : falsarii criminis reus es, Deo cuncta mentiris. *Ibid.*, lib. 4.

64. Promittit mundus temporalia et parva, et servit ei aviditate magna : ego promitto annua et æterna, et torpescunt mortalium corda. Lib. 3 de *Imit. Chr.*, cap. 3, sect. 2.

65. Melius est profecto non promittere, quam promissa fœdare. Homil. 3 de *Promissis*.

66. Obligatus legitima debili est sine dubio pœctore, qui convincitur Domine aliquid promississe. *Ibid.*

67. Debitum Deo et promissum minus, non est in tempore prolongandum. *Ibid.*, homil. 4.

SENTENTIE PAGANORUM.

68. Rem tibi promissam, certo promittere noli. Lib. 1 *Distichor.*, metr. 25.

69. Quod prestare potes, ne bis promiseris ulli. Lib. 1 *Distichor.*, metr. 45.

70. Non promissa servanda sunt ea, que sint iis quibus promiseris inutilia : nec si plus tibi noceant, quam illi prosint cui promiseris. Lib. 1 de *Offic.*

71. Illis promissis non standum esse, quis non videt que coactus quis metu, aut decipitur dolo promiserit? *Ibid.*

72. Etiam si quid singuli temperibus adduci hosti promiserint, est in eo ipso fides conservanda. *Ibid.*

73. Est ius etiam bellicum, fidesque jurjurarandi sæpe cum hoste servanda. *Ibid.*, lib. 3.

74. Non debet ratum esse, quod actum est per vim. *Ibid.*

75. Promissa semper servanda sunt, que nec vi, nec dolo facta sunt. *Ibid.*

76. Quidquid promiseris facito. In *Diets Sapient. ex Grecis*, dict. 6.

SENeca.

77. Magna promissis, exigua video. Epist. 109.

78. Cum consideratione promitte, plenus que promiseris, præsta. De *quatuor virtut.*

79. Prinsquam promittas, delibera : et cum promiseris, facias. De *Moribus*.

Vide etiam tit. *Hereticis*, sent. 54 ; *Monitionem Dei*, sent. 12 ; *Monitionem*, sent. 74 ; *Ysidorus*, sent. 40 : *Propositum*, sent. 23 ; *Prudentia*, sent. 5 ; *Virtutes Theolog.*, sent. 56 ; *Volunt.*, sent. 30, 52, 53, 56, 92.

PROPHETIA.

A. THOMAS AQUINAS.

Etymologia. Propheta dicitur, quasi procul videns, et dicitur a Phanos, quod est videre. Super 1 *Cor.* xiv, lect. 1.

S. AUGUST.

Definitio. Propheta est homo ultra humanas conjecturas futura prænuuntians. Lib. 16 contra *Frustrum*, cap. 18.

CASSIODOR.

Propheta est inspiratio divina, que eventus rerum aut per facta, aut per dicta quorundam immobilis veritate prænuuntiat. In *Prologo super Psalm.*, cap. 1.

TROJAN A. REPP.

Propheta est sanvis dictio, celestis doctrine favos et dulcia divini eloqui mella componens. *Ibid.*

S. VALD. EPISC.

Propheta est rerum futurarum certa predicatio, vel absconditarum predictio. Super *Levitic.*, cap. xix.

S. BERNARD.

Propheta est predicatio futurorum, id est, eorum que post erunt, præsignificatio. Lib. 4 ad *Advers. Hereticos*, cap. 37.

A. THOMAS AQUINAS.

Propheta est quedam apparatus ex revelatione divina eorum que sunt procul. Super *Epist.* ad *Rom.*, cap. xii, lect. 2.

Propheta est visio, seu manifestatio futurorum contingentium, seu intellectum humanum excedentium. Super 1 *Cor.*, cap. xiv, lect. 1.

Propheta est quoddam clarum lumen intellectus certo divinitus immissum, et menti propheta per modum transeuntis impressionis inherens. 2, 2, quest. 171.

SENTENTIE PATRUM.

S. BERNARD.

1. Hæc est consuetudo prophetis, ut que futura sunt, vel quasi presentia, vel quasi facta dicantur. Lib. 1 de *Fide ad Gratianum*, cap. 7.

2. Quanto excellentior propheta numero prophetas, tanto magis sequatur humilitatem. Super *Psalin.* cxviii, serm. 10, vers. 8.

AATHANAS. RAGUS.

3. Que a prophetis prospecta sunt, necessarium est ea esse : neque fieri potest, ut aliter sint, quam ipsi prævident : nam si ea que licet, non prævident, iam propheta non essent. *Prose.*

4. Id pro certo haberi debet, prophetas non solum legum esse magistros, ut que præcipiunt

fieri debeant, sed rerum quoque futurarum indices esse.

5. Siquidem noster quod dicitur, ideo quid sit : sed quia id futurum est, ideo ab illis predictur : nec fieri potest quod propheta mentiantur, cum vere videant. De *Passione et cruce Domini*.

6. Multa prædicantur instinctu quodam, et impulsu spirita nescientium : sicut Casphas nescivit quid dixit, sed cum esset pontifex, prophetavit. Lib. 4 de *Trin.*, cap. 17.

7. Si quis propheta est, sine dubitatione cognoscit, nec admonitione opus habet, quia omnia iudicat, et a nemine iudicatur. Epist. 102.

8. Minus est propheta, qui rerum que significantur sola ipsa signa in spiritu per rerum corporum imagines videt. *Prose.*

9. Et magis propheta, qui solo ærum intellectu præditus est.

10. Sed et maxime propheta, qui utroque præcedit, ut videt in spiritu corporalium rerum significativas similitudines, et eas vivacitate mentis intelligit. Lib. 12 de *Genesi ad litt.*, cap. 9.

11. Magis ad mentem pertinet propheta, quam ad istum spiritum, qui modo quodam proprio vocatur spiritu, vis animæ quædam mente inferior, ubi corporalium rerum similitudines expræimuntur. *Ibid.*

12. Deus prius per prophetas, deinde per seipsum, postea per apostolos locutus est. Lib. 11 de *Civit. Dei*, cap. 3.

13. Tanquam præterita narrantur, que futura prophetantur, quoniam que ventura erant, jam in presentia dei velut facta erant, que certa erant. *Ibid.*, lib. 17, cap. 18.

14. De Christo prophetas divine ille dignissimi processerunt, que in illo non sicut a patribus adhuc creduntur implenda, sed jam demonstrantur impleta. *Ibid.*, lib. 22, cap. 6.

15. Non est propheta veri Dei, qui oblata divinitus visa, vel solo corpore, vel etiam illa parte spiritus videt, que corporum capiuntur imagines, et mente non videt. *Contra Advers.*, cap. 23.


16. Fides venturi Christi habitabat in prophetis venturum pronuntiantibus Christum. Lib. 1 contra *Advers.*, leg. cap. 17.

17. Christus erat Dominus prophetarum, impletor prophetarum, sanctificator prophetarum, sed et propheta. Tract. 24 super *Joan.*

18. Cum prophetis erat Verbum Dei, et propheta Verbum Dei : meruerunt priore tempore prophetas afflitos et impletos verbo Dei, meritum nos prophetam ipsum Verbum Dei. *Ibid.*

19. Prævidens Christus impios quosdam futuros, qui miraculis ejus calumniarentur, magis

S. AUGUST.



JOAN. GRES.

JOAN. SAREED.

S. ISIDORUS HISPALENS.

S. LAURENT. JUSTIN.

S. LEO I.

PETR. NILES.

PETR. CELL.

FAVILLIN.

TROJAN A. REPP.

S. VALD. EPISC.

CATO PAT.

QUEST.

S. BERNARD.

AATHANAS. RAGUS.

PRÆSENTIUM GOVERNAT.

artibus ea attribuendo, propheta ante premisit. *Ibid.*, tract. 35.

26. Nullus propheta sine verbo Dei prophetat. *Ibid.*, tract. 24.

21. Si Christus nihil prophetaret, propheta non discoreret. *Ibid.*

S. BERNARD. 22. Sermo a propheta, consilium a sapiente querendum est. Epist. 8, ad Brunanem Cokeniensem.

S. BONAV. 23. Prophetæ sub figura vel velamine loquebantur triplici de causa: propter rei immensitatem, propter audientium indigentiam, propter exercitacionem. Super *Psalm.* xxviii.

24. Prophetia est ocularum. Super *Joan.*, cap. i in illud: *Prophetae tu?*

S. CLEMENS PAPA. 25. Quid in presenti seculo propheta gloriosus? Lib. 1. *Recognit.*

26. Sepe fama vulgi, prophetia speciem tenet. *Ibid.*, lib. 3.

S. EPHEM. 27. Verus propheta cum constanti ratione ac intelligentia loquitur: omnia sana mente, et ex Spiritu sancto alienis. Hæres. 18, contra *Phryganas*.

GLOSS. ORD. 28. Prophetia non necessitatem eorum facit, quæ prædicat, sed signum est præsentie Dei. Super illud *Matth.* 1: *Ut adaptaretur.*

S. CYPRIAN. MAGNUS. 29. Cum aliquid ostenditur, vel auditur, si intellectus non tribuitur, prophetia minime est. Lib. 11 *Moral.*, cap. 12.

30. Prophetia dicta est, quia futura prædicat: quando de præterito, vel presenti loquitur, rationem suis nominia amittit. Homil. 1 super *Esach.*

31. Usus prophetica locutionis est, ut prius personam, tempus, locumque describat, et postmodum dicere mysteria prophetie incipiat. *Ibid.*, homil. 2.

32. Sicut nos corporalia, sic propheta sensu spiritualia aspicunt: eisque illa sunt presentia, quæ nostræ ignorantie absentia videantur. *Ibid.*

33. Illi qui prophetia spirita replentur, per hoc quod aperte nuntiant de se, et non nunquam de se verba tanquam de aliis proferunt, indicant quia non propheta, sed Spiritus sanctus loquitur per prophetam. *Proec.*

34. Pro eo quod per prophetas sermo illi, ipsi loquantur de se, et pro eo quod inspirante Spiritu sancto loquantur, idem Spiritus sanctus per ipsos loquitur de ipsis. *Ibid.*

35. Consuetudo prophetie est, nunc ista, nunc illa conspiciere, et ab aliis in aliud subito verba derivare. Homil. 7 super *Esach.*

36. Qui prophetia spiritu plenus est, a vitiis proximi mala immanentia, bona studendo, declinat. *Ibid.*

37. Officium prophete est, ventura prænuntiare, nec non etiam ostendere. Homil. 3 super *Evang.*, super illud *Joan.* 1: *Non sum Propheta.*

38. Prophetia tribus modis fit videlicet, verbis, factis, et somniis. Super *Septem Psalm.* *Psalm.* vii.

39. Ad excelsum prophetie ministerium venit, qui ad celestia gaudia, quæ prædicat, mentem erigit, et ad ea amando assuevit, quæ loquendo monstrat. Lib. 4 in *I Reg.*, cap. 5, super illud: *Cessavit autem propheta.*

40. Prophetia mystica dicere, non solum verbis, sed etiam rebus consueverunt: plana profert, sed alta signare. *Ibid.*, lib. 5, cap. 1.

41. Prophetie spiritus prophetarum mentes non semper irradiat. Lib. 2 *Dialogi*, cap. 21, verbo *Prophetia. Proec.*

42. Quis dum Omnipotens Deus prophetia spiritum aliquando dat, prophetarum mentes elevat in celestium, dum aliquando subtrahit, eas custodit in humilitate.

43. Ut accipientes prophetie spiritum inveniant quid de Deo sint, et prophetia spiritum non habentes cognoscant quid sint de semetipsis. *Ibid.*

44. Recte propheta dicitur, non quia prædicat ventura, sed quia prodit occulta. Homil. 1 super *Esach.*

45. Spiritus prophetie nec semper, nec eodem modo prophetas animum tangit. *Ibid.*

46. Aliquando prophetie spiritus prophetis deest, nec semper eorum mentibus presio est: quatenus cum hunc non habent, se hunc agnoscunt ex dono habere cum habent. *Ibid.*

47. Omnis prophetia amigmatibus involvitur, et præcis sententiis, cum de alio loquitur, transit ad aliud. Lib. 5 super *Isaiam*, cap. xvi super illud: *Emittit opum.*

48. Summa prophetia est assidua mortis cogitatio. Super *Gen.*, cap. xxvi.

49. Mos est prophetarum omnium, de non factis ut de factis loqui: quia mentis oculis vident quæ post multorum annorum curricula sunt futura. Homil. 10, super *Gen.*

50. Prophetia venit quidam pictores sunt virtutis ac malitie: describunt enim peccatorum, justum, penitentem, stantem, cadentem, surgentem, et titubantem. Exposit. in *Superscript.* *Psalm.* 1.

51. Prophetarum ora, Dei sunt os et tale os nihil dicit obiter, et extra rem. Homil. 2 de *Verbis Isaiæ.*

52. Prophetia alia est ex præsentia, quæ impletur solummodo Dei operatione, et immutabilis est: alia ex iudicio operum, quæ impletur

hominum administratione, et mutabilis est. Homil. 1 super *Matth.* *Oper imperf.*

53. Sicut nubes bajulant pluviam, et effundunt eam super terram: sic propheta, qui nubes dicuntur, accipiunt verba a Deo, et effundunt super rationabilem terram. *Ibid.*, homil. 26.

54. Propheta sobria mente, et modesta et firma, quæ loquitur omnia, ut deest, novit. Homil. 20, super *I Cor.*

55. Propheta interpret est, sed Dei. *Ibid.*, homil. 30.

56. Prophetia etiam apud incredulos ignominia vocat, estimationem vero et commodum maximum habet. *Ibid.*

ACT. VI. 57. Prophetæ universi divino Spiritu repleti, nihil aliud quam de gratia Dei erga justos, et de ira ejus adversus impios, loquuntur. De *Ira Dei*, cap. 22.

S. BASIL. EP. SEN. 58. Prophetæ non passim loquebantur, sed quando placebat ei, qui in ipsis erat Spiritus, facultas nihilominus semper aderat. Homil. 60.

ROBERT. 59. Prophetæ medici quodammodo sunt animarum, et illic semper rei jubentur, ubi languentes sint. Homil. 11 in cap. xv *Hierem.*

S. PIERRES BRUNO. 60. Quoties nobis intonat propheticus clangor, tollis nos in pace cautos, et in prælio reddis invictos. Serm. 14.

HELD. JED. 61. Propheta interpret est Dei, victantis inbus occulta. De *Premis*.

62. Malum virum non est fas esse interpretem Numinis. Lib. de eo, *Quis rerum divinarum hæres sit*.

63. Omnis prophetia ad Christum tendit, et in Christo consummationem accipit. *Medit.* 1 de *Innovat.*, cap. 21.

64. Prophetia semper figuris variantibus loquitur, sed res una in omnibus invenitur. Serm. de *Somno Jacob.*

SENTENTIE PAGANORUM.

PLATO. 65. Divinis verbis utilis Deus, tanquam ministris et oraculo non tantis: ut nos qui audimus, intelligamus eos ipsos minime esse, qui hujusmodi res tantum momenti dicant, sed Deum esse qui illa dicat, et florum hominum ministerio nos alloquatur. *Sygyia in Itale.*

66. Fidei anima, et casta, et sapientia, propheta veritatis Dei est. *Sent.* 421. Vide etiam tit. *Moris*, sent. 203; *Miraculum*, sent. 38; *Psalmus*, sent. 92.

PROPOSITUM.

ETHOLOGIA. Propositum dicitur quasi proprie adunum, quod scilicet debeat quam citius adimpleri.

S. BONAV. DEFINITIO. Propositum est quid proponentis, præ-

cedens res quæ proponitur. Super lib. 4 *Sent.*, dist. 46, art. 1, quest. 4.

PROPOSITUM est mentis statutum absque fidelitatis obligatione, *Vel*, propositum est deliberata voluntas exequendi id, quod electum est ad aliud assequendum.

SENTENTIE PATRUM.

1. Qui declinat a bono proposito, lingua malleo confundit Christum. Serm. in *die Parasceves*.

2. Vos fratres exhortamur in Domino, ut propositum vestrum custodiatis, et usque in finem perseveretis. Epist. 81, ad *Eudox. abbatem*.

3. Nisi in proposito tuo perseveraveris, morieris. Serm. 8 ad *Frates in eremo*.

4. Qui rumpit propositum suum, Christum negat. *Ibid.*, serm. 60.

5. Malum est cadere a proposito, sed pejus est simulare propositum. Serm. 1 de *Comm. vita cleric.*

6. Certi estote, quia non erit inanis labor vester, si in bono proposito proficentibus perseveretis usque in finem. De *Gratia et libero arbitrio*, cap. 23.

7. Fraudem Deo facere videtur, qui proposito spiritalis vitæ relicto, ad sæculum revertitur. In *his Prover.*, verbo *Fraudem*.

8. Quis nos rovecat a proposito nostro, dno sunt: robur incerti operis, et desperatio excedende virtutis. In *his Sentent.*, verbo *Qui*.

9. Boni propositi truncum corruptentes vermes, sunt tentationes intrinsecæ, quæ tanto viciniores sunt, quanto familiariores, qui sæpe sub boni specie bonum propositum corrumpunt. Lib. De *Passione Dom.*, cap. 23.

10. Propositum sanctum non potest latere, quin se manifestet, et amor interior prorumpat in opus. Super *Luce*, cap. 1.

11. Non dat Deus sancta canibus: sed ubi bonum videt propositum, illic salutare sigillum et admirandum imprimi. *Cateches.* 1.

12. Nisi propositum voluntatis nostræ vi teneamus, facile a demonibus diripitur. De *Perfect. spirit.*, cap. 34.

13. Propositum implendi legem Dei, præcedere debet illius meditationem. In *Ancor.* super *Psalm.* 1, vers. 2.

14. Salutaria proposita, quia Deo inspirando concipiuntur, relinquere, magne est imperfectio, infirmitatisque, et remissæ charitatis indicium. *Ibid.*, super *Psalm.* xlix, vers. 15.

15. Illa proposita, quibus nos ipsos plena resignatione voluntatis astrinximus, maximo et diligentissimo adimplere debemus. *Ibid.*

16. Justum est ut sancta proposita quæcumque Deo inspirante concipiuntur, ad effectum perducere, et Deo persolvere laboremus. *Ibid.*

COLLECTOR.

S. ANTONIUS DE PADUA.

S. AUGUST.

V. BIDA.

S. BERNARD.

S. BONAV.

S. CYRILLUS BIEBOSOL.

S. DIACON.

FRANCISCUS TIELM.

S. JOHANNES CHRYSOST.

RUSSO.

S. THOMAS AQUIN.

17. Probatum infirmum et horarum fuisse propositum, nisi illud homo reddere, et ad effectum operis adimplentis perducere studiose laboret. *Ibid.*

18. Quasi secundum aliquem modum Deo qui consecrat et addicit quod firmo proposito se facturam decernit, etiam non omnino sibi necessitatem imponat. *Prose.*

19. Ac proinde quasi mentitur Deo, qui se firmo proposito Deo addictum non prestat. *Ibid.*

20. Minus est nudum desiderium, quam firmum aut forte propositum. *Ibid.*

21. Ingratus proculdubio homo ille iudicabitur, si liberatus a quacunque tribulatione, bonum cordis propositum, quod Deus aspiciat, non studeat adimplere. *Prose.*

22. Quemadmodum si quis in infirmitate gravi positus, propositum bonum faciat, si Dei clementia sanitatem recuperet: Deus autem propositum bonum aspiciens, desiderium implet egrotantis: quis non huiusmodi hominem ut ingratum iudicabit, si postea negligat, que in tribulatione propositum? *Ibid.*, super *Psalm.* lxxv, vers. 42.

23. Cras quod semper promittitur, vix nunquam reperitur, ut bonum quod propositum, differendo non invenitur. Lib. 6 in *I. Regum*, cap. 1, super illud: *Et dixerunt ad eam habitatores.*

24. Quisquis bonum majus subire propositum, bonum minus quod hinc illicitum fecit. Part. 3, *Pastor.*, cap. 1, almonit. 28.

25. Dura sunt que contra usum spiritaliter animo proponimus: et tamen omnes Dei leve est, postquam hoc ferre coeperimus. Homil. 17, super *Ezech.* super illud *Math.* vi: *Intrate per angustam portam.*

26. Tanto audacius nunc mala proponuntur, quanto jam cum robusta juventute seculi, robur exaruit humane conditionis. *Prose.*

27. Tanto difficilius quod male est propositum revocatur, quanto ex laxato vigore spiritus mens carnalis efficitur.

28. In malo proposito reprehensi resistimus, et salubriora majorum consilia insuperabili malo pervicacia vincere conamur. Lib. 4 in *I. Reg.*, cap. 1.

29. Mali malum cito proponunt, et a malo proposito non celatim recipiunt. *Ibid.*, cap. 2.

30. Præmittenda sunt proposita mala, non implenda: sic quippe a proposito desistere, non est vitium levitatis, sed virtus discretionis. *Ibid.*, lib. 5, cap. 4.

31. Ubi honor non est, ibi contemptus est: ubi contemptus, ibi frequens injuria: ubi autem injuria, ibi est indignatio: ubi indignatio, ibi quies nulla: ubi quies non est, ibi mens a proposito sepe deducitur. Epist. 1 ad *Heliodor.*

32. Nihil in sancto proposito otio deterius est, quod non solummodo non acquirit nova, sed etiam parata consumit. Epist. 1 ad *Demetriad.*

33. Coeptum propositum ad finem conserva: quia non inchoasse tantum, sed perfectisse virtus est. Epist. 14 ad *Mauricii filium.*

34. In monasteriis sicut unum propositum, unus et animus est. Super *Psalm.* cxxxiii, vers. 1.

35. Non tam statum, quam propositum respicit Deus. In *Soliloq.*, de *Arrha animæ.* *Prose.*

36. Nec quid sis, sed quid esse velis, attendit: si tamen tu quantum potes satagis, ut quod adhuc esse non coepisti, esse merearis. *Ibid.*

37. Quatuor sunt que revocant a bono proposito: amor voluptatum, ambitio dignitatum, timor asperitatis, diffidentia persistendi. Super *Prov.*, cap. xv.

38. Quatuor sunt que retardant hominum propositum: amor parentum, fiducia longioris vite, multitudo consiliariorum, timor propriæ debilitatis. *Ibid.*

39. Mirabile est de multis, qui multis annis conceptum boni propositi in utero portant, et parere non possunt, quia nolunt. Super *Math.*, cap. viii.

40. Cogitatio de dono sua, et de parentibus, quam revera diabolus immittit sub quadam discretionis specie, multos averit a bono proposito, et multis fuit occasio perditionis. Super *Luce.*, cap. ix.

41. Quid utilitatis habet conditionis dignitas, animi deficiente proposito? Serm. 8, super *Epist.*, ad *Ephes.*

42. Tota merces est propositi, numerus ille innumerabilis manet incoronatus: virginitate quidem habens, sed virginitatis propositum non habens: neque enim Deus acceptum fert, quod fit ex necessitate, sed quod ex proposito recte fit. Homil. super *Psalm.* xcvi.

43. Propositum bonum, malum quoque execret: malum autem opus, bonum propositum condemnat. *Prose.*

44. Bonum opus malum propositum non excusat, malum autem propositum, bonum opus condemnat. Homil. 19, super *Math.* *Oper. inopert.*

45. Dons non secundum honorum operum exercitium, sed juxta factoris propositum coronas largiri solet. Homil. 3 super *I. Cor.*

46. Ex bono proposito gignitur laborum tolerantia. *Grada* 26.

47. Quantumcumque propositum firmum fuerit alioquin boni, si non quotidie innovatur, cito extinguatur. Super *prolog.* *Regule S. Bened.*, cap. 2, text. 9.

48. Ubi propositum bonum derelinquitur, religio minime servatur. *Ibid.*, cap. 2, text. 12.

HUGO A. VICTORE.

HUGOCARD.

S. JOANNES GREGORIUS.

S. JOANNES CLIM.

JOANN. TESTI.

49. Non diu stabiles in sancto proposito consistentes, nisi quotidianis exercitiis fervorem spiritus continue renovemus. Lib. 1, homil. 2 ad *Monachos.*

50. Nemo in sancto proposito stabilis et firmus potest persistere, qui fervorem mentis non quotidie per aliquod exercitium studet innovare. Part. 2 de *Spiritual. exercit. Monachor.*

51. Ad quid sanctum differis propositum de die in diem? Cur hodie non incipis, quod in crastinum proponis? De *Vanit. et miser. humane vite*, cap. 3.

52. Nunquam fuit firmum propositum, quod tam facile potuit amitti. *Ibid.*, cap. 4.

53. Ad boni sanclique propositi habitum non studeat quotidie renovare. *Ibid.*

54. Propositum qui differendo negligit, turpiter amittit. *Ibid.*, cap. 8.

55. Mora mutat propositum, et bonæ voluntatis dilatio frustrat effectum. Orat. 1 in *conventu Abbat. habitis.*

56. Fervor sancti propositi cito nimis amittitur, nisi quotidiano exercitio renovetur. *Ibid.*, orat. 5.

57. Non est verum propositum, quod moræ subit periculum. Epist. 16 ad *Nicol. presbyt. Meritocor.*

58. Animus queritur, et propositum ponderatur. Lib. 6 de *Divin. inst.*, cap. 12.

59. Nihil in sancto proposito otio deterius, quod non solummodo non acquirit nova, sed etiam acquisita consumit. De *Ligno vite. De Timore*, cap. 2.

60. Propositum Monachi proprio arbitrio, aut voluntate susceptum, deserti non potest absque peccato. Epist. 92 ad *Rustic. Narbon. episc.*, cap. 13.

61. Ambigi non potest crimen magnum admitti, ubi et propositum deseritur, et consecratio violatur. *Ibid.*, cap. 15.

62. Persiste in sancto proposito, etiam si tallies in die laboras. In *Speculo spirit.*, cap. 6.

63. Sancti ad honesti propositi dilatio, magis ruina est. Epist. 9, ad *Quantian.*

64. Auget merita virtutis, qui propositum non violat religionis. Apud *D. August.*, sent. 31.

65. Propositi instabilitas perinet ad evagationem mentis. 2, quest. 35, art. 4.

66. Propositum aliquam præ exigat deliberationem, cum sit actus voluntatis. *Ibid.*, quest. 88, art. 1.

67. Omni die renovare debemus propositum, et ad fervorem nos excitare. Lib. 1, de *Imit. Chr.*, cap. 19.

68. Si fortiter proponens sepe deficit, quid ille

qui raro aut minus fixe aliquid proponit? *Ibid.*, cap. 19, sect. 2.

69. Variis modis contingit deserto propositi nostri: iustorum propositum in gratia Dei politus quam in propria sapientia pendet, in quo et semper confidit quidquid arripuit: nam homo proponit, sed Deus disponit. *Ibid.*

70. Si pietatis causa propositum omittitur, facile postea poterit recuperari: si autem tedio animi, aut negligentia faciliter relinquitur, satis culpabile est, et nocivum sentitur. *Ibid.*, cap. 19, sect. 3.

71. Semper aliquid certi proponendum est, et contra illa precipue, que amplius nos impediunt. *Ibid.*

72. O quanta fragilitas humana! nunc propositis cavere, et post horam agis quasi nihil proponis. *Ibid.*, cap. 22, sect. 6.

73. In veritate non est virgo, neque maritata, neque monachus, neque secularis, sed Deus tantum propositum querit. Lib. 3, num. 97.

SENTENTIE PAGANORUM.

74. Necessesse est, qui recte sapit, ad melius propositum se disponere. Lib. 7, *Polit.*, cap. 2.

75. Actionis tam bonæ, quam malæ principium est propositum, et voluntas. Lib. 1, *Magnor. moralium*, cap. 12.

76. Propositum finis non est, sed ad finem tendit. *Ibid.*, cap. 18.

77. Propositum est in eis, que sub actionem cadunt, et eis ipsis, in quibus nostrum sit agere et non agere. *Ibid.*

78. Memor casto propositi tui. Lib. 10, epist. 43, ad *Trojanum.*

79. Inconstans non perseverat in eo quod propositum, sed transit: et in ea que deseruit ac dimovit, fredit et revolvitur. Epist. 20.

80. Vita sine proposito vaga est. Epist. 95. Vide etiam tit. *Dilatatio*, sent. 71; *Mendacium*, sent. 74; *Monachus*, sent. 6; *Novitius*, sent. 43, 44, 59; *Parentes*, sent. 122; *Profectus*, sent. 116.

PROPRIETAS.

Definitio. Proprietas est dominium rei iustis modis questuum. Part. 4, tit. 12, cap. 4, § 6. Proprium illud est, de quo dispensare licet, juxta propriam voluntatem, omni assensu alio circumscripto. In *Speculo disciplina*, part. 1, cap. 4.

87. Ex bonitate vultus nihil emolumenti, ex pulchritudine autem animae tanta licet bona lucrari, quanta congrue possidet, qui Deum habet amatorem. Homil. in dictum Apost. *Unam telesse.*

88. Diurna exercitatio, et labores, et tolerantia, et moderata mensa, et virtus simplex, et medicata stabiliora corpora reddunt, et formam praetera plurimum jurant. Homil. 39 super I *Cor.*

89. Externa corporis pulchritudo plerumque est multum superbiae et arrogantiae, atque in zelotypiam conijcit, absurdiora plerumque suspicari. Serm. 20 super *Epist. ad Ephes.*

90. Quid cuncto pulchrius? quid pulchrius astris? sed constructa facit, ut talis ac tanta pulchritudo non ita stupefaciat homines. *Ibid.*

91. Benevolentia, animus modestus, mansuetudo in uxoriis, istae sunt pulchritudines. *Ibid.*

92. Maxime et innumeris incommodis pulchritudo subjecta est. Homil. 4 super II *ad Thim.*

93. Qui habet uxorem eximia pulchritudinis, nihil eo reputat esse deterius, quando illa pulchritudo suspicatio maxime prebet locum. Homil. 4 super II *ad Thim.*

94. Vis apparere pulchra? pulchritudinem corporis contamine, et animam orna. Homil. 28 super *Epist. ad Hebr.*

95. Et si totum mundum constituas, nihil in comparatione animae pulchritudinis deputatur: illa pulchritudo semper floret, semper viget. *Ibid.*

96. Corporis pulchritudo fugit antequam clarescat: sed etiam cum apparuit, nullo pudice habet admiratores. *Ibid.*

97. Pulchritudinis corporis substantia est pituita, sanguis fluidus, atra bilis, succus cibi bene mansi: talibus pigmentis oculi, genae, et reliqua membra viciantur. Epist. 5 ad *Theodor.*

98. Vis pulchra et honesta videri? contenta sis Creatoris tui figmento, Quid aurea ornamenta indolis, inquam figmentum Dei correctura? *Prose.*

99. Vis decora et honesta apparere? indue misericordiam, indue benignitatem, indue temperantiam et animi modestiam. Cuncta haec auro sunt pretiosiora, ista pulchritudinem quoque venustorem efficiunt, ista etiam eam qua formosa non est, formosam reddunt. Serm. 40 super *Epist. ad Coloss.*

100. Decor atque pulchritudo certissima, intendit, majoresque columnas atque pericula, suspitionesque quamplures parit. *Prose.*

101. Ea vero quam non hujusmodi decor illustrat, suspicione carebit: quae autem formosa est, nisi magno studio, et nimia utatur continantia atque honestate, opinionio prolixius pensativa locum dabit. Homil. 4 super I *Tim.*

102. Nihil profecto habet amplius mulier, quam formosa fuerit, quam deformis: sed ea merito plus habere pulchritudinis dicitur, quam merito virtutis excellit. *Ibid.*

103. Quid est mulier pulchra? sepulchrum dealbatum, nisi pudicitia praedita sit: etenim pulchritudo et morbo faciosit et morie interrumpitur. Lib. 4 *Parall.*, cap. 76.

104. Quis pulchritudo mundi, a summa pulchritudine formata est. Orat. 7 in *Conventu abbat. habita.*

105. Qui per amorem pulchritudinis creaturae a Creatoris forma se abstulit, rursus per evertitur decorum ad Creatoris pulchritudinem revertatur. Lib. 1 de *Sion. bona*, cap. 4, sect. 2.

106. Omnis hominis pulchritudo non ex corpore, sed ex spirituali ejus natura procedit. *De interiori conficito*, cap. 7.

107. Vera pulchritudo est spiritualis, et mentis tantum oculo conspiciatur. In *Speculo spirit.*, cap. 3.

108. Quid est caro quantumlibet etiam pulchra et elegans apparent, nisi stercus, et putredo, et ingens foetor? *Prose.*

109. Si detrahatur pellicula tenuissima, quam magnam pulchritudinem pra se fert, jam ipsa caro tota deformis erit. In *Speculo spirit.*, cap. 8.

110. Forma vincit armatos, ferrum pulchritudo captivum, vincuntur speles qui non vincuntur praelio. Homil. 20 in cap. *xxv. Numer.*

111. Pulchritudo momentanea pene prius marcescit quam floreat. *De Joseph.*

112. Quidquid speciosum videtur sensibus, a sola pulchritudine animae, ut imperfectum vincitur. *De verbis: Respicit Nos.*

113. Venustata ac decore non indiget quod perfectum est. In *Enchiridio Celestia.*

114. Ubi pudicitia, ubi vacua est pulchritudo: quia proprie usus et fructus pulchritudinis corporis est luxuria. *De cultu feminae*, cap. 3.

115. Dignitas formae angelis Dei non est necessaria, quo possidentibus est gravis, appetentibus exitiosa, obijunctis periculosa, exposita tentationibus, circumdata scandalis. *Ibid.*

116. In pulchritudine gloriari, vanissimum est et vitiosum. *De Discip. claustr.*, cap. 42, sect. 2.

SENTENTIA PAGANORUM.

117. Pulchritudo consistit in colore figurisque, oblectantibus moderatisque. Lib. 4 *Theolog.*, cap. 5.

S. JOHANNES DAMASC.

JULI. VIET.

S. JERON.

S. LACRINI. JUSTIN.

ANDRONEUS. EPIPHAN.

S. ANTONIN.

ORIGENE.

LANTONIDE DE PADOA.

S. AUGUST.

S. SYRINUS EPISCOPUS.

TERTULL.

THOMAS A. AQUINO.

ARISTOTE.

118. Si quisquam dicat pulchritudinem inveniri in corpore; etiam dicimus quod illa est naturae: sed pulchritudo animae existit melior, ut a qua formositas natura procedit. *Ibid.*, cap. 5.

119. Forma dignitas aut morbo dellorescit, aut vetustate extinguitur. Lib. 4 de *Arte rhet.*, ad *Herenn.*

120. Sicut corporis est quedam apta figura membrorum cum coloris quadam suavitate, eaque dicitur pulchritudo: sic in animo opinionum judiciorumque aequalitas et constantia, cum firmitate quadam virtutem subsequens, aut virtutis vim ipsam continens, pulchritudo vocatur. Lib. 4 *Tusc. quest.*, num. 31.

Vide etiam lib. *Animus*, sent. 57; *Aspectus*, sent. 85; *De titulo*, sent. 67; *Christus*, sent. 47; *Concupiscentia*, sent. 79; *Facies*, sent. 17; *Fucus*, sent. 20, 21, 33, 33; *Homo*, sent. 53; *Mensa*, sent. 24; *Metricum*, sent. 83; *Mores*, sent. 60; *Oculus*, sent. 10; *Oratus*, sent. 77, 78, 79; *Piacere*, sent. 8; *Vita aeterna*, sent. 34, 35.

PUNITIO.

SENTENTIA PATRUM.

1. Impunita nutritur audacia. *De Noe et arca*, esp. 40.

2. Nullus punitur sine culpa, quia poena est mensura culpas: ubi autem non existat mensurandum, mensura locum non habet. Part. 1, tit. 20, cap. 1.

3. Licet videatur multis crudelitas punire reos ad mortem, et graviter punire crimina; non tamen crudelitas, sed iustitia et claritas est. Part. 2, tit. 8, cap. 6, § 3.

4. Vere peccans, alterius peccatum castigare non valet. Serm. *Dom. 4, post Trinit.*

5. Quique magnopere observent, eum vindicant, ne nimium sit: cum ignoscunt, ne parum. *Prose.*

6. Nihil puniant, quod non valeat ad melius, nihil indulgenti, quod vertat in pejus. Lib. 2 de *Ordine*, cap. 8.

7. Non frustra instituta sunt potestas regis, vis gladii cognitoris, angula carnificis, arma militis, disciplina dominantis, severitas etiam boni patris, libent omnia modesti sicut, causas, rationes, utilitates. *Prose.*

8. Haec cum timentur, coercentur mali, et quietus inter malos vivunt boni. Epist. 54 ad *Macedoniam*.

9. Nihil aliud agit, quem veruciter poenitet, nisi ut id quod mali fecerit, impunitum esse non sinat. *Prose.*

10. Eo modo sibi non parcenti ille parci, cuius altum justumque iudicium nullus contemptor evadit. Epist. 54 ad *Macedoniam*.

11. Pertinet ad innocentis officium non solum nemini malum inferre, verum etiam cohibere a peccato, vel punire peccatum, ut aut ipse qui peccavit corrigatur experimento, aut alii terrentur exemplo. Lib. 19 de *Civitate Dei*, cap. 16.

12. Melius ordinatur natura, ut iuste doleat in supplicio, quam ut impune gaudeat in peccato. *De natura boni*, cap. 9.

13. Ille justus punitur, qui non habet quod in illo puniatur: ille justus reprehensum, qui non habet quod in illo reprehendatur. Super *Psalin.* 1, vers. 5: *Tibi soli peccavi.*

14. Omnis iniquitas parva magnave sit, puniatur necesse est, aut ab ipso homine poenitente, aut a Deo vindicante: nam quem poenitet, punit seipsum, aut poenitens, aut poenit: vis non poenit: poenit tu. Super *Psalin.* lxxv, vers. 6.

15. Saeculi laetitia est impunita nequitia. *De verbis Dom.*, serm. 37.

16. Non est crudelitas punire reatum, sed iustitia: non tyrannicum, sed divinae rectitudinis iudicium. Serm. 43 ad *Frates in exilio*.

17. Nulli peccatorum impunitas est relaxanda. Habet, in *Inventis Gratianis*, part. 2, causa 23, quest. 4, can. *Duo*, § *In*.

18. Peccans creatura superior, a creaturis inferioribus punitur. Lib. 3 de *Libero arbitrio*, cap. 9.

19. Voluntas punitur, sive animi supplicio, sive corporis: ut que delectatur in peccatis, ipsa plectatur in poenis. Epist. 49, quest. 4.

20. Laudet misericordiam qui liberatur, non culpae iudicium qui punitur. Epist. 106.

21. Deus nunquam ita poenit voluntatem malam, ut naturae perinat dignitatem. Lib. 8 de *Gen. ad litt.*, cap. 23.

22. Quibusdam punitis, plurimi corriguntur. *Ibid.*, lib. 14, cap. 1.

23. In miseris generis humani laudatur iustitia poenitentis. Lib. 22 de *Civitate Dei*, cap. 24.

24. Si multum peccatum nunc puniret aperte divinitas, nulla esse providentia Dei crederetur. *Ibid.*, lib. 1, cap. 8.

25. Merito malus punitur affectus, etiam cum non succedit effectus. *Ibid.*, lib. 46, cap. 4.

26. Deus nec iusto, nec peccatoris parci, illum flagellando ut filium, illum puniendo ut iniquum. Lib. 22 *contra Faust.*, cap. 20.

27. Liberum arbitrium si non dedisset Deus, iudicium puniendi nullum justum esse posset. *Contra Fortunatum*, disput. 2.

28. Humane leges puniunt peccata etiam a Deo remissa. Lib. 3 de *Anima et ejus orig.*, cap. 9.

29. Nullum Deus poenit indignum. Lib. 5 *contra Julian.*, cap. 3.

S. BERNARD.
SEMIEN.

30. Nulla in principatu bestia severior, quam impunitas delinquendi. *Serm.* 20, art. 2, cap. 4.

31. Non eris amore dignus, qui indignus castigatione censuris. *Serm.* 42 super *Cant.*

32. Non eris innocens, si aut purius eum qui forte parcendum esset; aut parcius ei qui fuerat puniendus. *Lib. 2 de Consid.* ad *Eugen. Pap.*

33. Impunitas injuriæ scholæ, insolentia mater, radix impudentiæ. *Ibid.*, lib. 3.

34. Impunitus ausum parit, ausus excessum. *Ibid.*, lib. 4.

35. Malum impunitum esse non potest; si non puniatur hic propria voluntate, puniatur alibi sine fine. In *Declam.*

36. Multo infideliores improbi sunt injusta impunitate donati, quam justa ultione puni. *Proser.*

37. Sed punire improbos, justum: impunitus vero elabi, iniquum esse manifestum est. *Lib. 4 de Consolat. philo.*, prosa. 4.

38. Justitia non punit, quod natura compellit. *Homil.* 5.

39. Castigatio est bono et utilitati ejus qui castigatur. *Lib. 4 Prælat.*, cap. 6.

40. Si quis per ignorantiam labitur, hunc minimo equum est poena afflicti: si demum supplicio afflicti debet, qui improbus animi affectione peccat. *Habetur apud D. Joannem Damascenum*, lib. 2 *Parall.*, cap. 28.

41. Non est malum puniri, sed dignum esse supplicio, malum est. *De divin. nomina.*, cap. 4.

42. Punire malum, claritas est. *Epist. ad Damas. Pap.*, de morte *D. Hieron.*

43. In eo in quo quis offendiit, dignus est puniri. In *Elucidat.*, super cap. xxxi *Job.*

44. Sciunt in abolitione remissa punitio, recidivo dolore non debet iterari. *Epist. ad Gerontium, Joannem, Germanum et Petram episcopos.* *Habetur in Decretis Gratiani*, part. 2, causa 23, quest. 4, can. *Si illic.*

45. Commisum est scleratius, quod puniatur durius. In *Decretis Gratiani.*

46. Non solum qui faciunt, puniuntur; sed et qui consentiunt facientibus. *Super Levit.*, cap. 20, in illud: *Qui consenserunt et.*

47. Nescit impius malis que facit, nisi eum puniri experit. *Super Job*, 47: *Cum reddiderit, tunc sciet.*

48. Maxima consolatio iis est, qui puniuntur, punientis Dei cognitio. *Super illud Ezech. 7: Et scietis quis ego Dominus.*

49. Qui equaliter peccant, equaliter puniuntur. *Super Osee*, cap. 4.

50. Nihil prodicit alicui non puniri de proprio, qui puniendus est de alieno peccato. In *Decret.*, part. 4, dist. 86, can. *Faciatis.*

DOKTICUS.

S. CECILIUS
ABRILAT.

CLEM. ALEX.

DIODORUS
ALEX.

S. DIONYS.
AREOPAG.

S. EUSEBIUS
CESARIENS.

FRANCISCUS
VITELMAN.

GEORG. PAP.

GLOSS. DEC.

GLOSS. INT.

GLOSS. ORD.

GLOSS. INT.

GRATIANS.

51. Magis diligenter illi, qui puniuntur, quam qui impuniti relinquuntur. *Ibid.*, part. 2, can. *Si non*, § *Quod vindicta.*

52. Uniuscujusque nequitia eo fit ad perpetrandum facilis, quo difficilis ad puniendum. *Lib. 33, Moral.*, cap. 4.

53. Omnis per quem nascitur esse aliena vitia corrigi, semetipsum prius debet solerter intueri, ne dum aliorum culpas disciscitur, ipse ulciscendi furor superetur. *Proser.*

54. Plerumque mentem sub obtentu justitia, ire immanitas vastat: et dum quasi sevit zelo reprobationis, rabiem explet furoris, justoque se facere asserunt quidquid ira requirit dictat. *Ibid.*, lib. 26, cap. 28, num. 36.

55. Melius est pro multorum salute, ut unus condemnetur, quam per unius licentiam multi periclitentur. *Lib. 12, in Registo*, indict. 7, cap. 24, epist. 31, ad *Felicem episcopum Siciliæ.*

56. Non est eruditus, pro Deo crimina punire, sed pietas. In *Regula monachor.*, cap. 6 de *Correctione.*

57. Homo ad hoc puniit, ut perdat: Deus ad hoc corrigit, ut emendet. *Lib. 3, super Ocean.*, cap. 44, super illud: *Quomodo dabo te, Ephraim?*

58. Melius est pro multorum salute, ut puniatur unus, quam per unius exemplum plurimi periclitentur. *Super Regul. D. August.*, cap. 7.

59. Dominus semper punit citra meritum peccatoris, et tamen juxta debitum, id est, quantum debet, et quantum previdit. *Super Num.*, cap. 15.

60. Dominus punit malos poena particulari, ut aliis qui non puniuntur, licet sint multi, corrigantur. *Proser.*

61. Quandoque punit malos generaliter, et tunc bonos jubet separari a malis, ne involvantur a poena, et ut cautiores fiant visa poena malorum. *Ibid.*, cap. 16.

62. Justos misericorditer hic punit Deus, ne puniat in futuro, vel ut minus puniat. *Super Deut.*, cap. 8.

63. Justum est, ut per que quis peccat, per hæc et torquetur. *Super Prover.*, cap. 20.

64. Non est voluntas Dei mors nostra, sed salus: quia eius progreum est miseri, et cometas punit. *Super Ezech.*, cap. 18.

65. Deus punit ex justitia, et Deus punit ex misericordia. *Super Epist. ad Romanos*, cap. 9.

66. Malum peccanti non est, eo quod puniatur: sed hoc malum est, eo quod eum peccando male habeat, non puniatur. *Serm.* 9 super *Epist. ad Romanos.*

67. Punitio mater est salutis. *Homil.* 44, super *II Cor.*

68. Deum offendisse, quam puniri gravius est. *Homil.* 48 ad *Populum Antioch.*

S. GREGOR.
MAGNUS.

S. JOHANNES
DAMASC.

LACT. FIRM.

PERITUS
HELMENS.

S. BILSON.

HUGO JUN.

HUGO A. S.
VICTORS.

SAUVANUS.

HUGO CARD.

S. SPERIDIUS
TREGORUS.

SABIDORUS.

S. THOMAS
ACQUINAS.

S. JOHANNES
CHRYSOST.

CICERO.

69. Beatus ille maximo est, qui hic puniatur, ut omnibus abjectis delictis, probatus et purgatus hinc exeat, et innocens. *Homil.* 5 super *Epist. ad Hebr.*

70. Sponte nostra peccata puniamus, ne pendamus non sponte supplicia. *Ibid.*, homil. 31.

71. Non ii duntaxat, qui imple se gerunt, puniuntur: sed ii etiam, qui cum elios ab impletate abducere queant, ob segnitiam tamen ac socordiam id facere recussant, eadem poena afficiuntur. *Lib. 4 Parall.*, cap. 42.

72. Index integer ac bonus dicitur, cum indifferenter malefacta vindicat. *De Ira Dei*, cap. 17.

73. Bonorum salutem custodit, qui malos puniit. *Ibid.*

74. Nemo prudens punit, quia peccatum est: sed ne peccetur, punit. *Ibid.*, cap. 18.

75. Impunitas est negligentia filia, contumacia mater, radix peccati, nutritrix adulterii et incestus, mortis æterne preambula, preparatrix inferni. *Tract. de Inst. epic.*

76. Per impunitatem, impiorum malitia coalescit; per hæc in suis stercorebus miseri computrescant. *Ibid.*

77. Quid opus est poenas ab incantibus exigere? Qui solus peccavit, solus puniatur. *Lib. de Joseph.*

78. Ipse sibi parat peccator quod possit: nihil itaque, nihil in nos crudelius nobis: nos, inquam, nos etiam Deo nolente cruciamus. *Proser.*

79. Cum dixerim ob peccata nostra nos puniri a Deo, nunc dicam nos puniri a nobis: utrumque verum est.

80. A Deo quippe puniuntur, sed ipsi faciunt ut puniamur: cum autem punire nos ipsi faciunt, qui dubium est, quin ipsi nos nostris criminibus puniamus?

81. Quis quicumque dat causam qui puniatur, ipse se puniit. *Lib. 8 de Gubern. Dei.*

82. Impunitum esse, inter mala contumnerari et dici et audiri: igitur puniunt esse, in bonis causebitur. *Epist. ad Joann.*

83. Maxima consolatio iis est, qui puniuntur, penitentis Dei cognitio. *Sectione 2 super Ezech.*, in illud: *Et scietis, quis ego Dominus.*

84. Punitio malorum est acerbis, justa, et digna. *Super II ad Thessalon.*, cap. 1, lectione 2.

SENTENTIA PAGANORUM.

85. Prohibenda maxime est ira in puniendo: nunquam enim tantum iratus, qui accedit ad puniendum, mediocritatem illam lenitatis, que est inter iratum et parum. *Lib. 4 Offic.*

86. Opandum est, ut hi qui præsumunt rebellare, legum similes sint, que ad puniendum, non iracundia, sed equitate ducuntur. *Ibid.*

87. Qui iniuste agunt, puniuntur, ut illorum exemplo ceteri poenarum illis indiciarum terrore concutiantur. *Sizygia 2, in Dialogo Protagora.*

88. Nemini unquam scelus impune codat: sed vel exilio, vel morte, vel vinculis, vel verberibus luat. *Sizygia 4, lib. 9 de Legib.*

89. Quantum admisi reus, tantum esse vindicandum. *Lib. 2, epist. 41 ad Arrianum.*

90. Aliquando castigatio necessaria est, sed hæc sincera, cum ratione: non enim nocet, sed modestè specie nocendi. *Lib. 1 de Ira*, cap. 5.

91. Nemo prudens punit, quia peccatum est, sed ne peccetur. *Ibid.*, cap. 16.

92. Salis est poenarum, potiusve puniri. *De Moribus.*

93. Execrabile tibi sit, etiam iusto, vindicandi scilicet causa, aliquid punire. *Sententia 252.*

Vide etiam tit. *Correctio*, sent. 52; *Exemplum*, sent. 59; *Finis*, sent. 43; *Iniquitas*, sent. 62; *Invidus*, sent. 37; *Judicium in genere*, sent. 46; *Justitia Dei*, sent. 46; *Mandatum Dei*, sent. 29; *Pænor*, sent. 44; *Peccatum in genere*, sent. 150; 253, 374; *Pæno*, per totum; *Prælati*, sent. 104; *Regimen*, sent. 55, 56; *Remuneratio*, sent. 9.

PURGATORIUM.

Definitio. Ignis purgatorius est ignis corporalis, que tantum spiritus justorum, qui in hæc vita non impleverunt penitentiam et satisfactionem condignam, affliguntur. *Part. 7 Brevisquæ*, cap. 2.

Purgatorius ignis est locus in prima correctione minus correctorum, et in secunda periclitandorum. *Lib. 4 de Sacramentis*, part. 8, cap. 2.

Ignis purgatorii est, ubi purgabitur quod hic non purgatur. *Super Math.*, cap. 18.

Purgatorium est carcer, in quo detinentur amici nostri, et parentes nostri mortui. *Part. 4, serm. 2 pro Defunctis.*

Purgatorius ignis est, per quem in salvanda peccati rutiligo consumitur. *Part. 1 de Judicaria* *joheitate.*

Purgatorium est domus plena ignis, qui virtute divina cruciat animas magis, quam si essent in furno ardenti. *Part. 4, serm. 2 Don.* *Seragocima.*

SENTENTIA PATRUM.

1. Ad proximos, qui sunt in purgatorio, vera habenda est compassio, ut eos a tanta acerbitate poenarum, quas sustinent, dignetur Deus eripere. *De Pœnorum antior*, part. 1 de *Virtut.*, cap. 12.

2. Videmus quosdam aliquibus peccatis obnoxiosos virginitatem corporis usque ad mortem servasse, quos credimus per ignem purgatorum esse

PLINIUS II.

SENeca.

SIXTUS
PHILOSOFFUS.

S. NONAV.

HUGO A. S.
VICTORS.

HUGO CARD.

JOAN. GERS.

RICHARD. A
S. VICTORS.

S. VINCENT.
FERREAS.

S. ALBERTUS
MAGNUS.

S. AMBROS.

purgandos, ut in iustorum numero quandoque adscribi mereantur. Super *Apoc.*, cap. xiv.

3. Multo sine mundi instante ignis purgatorius purgando cremabit, sed ante iudicium absoluti, in sanctorum collegio recipiuntur. *Ibid.*, cap. xx.

4. Sicut aurum quod ex aliis permitionibus sordidum efficitur, per ignem purgatur: ita et defuncti a seculis, quis ex mundanis seculis contraxerunt, per ignem purgatorii mundantur. *Ibid.*, cap. xx, in *Ilad: Habes fundamenta doctrinae.*

5. Anima cum separatur a corporibus, quia secura portant aliquid infectionis: vadunt ad locum temporali purgationis. Part. 1, tit. 5, cap. 5.

6. Sciendum est quod cum anima recedit a corpore, si non est plene purgata, et libera ab omni culpa, et debito poenae, non est idonea ad intrandum regnum caeleste: sed est mediis locis, qui purgatorius dicitur, quo destinatur ob sui puritatem ad tempus. *Ibid.*, cap. 5, § 1.

7. Sunt quatuor animarum poenae, quae sunt in purgatorio: prima est ex privatione visionis Dei ad tempus; secunda est ex insultatione et visu daemonum; tertia est ex cruciatione materialis ignis; quarta est ex consideratione negligentiae subventionis. *Ibid.*, cap. 5, § 4.

8. Anima educuntur de purgatorio, primo, per modum intercessionis; secundo, per modum redemptionis; tertio, per modum propriae solutionis; quarto, per modum alienae pro eis afflictionis. *Ibid.*, cap. 5, § 3.

9. Sicut sub eodem igne aurum rutilat, et palea fumat: sic item iusti et reprobi cruciat et electi purgat. Part. 1, tit. 8, cap. 1, § 4.

10. Diaboli visus anima torrens a corpore sustinet poenam purgatorii, vel quia moritur cum venialibus, vel ex eo quod quis non satisfacit plene poenis debitis pro peccatis suis, moriens tamen in gratia statu. *Ibid.*, tit. 10, cap. 2, § 1.

11. Nonnullos fideles latet per ignem purgatorium, quanto magis minusve bona peremissa dilexerunt, tanto tardius citiusve salvari. In *Enchirid.*, cap. 69.

12. Qui agrum non coluerit, id est, animam suam non mundaverit, et spiritus cum opprimi permiserit, habebit in hac vita maledictionem terrae suae, et post hanc vitam habebit vel ignem purgatorium, vel poenam eternam. Lib. 2 de *Genesi, contra Manich.*, cap. 20.

13. Nec purgatorium sentiunt, qui in fine baptizantur. De *veru et falsis poenit.*, cap. 17.

14. Prius purgandus est in igne purgationis, qui in aliud saeculum distulit, fructum conversionis. *Ibid.*, cap. 18.

15. Ignis purgatorius et si aeternus non sit, miro tamen modo est gravis: excedit enim omnem poenam, quam unquam passus est aliquis in hac vita. *Ibid.*

16. Nunquam in carne tanta inventa est poena, quanta in purgatorio, licet mirabilia passi sint martyres tormenta, et multi nequiter iniqui tanta sustinuerint supplicia. *Ibid.*

17. Studet quilibet sic delicta corrigere, ut post mortem non oporteat poenam purgatorii tolerare. *Ibid.*

18. Gravior est ille ignis, quam quidquid potest homo pati in hac vita. Super *Psalm.*, xxxvii.

19. Ita peccata in hoc saeculo purgantur, ut in futuro ignis purgatorius, aut non inveniat, aut certe parum inveniat quod exurat. Serm. 4 pro *Defunctis.*

20. Tandem in illo purgatorio igne moras habebimus, quamdiu peccata minuta, tanquam ligna, fenum, stipula consumantur. *Ibid.*

21. Ille purgatorius ignis durior erit, quam quidquid potest in hoc saeculo poenarum videri, aut cogitari, aut sentiri. *Ibid.*

22. Domine, in hac vita purges me, et talem me reddas, cui iam emendatorio igne non opus sit. Super *Psalm.*, xxxvii.

23. Incredibile non est nonnullos fideles per ignem quemdam purgatorium, quanto magis minusve bona peremissa dilexerunt, tanto tardius citiusve salvari. De *octo Dulcissimi questionibus*, quest. 1.

24. Infans si sacramenta mediatoris acceperit, nulla post mortem purgatoria tormenta patietur. Lib. 21 de *Civitate Dei*, cap. 16.

25. Terrenas deserere sortes, et necdum oblinere consolentem, afflictio intolerabilis est, et inconsolabilis dolor. In *Dehmal.*

26. Tria sunt loca, quae mortuorum animae pro diversis meritis sortuntur: infernus, purgatorius, caelum: in inferno impij, in purgatorio purgandi, in caelo perfecti. *Proaec.*

27. Quia primi reditui non possunt, tertii redemptione non indigent, restat ut ad medium transeamus per compassionem, quibus iuncti sumus per humanitatem. Serm. de *Quinq; negotiis.*

28. Heu! utinam mille annis potius in purgatorio igne essem cruciandus, quam Dominus Jesus a me esset offensus. Serm. 3 in *Cava Domini.*

29. Quandem supplicia post defunctum mortis corpus reliquit manifestum est, et magna quidam: quorum alii poenali acribitate iniustus, alii vero purgatoria, scilicet iustus. Lib. 4 de *Consolat. philos.*, prosa 4.

J. BONAV.

30. Quanto minus satisfaciunt in mundo, tanto plus tarde conversari debent in purgatorio. Serm. in die *Cinerum.*

31. Quid mirum, si perfecti purgatorium non transigent, qui purganda omnia vident, et fugiunt. Serm. 42 *Pent.*

32. Qui est in statu salutis, et sufficienter se in presenti non punit, ad ignem purgatorii, veli nolit, perveniet. Serm. 1 de *S. Laurentio.*

33. Ignis purgatorii poena est gravior, quam quidquid in hac vita portari ab aliquo potest: et est hac presenti diuturnior, et est hac temporalis poena infructuosior. *Ibid.*

34. Animabus purgandis carcer purgatorii reddit meritum impossibile, jugum inefugabile, debitum insolubile, incendium intolerabile. Serm. de *Animabus.*

35. Nemo ad forum purgatorii admittitur, qui forum Ecclesiae contempsit. Super *lib. 4 Sent.*, dist. 17, part. 1, art. 1, quest. 4.

36. Poena purgatorii est maxima poenarum omnium, quae sustinetur anima carni modo conjuncta. *Ibid.*, dist. 29, part. 1, art. 1, quest. 2.

37. Gravissima poena, quam in hoc mundo tolerari potest, minor est poena purgatorii. Tit. 40 *Dicit.*, cap. 1.

S. BRUNO.

38. Multi in diuturna poena purgatoria usque in diem iudicii punientur. Super *Psalm.*, vi, vers. 1.

S. CHARLES

ABELAY.

39. Illo transitorio igne, non capitalia, sed minuta peccata purgantur. Homil. 8.

40. Quicumque aliquis de peccatis criminalibus in se dominari cognoverit, nisi digne poenitentiam egerit, et a peccatis ipsis abstinuerit, illo transitorio igne purgari non poterit, sed aeterna flamma cruciabitur. *Ibid.*

41. Quidquid de minutis peccatis a nobis redemptum non fuerit, illo igne purgandum est. *Ibid.*

42. Ita peccata in hoc saeculo purgantur, ut in futuro ille ignis purgatorius, aut non inveniat, aut parum inveniat quod exurat. *Ibid.*

43. Ipse purgatorius ignis durior erit, quam quidquid potest poenarum in hoc saeculo, aut cogitari, aut videri, aut sentiri. *Ibid.*

CASSIODOR.

44. Iste ignis non consumptorius, sed purgatorius est: datur enim argenti exemplum, quod igne idco decouquitur, ut purius inde reddatur. Super *Psalm.*, lxxv, vers. 9.

S. THOMAS

AQUIN.

45. Si omnes, qui in mundo sunt, cogitari possunt poenae, tormenta, afflictiones, microrum in purgatorio habetur poena et tormento componitur, solatia erunt. *Proaec.*

46. Mallet quilibet viventium, si illas experientia nosceret poenas usque ad finem mundi omnibus: his simul sine remedio cruciari poenis, quas

omnes homines ab Adam hae usque sigillatim pertulerunt, quam uno die in purgatorio, minori quae illic habetur poena torqueri. Epistola ad *Augustinum, de miraculis Dei Hieronymi.*

47. Nihil inter se differunt, quia eadem sunt magnitudine poenae purgatorii et inferni: sed unum est, quod differre possunt, quia infernales finem non expectant, et purgatorii poenae sunt cum fine. *Ibid.*

48. Qui non discessit a fundamento, nec aliquid protulit Deo, sed ultimo fini magis inhaesit, quam alicui bono creato: si a terrenis non fuerit solis immutatus, per ignem purgatorii transibit ad gloriam. Super *Epist. 1 ad Corinth.*, cap. iii, art. 3.

49. Damnatorum Christus caput non est, sed existentium in purgatorio caput veraciter appellatur. Super *Epist. ad Ephesios*, cap. i, art. 1.

50. Defuncti salvandi in locis purgatorii sunt, ubi angelus homi ad eorum consolationem descendit. Super *Apocalypsin.*, cap. v, art. 6.

51. Ignis transitorius est, ignis purgatorius Homil. 8.

52. Quanta fuerit peccata materia, tanta erit pertransitum mora. *Proaec.*

53. Quantum accreverit culpa, tantum sibi ex homine vindicabit flammam rationabilis disciplinae.

54. Et quantum stulta iniquitas gessit, tantum sapiens purgatorii poena deseriet.

55. In illos vero sevis aestibus nil liebit, quos ante libidinum flammam non attigit: et quibus puritas contulit reverentiam, inferre nescit rationalis ardor injuriam. Homil. 3 *Epiph.*

56. Flamma purgatorii non tam remota persequitur, quam reatum: et si modus fuerit delictorum, erit et mensura cruciacionum. Homil. 1 ad *Monachos.*

57. Purgatorii poena excedit omnem poenam, quam hic quis possit sustinere. In *Decret. Gratiani.*

58. Omnes oportet per ignem probari, quicumque ad paradisum redire desiderant. Super *Ecclesiasticum.*, cap. iii.

59. Ignis tandiu durabit, quousque purgati sint, qui salvandi erant. Super *I Cor.*, cap. iii.

60. Hunc ipsum ignem purgatorium credimus in quo purgantur animae, perinde alique aurum in confilatorio. *Ibid.*, cap. 3.

61. Credimus hunc ignem esse *subpurgans*, id est, expiatorium, in quo defunctorum animae purgantur et repurgantur, sicut aurum repurgatur a sterora in fornace. *Ibid.*

62. Sancti, si quid eis purgandum sit per ignem purgantur. Super *II Petr.*, iii.

DIONYSIUS

CARTHUS.

S. HILICUS.

S. EUSEBIUS

EMISENUS.

GLOSS. DEC.

GLOSS. ORD.

S. GREGOR.
MAGNUS.

63. Sunt quorundam iustorum anime, que a coelesti regno quibusdam adhuc mansuetibus difformantur. Lib. 4 *Dialogi*, cap. 25.

64. De quibusdam levibus culpis esse ante iudicium purgatoris ignis credendus est. *Ibid.*, cap. 39.

65. Post huius vite exitum, alii flammis expiantur purgatoria, alii sententiam aeternam subeunt damnationis. Super *Psalms*, *septem Penitentiales*, in *Psalms*, III.

66. Illum purgatoris transitorium ignem, omni tribulatione sustine presenti intolerabilem. *Ibid.*

67. Qui perfectionem hanc voluntatis habuerunt in confessione peccati, post mortem purgatoria poena peccati ad vitam transiunt, si ad delenda peccata sufficientem vim amoris nequam habuerunt. Lib. 2 in *I Reg.*, cap. 3, super illud II: *Ut offerat vnumquem argentum.*

68. Qualis hinc quisque egreditur, talis in iudicio presentatur: sed tamen de quibusdam levibus culpis esse ante iudicium purgatoris ignis, credendus est. Lib. 4 *Dialogi*, cap. 39.

69. Post mortem purgatoria poena peccati ad vitam transiunt, si ad delenda peccata sufficientem vim amoris hinc nequam habuerunt. Lib. 2 in *I Reg.*, cap. 3, super illud *Luc.* xxiii: *Malis necem erit in paradiso.*

S. GREGOR.
NYSS.

70. Villa post obitum per expurgantis ignis fornacem expiantur, ut ad pristinam redire valeant anima felicitatem. *De Mortuis.*

71. Non poterit discipulis participare fieri a corpore animus egressus, nisi maculas sibi inmixtas purgatoris ignis abstulerit. *Ibid.*

72. Necessa est, ut dum viliositas purgatorio igni absorbitur, anima quoque, que cum viliositate unita est, in igne sit. *De Anima et resurrectione.*

S. AUGUST.

73. In diversa ministeria angeli mittuntur, maximeque ad eos qui purgatione indigent, et ob pristina peccata, aliquam ex parte supplicii purgari merentur. Epist. 20 ad *Damas. Pap.*

74. Christianorum opera in igne probanda sunt, alique purganda. In fine *Commentar. in Iosiam.*

75. Gemis humanam vitam a veribus consumitur, purgatorio igne examinatur. Super *Marco*, cap. ix, cau. 19, num. 101, super illud: *Et omnis victima.*

HUGO A S.
VICTORE.

76. Perfecti statim ad cognitionem summi boni transiunt, in quo est aeterna habitudo: minus autem perfecti antequam ad aeternam beatitudinem perveniant, per poenam purgatoris transiunt. *De quib. circa Epist. I ad Cor.*, quest. 4.

77. Minutissima poena purgatoris, gravior est quilibet poena temporalis. *Ibid.*

78. Firmiter credere debemus, quod nullum peccatum sine vindicta relinquatur: ut enim hoc per poenitentiam unusquisque peccatum suum delet, aut Dominus pie per flagellum suum purgat, aut post mortem igne purgatorio purgabitur, aut in ignem descendat aeternum. Lib. 4 *de Anima*, cap. 17.

79. Ignis purgatoris recte terra plena correptione et correctione Domini dicitur: quia in eo plenariam correptionem Domini sentiunt, et correctionem accipiunt, qui in hoc mundo a peccatis peccatis recedentes, plenaria satisfactione se purgare neglexerunt, vel certe morte preventi non potuerunt. Serm. 68 *de Diversis.*

80. Est quaedam poena post mortem, que purgatoria dicitur, in qua qui ab hac vita cum quibusdam culpis iusti quidem, et ad vitam predestinati exierunt, ad tempus cruciantur, ut purgentur. Lib. 2 *de Sacram.*, part. 16, cap. 4.

81. Post mortem ignis quidam purgatoris dicitur, ubi purgantur et mendantur qui hinc corrigi oportent, et non perierunt: qui autem in hac vita nec incipere voluerunt, ibi consummare non possunt. *Ibid.*, part. 14, cap. 3.

82. Durum est purgatoris tormenta vel ad modicum sentire. *Ibid.*

83. Qui pro Christo terrena abiciunt, non statim cum moriuntur, ad coelum evolant, sed quandoque ignis purgantur. *Prose.*

84. Qui vero pro Christo moriuntur, statim in coelum ascendunt; quia facie martyrii reseratur quidquid purgandum erat. Super *Matth.*, cap. 8.

85. In mundo magna est tribulatio, sed major erit in purgatorio, et maxima in inferno. Super *Apocal.*, cap. 7.

86. Salvabuntur, qui transibunt per ignem purgatoris. Super *Psalms*, xxxvii, vers. 1.

87. Domine, non punias me in purgatorio igne, in quo tanta erit incendiis vehementia, quod quasi furere videberis: cum minor poena quam erit in purgatorio censeatur major quamlibet poena, que est in hoc mundo. *Ibid.*

88. Si peccator tardaverit agere poenitentiam in hac presenti vita, ille ad iudicabitur vel poenitentia severe et formidabili in purgatorio, vel poenitentia infructuosa et horribili in inferno. In prima lect. *de Penit.*

89. Venialia deleri confidimus in purgatorio. Super *Prolog. Regul. S. Benedicti*, cap. 2, lex. 16.

90. Nemo vestrum dicat, quod plus imperitii homines dicere consueverunt: Sufficit mihi, si anima mea purgatorio poenas consecuta fuerit. *Prose.*

91. Credite mihi, fratres, quicumque hoc ver-

bum ex animo dixerit, quid futurum sit purgatorium, non perperit.

92. Nescit enim quid petat qui purgatorium desiderat. Stultissimus omnium hominum est merito iudicandus, qui satisfacere in hac vita cum post Deo pro peccatis, differt ad futurum. Lib. 4, homil. 13, *et Monachos.*

ORIGENES.

93. Sicut diaboli et omnium negatorum atque impiorum credimus aeterna tormenta: sic peccatorum et tamen christianorum, quorum probanda sunt atque purganda in igne opera moderata arbitramur et mixtam clementiam sententiam iudicis. Homil. 16 in *Diversis.*

HIER. BLES.

94. Pro purgatorio mihi est vicissitudo febrilis caloris et frigoris: spero autem in eo, qui spes nostra est, quod non consumget duplex tribunalatio. Epist. 31, ad *Abbat. de Fontanis.*

95. Illi, qui cum ligno, fano, et stygia da mundo transiunt, in purgatorio poliuntur. *Ibid.*, serm. 25 *de Fide omnium Sanctorum.*

96. Fideles cum transierint, quod humidum erit in eis, igne purgatorio sicabitur. *Ibid.*, serm. 40.

RICHARD. A
S. VICTORE.

97. Quia nullum peccatum est impunium, oportet ut expietur, aut in hac vita iuxta arbitrium sacerdotis per dignum poenitentiam fructum, aut in vita futura, iuxta divinum arbitrium per ignem purgatorium. Part. 4 *de Potest. Regni et sacerdotis*, cap. 6.

98. Per incendium purgatorii ignis, scoria peccati excoquitur. *Ibid.*, cap. 26.

BERNARDUS
S. HONORATI.

99. Si paradysum vellis ingredi, et in villa non plene satisfaceris, oportet ut illum ignem purgatorii sentis. In *Libello itineris paradisi.*

100. Poenitentiam, quam iustus in vita sua presentem complere non poterit, in purgatorio perficiet. *Ibid.*

S. THOMAS
AQUINAS.

101. Poena purgatorii temporis est, quamvis quantum ad aeternam retributionem nullus defraudari possit, nisi per propriam culpam. In *Supplem.*, part. 3, quest. 71, art. 6.

102. Certum est post hanc vitam esse quandam purgatorias poenas, quibus poenitentia implentur non impleta. In *Compendio theologiae*, cap. 181.

103. Poena purgatorii est gravissima propter conditionem patientis anime. Super *4 Sent.*, dist. 21, art. 1, ad. 4.

104. Longe vigilas, longe lectiones, horae diurnas, silentium, labor et jejunium, brevo faciunt purgatorium. Serm. 6 ad *Nosce*, divis. 8.

105. Melius est modo purgare peccata, quam in futuro purganda reservare: habet magnum et salubre purgatorium patiens homo, qui suscipiens injurias, plus dolet de alterius malitia,

quam de sua injuria. Lib. 1 *de Imitatione Christi*, cap. 24, sect. 2.

106. Melius est tunc parum et salubriter purgi, quam postea tam acerba luctu tormenta purgatorii. In *Schol. animae*, cap. 5, sect. 3.

107. Illi qui purgatorium negant, contra divinum iustitiam loquuntur, et propter hoc erroneum est, et a fide alienum. Serm. 3 *Thom.* 1 *Advent.*

108. Poena purgatorii minima, excedit maximam poenam luxus vite. *Ibid.*

109. Christus intrans purgatorium, omnes animas liberavit. Serm. in *Subtato sanctorum*

S. VINCENT.
FERRAR.

SENTENTIA PAGANORUM.

110. Solutio anime vinculis corporis, est causa ascensus illustrationis: descensus obscurationis, quam nihilominus purgata sursum ascendit: atque huius descensionis causae sunt plura: quarum prima est peccatum commissum ab anima, quapropter descendit ad hendam poenam. Lib. 1 *Theologiae*, cap. 5.

111. Qui sanabilibus quidem magnis peccatis obnoxii esse constitierunt, et in reliqua vita egerint poenitentiam, in tartarum incident, postquam autem ibi annum, vel plus, vel minus, ut purgentur, fuerint commorati, tum egrediuntur, et ab illis malis liberantur, atque vivuntur tanquam ceteris quibusdam: in superiori vero illam purgationem regionem, que tunc supereminet, in qua ad inmolandum sedes sunt illis constituta, perveniunt, quas non est facile explicare. Sixgia 1, in *Dialogo Phaedrae*.

PLATO.

112. Male viventes, cum e corpore excesserint, cruciabitur malis demon, usquequo etiam novissimum quadrantes exeat ab eis. *Sent.* 34.

SIXTUS
PHILASORUM.

PURITAS.

Definitio. Munditia seu puritas, est consummata integritas utriusque hominis intuitu divini vel amoris, vel timoris. *De Fruct. carnis et spirit.*, cap. 16.

SENTENTIA PATRUM.

1. Possessio pretiosa, homo mundus. Super *Psalms*, xxxvii.

S. AUGUST.

2. Puritas in creatura rationali, est Deo gratissima: in qua tamquam in suo consilium congruet et quiescit. Part. 4, tit. 4 *de Temperantia*, cap. 6, § 1.

S. ANTONIUS.

3. Ad majora mentem, nisi pietas puritateque non perducit. *De Moribus Manichaeorum*, cap. 7.

S. AUGUST.

4. Mens pura et sancta paradysus est deliciarum, variis bonorum operum virgulis constata, varisque virtutum floribus purpurata, et suaviter celesti gratia irrigata. Serm. 10 ad *Frates in exilio*.

5. Nullus est in hac vita sic mundus, ut non sit magis, magisque mundandus. Tract 80 super *Joan.*

6. Mundissimo Domino, mundissima debetur habitatio. Lib. *Medea*, cap. 35.

S. BERNARD. 7. Tria sunt necessaria puritati: integritas actionis, simplicitas intentionis, tranquillitas devotionis. In *scit. Sententis*, cap. *Tria*.

8. Puritas tria confert: spiritum libertatis, gaudium securitatis, firmitudinem charitatis. *Ibid.*, cap. *Puritas*.

9. Puritatis intime bono-gloriam non potest veraciter, nisi qui extrinsecus gloriosus perfecte resperit. Epist. 42, ad *Honorium Senonensem archiepiscopum*.

10. O vere felices! qui Christo, non solum animo, sed etiam corporis munditiam consecraverant. Lib. de *Passione Domini*, cap. 30.

S. BONAV. 11. Puritas via est regina, per quam ad sponsi amplexus, per quam tandem ad patriam pervenitur. In *Speculo discipuli*, part. 2, cap. 6.

CASEBODOR. 12. Illud recte speciebus dicitur, quod gratia mundissimam puritatis ornatur. Super *Psalm. xlvj*, vers. 3: *Speciosus furua*.

13. Mens pura et sermo purus, thronus ac templum verum Dei est. Habetur apud D. Joannem Damascenum, lib. 2, *Barvll.*, cap. 78.

GILLENBERT. 14. Puritas veritatis socius est, et comes est, et pravia est. Serm. 5 super *Cant.*, apud D. Bernard.

ANOLUS. 15. Non est purus, qui mala agens, si liceat. Super *Joh.*, cap. 11.

GLOSE. DEO. 16. Nihil est ad defendendum puritate lufius. Part. 3 *Pator.*, cap. 1, admonit. 12.

S. GREGOR. 17. Omnipotenti Deo reus est, qui in omni quod agit et loquitur, purus non est. Lib. 2 in *Registro*, indict. 11, cap. 100, epist. 61, ad *Mauritium Augustinum*.

S. GREGOR. 18. Nihil adeo puro est dignum, quemadmodum puritas et purgatio. Orat. 2 in *presencia S. Basilii*.

MAX. 19. Abominabile est, que pura sunt, impura manu contingere. Super *Ecclesiasten*, cap. vii.

S. GREGOR. 20. Res macula omnis expertes, impura manu contingere, nefarium et execrabile est. Super *Eccles.*, cap. vii.

THAUMAT. 21. Tota puritas debet in christianis esse, sicut Deus pura lux est. Super *Epist.* ad *Tit.*, cap. 12, in illud: *Dilectio sine simulatione*.

S. HIERON. 22. Puritas esse non potest, nisi ubi verum est; puritas in vero. Lib. 7 in cap. 7 *Catechesis hierarch.*

HUGO A. S. 23. Ubi est puritas mentis, ibi non apparet pulvis terrenam cupiditatis. Lib. 3 de *Claustra anime*, cap. 23.

VICTOR. 24. Maxime inter lilia puritatis satietur et delectatur sponsus Christus, et aspectu pulchritudi-

nis, et odore suavitatis: et tactu lenitatis. Super *Cant.*, cap. ii.

25. Puritas cordis in duobus consistit scilicet: in querenda gloria Dei; in querenda utilitate proximi. Super 1 *Tim.*, cap. i.

26. Quidquid potest mentis puritatem turbare, quamvis utile ac necessarium videatur, ut noxium evitandum est. Collat. 1. *Abbat. Moyss.*, cap. 7.

27. Optimum institutum est vita pura, hoc unum fundamentum est virtutis: quod qui recte jecerit, facile consequetur alia omnia. Homil. 69, super *Gen.*

28. Ipsa luce mundior est, et illustrior vita puritas. Homil. 24 ad *Populum Antioch.*

29. Non potest servari puritas mentis, sine custodia corporis. Super *Prolog. Regul. S. Benedicti*, cap. 2, text. 28.

30. Quis non infirmatur in carnis? quis non sordescit in pulvere? quis postremo est tanta puritatis, ut is non polluitur, sine quibus vita non ducitur? Serm. 11 *Quadrages.*

31. Quanto purior anima redditur, tanto largior et spiritus infunditur. Lib. 7 in cap. 8 *Epist.* ad *Rom.*

32. Nihil purificatum mentem majore officio legitis, quam quod Dominum habet, quem agnoscit Regem rerum omnium. Lib. de *Cherubim*.

33. Velens Deus purificare hominis animam, primum offert ei perfectam salutis occasionem, migrationem a corpore, sensu atque ratione. De *Abigrot. Abraham*.

34. Perpurgati animi deus, et pulchritudinem intuari nequeant, qui puri non sunt. Serm. de *Dono astralabii*.

35. Corporis integritas vitam maniat, integritatem fides incontaminata custodiat: ut maneat utriusque partis beneficio, immaculatum hominem faciat regnare cum Christo. Homil. 1 de *Bono discipuli*.

36. Vita nostra ita sit lucida, ut sit omnibus nota: integritas religionis, pudor serviat humilitati. *Ibid.*

37. Charitas et castiturnitas, et occulta meditatio operantur puritatem. In *Sent.*, sent. 77.

BENIGNUS PAGANINUS. 38. Non per se beatum est, malo carnisve; sed quia animum laxat, ac preparat ad cognitionem celestium, dignumque officii, qui in consorcium Dei veniat. Lib. 1 *Questionum*, in *Prefatione*.

39. Incontaminatum custodi corpus tuum, tanquam si indumentum acceperis a Deo, et sicut vestimentum corporis immaculatum servare stude. *Sent.* 425.

40. Templum sanctum est Deo, mens pii: et

PUSILLANIMITAS. — 493 — PUSILLANIMITAS.

altare est optimum ei, cor mundum et sine peccato. *Ibid.*, sent. 40.

Vide etiam tit. *Conscientia*, sent. 37; *Cordis puritas*, per *latham*; *Maria*, sent. 214; *Profectus*, sent. 167; *Scandalum*, sent. 13.

PURITAS CORDIS. Vide *CORDES PURITAS*.

PUSILLANIMITAS.

ANTONIN. *Definitio*. Pusillanimitas est vitium quo quis inordinato timore se subtrahit ab operibus bonis, que possit et debet agere. Part. 2, lib. 9, de *Acedia*, cap. 16.

S. BONAV. Pusillanimitas est voluntas immoderate metuens gravedinem in aggressu agendorum; sive de propriis viribus immoderate diffidens. Part. 1 *Centiloquii*, sect. 21.

HUGO A. S. Pusillanimitas est ex rerum adversarum tedio iners et inconsiderata fracti animi dejectio. De *Fructu carnis et spiritus*, cap. 7.

VICTOR. Pusillanimitas peccatum est, quo quis ea non attendit que sue naturali virtuti sunt commensurata. 2, 2, quest. 133.

S. THOMAS AGUINAS. Pusillanimitas est filia acedia. Part. 2, lit. 9, de *Acedia*, cap. 16.

ANTONIN. Pusillanimitas ex animi parvitate procedit. Part. 3, lit. 16, cap. 7, § 1.

SENTENTIE PATRUM.

BASILISUS MAGNUS. 1. Nullus abjecti animi coronatur, nullas tristes trophaeum erigit. Conc. 4 de *Sejonio*.

LEONARDUS. 2. De pusillanimitate tolerantie, etiam conscientie pusillanimitas generatur. Serm. 3 *Quadrages.*

S. VALDE RUDIC. 3. Dammandis et reprobis tribulatio parit pusillanimitatem, pusillanimitas perturbationem, perturbatio desperationem, et illa interimit. Epist. 32, ad *Abbatem S. Nicensis libanensis*.

AN VITA PATER. 4. Pusillanimitas mens rei sue familiaris tenuitate constringitur, nec valet per inopia otiosi ad vacandum divinis laudibus. Serm. 10 super *Cantic.*

S. BONAV. 5. Multa inhonesta et indigna committit, pusillanimitas facit. Lib. 4 *Pharetra*, cap. 42.

S. GREGOR. 6. Sunt nonnulli, qui cum caelestia appetunt, atque hujus mundi noxia facta derelinquunt, ab inchoatione sua quotidie inconstantie pusillanimitate deficient. *Prove.*

SIXTUS TULLIUS. 7. Quibus hoc nisi urbustis reliquis similes dixerim, qui nequaquam tales superis surgunt, quales inferis oriuntur?

8. Hi quippe ad conversionem venientes, non tales quales coeperunt perseverant, et quasi more arborum, inchoatione vasti sunt, sed tenuis cres-

cunt: quia paulisper per augmenta temporum patiuntur detrimenta virtutum.

9. Sensus quippe in eis desideria superis languescunt, et qui robustus ac fortis properaverat, debilis atque infirma consummatur, dumque actus augmento proficiunt, quasi flexibiles crescent. Lib. 19 *Moral.*, cap. 6, super illud: *Et sicut palma multiplicabo dias*.

10. Pusillanimites aptius ad iter bene agendi reducimus, quam protervos. In *Pastor*, part. 3, cap. 1, admonit. 9.

11. Infirmi saepe in desideriis suis, si qui eis fuerint ex adverso objecta, languescunt: et cum valida tribulatione pulsantur, pusillanimitate deficiunt. Lib. 26 *Moral.*, cap. 10, num. 10.

12. Quidquid intolerabile pusillanimitas asserit, hoc leve remunerationis spes ostendit. Habetur apud D. Bonavent., serm. *In die Citer*.

13. Jaecentis est animi, formidolosa timere: et incertis est, tuta seclari. Epist. 6, ad *Amicum*.

14. Pusillanimitas, patientie contraria est. Lib. 3 super *Epist.* ad *Galat.*, cap. v, in illud: *Fructus spiritus est pax*.

